BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V.E. II ROMA
RA
409

RA 409

TRACTATVS

SACERDOTALIS DOMINO NICOLAO DE PLOVE,

DOCTORE DECRETORUM, authore.

HVIC ACCESSIT CONfeßionale Diui Thomæ de Aquino.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

VENETIIS,
Apud Franciſcum Bindonum.
M. D. LVI.

MEDICE, cura te ipſum. Luc.4. Sicut ait Gre.j. parte ſui Paſtoralis, capi.2. Quis autẽ cogitationũ uulnera occultiora neſciat eſſe uulneribus uiſcerũ? Nimirum uidetur medicũ ſpiritualẽ multo ſubtiliorẽ debere fore medico corporali: qui, ut bene curet uitia, multa peritia opus habet, præſertim ut uim pigmentorum ſpiritualium cõſiderãs prius, quã cæteros curare deſideret, circũquaq; regulas medicinę cognoſcat. Alioquin ſi artis ſpiritualis imperitus & in ſeipſo ignorantiæ confoſſus uulneribus, alios mederi properet: audire nõ immerito merebitur: Medice, cura teipſum. Magna quippe ſtultitia eſt (ut idem ait Grego.) ſi aliquis alijs mederi properat, qui ipſe in facie uulnus portat. Et maxima planè dementia eſt (vt inquit in paſtora. c.ij.) dum hi, qui nequaquam præcepta ſpiritualia cognouerũt, cordis ſe medicos profiteri non metuunt: dũ qui pigmẽtorum uim neſciunt, uideri medici carnis erubeſcunt. Recte igitur cuilibet taliũ dicitur: Medice, cura teipſum. Quos igitur medicos cordium appellare ad præſens melius cõuenit, quã cura

tores

tores aīarū:ipſos uidelicet rectores eccleſiarū, quibus ille theſaurus eſt traditus, pro quo nō parcet Deus pr̄, qui proprio filio ſuo nō pepcit:ut dr̄ Rom.8. Quibus etiā ille uulneratus, qui incidit in latrones, curādus fouēduſq; uelut Samaritano relictus eſt. Luc.10. Vnicuiq; .n.ipſorū dr̄: Curā illius habe. Et rurſus Deus ꝑ prophetā: Cuſtodi uirū iſtum: qui ſi lapſus fuerit: erit aīa tua ꝓ aīa ipſius. Porro dn̄s per Ezechielē.3.&.33.c.cōminat̄ cuilibet curatori dicēs: Sāguinē eius de manu tua requiram: quaſi dicat: quia uita et mors ſubditorū poſita eſt ī manibus p̄latorū. Vnde dr̄ Iudit.8. Ex uobis pēdet aīa illorū. Hac itaq; ſentētia cōmonitus quiſq; p̄latorū et rectorū pēſet periculū ſui regiminis, & artē doctrināq; diſcat ſpiritualis curationis: quatenus in ſe ignorantiæ curare poſſit uulnera, et in ſubditorū cordibus ꝑ ſanā doctrinā et ſalubrē pœnitētiā ſciat ſanare cōtagia delictorū: ne (quod abſit) dū ſanādi regulas neſciat, & ad ſanādū cōmiſſos ſubditos feſtinet, iuſte ſibi obiici ab eiſdem audiat: Medice, cura teipſum. Recte namque prælato ignoranti dicitur, ut prius in ſe ſufficientem artem curandi ſpiritualium morborum habeat, quàm amplaſtrum ſanandi uulneribus

adhibeat. Nã (ut ait Greg. in regiſtro) uerecũdũ eſt, & dicere pudet quòd ſacerdotes duca tũ arripiũt, qui exordium religioſæ uitæ non nouerũt. Licet in quibuſdã catholicis miniſteriis ignorãtia toleranda foret, eo quòd in pleriſque melius eſt nephare, quàm curare. In quibuſdam etiã iuſta Augu. in lib. de uerbis Domini, Melior eſt fidelis ignorãtia, quàm temeraria ſcientia. In eccleſiaſticis tamẽ miniſteriis ordinandis diſponẽdiſq; omnino damnabilis eſt. De quibus eſt illud uerbum Apoſtoli 1. ad Cor. 14. Si quis autẽ ignorat, ignorabitur. Ordinis nanq; ignorantia, quo uidelicet ordine quicquam agendum eſt in eccleſia, conturbat negotiorum naturam, formamq; meritorum. Nam ſtatutis facere iniuriam, uel contraire: non eſt intelligere, ſed errare: ut inquit Ambroſ. ſuper Beati immacula. Hinc eſt quòd dominus requirit ſeruum prudentem, quem conſtituat ſuper familiam ſuam Math. 24. Prudẽtẽ dixero, ut ſciat quo ordine, quo ſenſu, quo modo, quo fine quicquam gerẽdum ſit. Alioquin ſi cæcus cæto ducatum præſtet: nonne ambo in foueã cadũt? Math. 15. Nõ enim cęcus cæcum ducere poteſt: ſic nec indiſcretus prælatus ſubditũ indiſcretũ poteſt per uiã du-

cere

cere ſalutis. Et quoniã is periculoſis tempori-
bus in pluribus eccleſiiis contra ſancta inſtitu
ta in adminiſtrandis ſacramentis, quæ ſunt in-
ſtrumenta ſpiritualis curationis, pleroſq; non
tam erraſſe. quàm uariaſſe circa eadem cogno
uimus, adeo ut uera ſit illa Rabanenſis ſenten
tia : Commune eſt medicorum ſemper circa
ægritudines uariare. Vnde ſi tres uel quatuor
medici ueniũt ad infirmum : nunquam in aſ-
ſignatione uel exhibitione curæ conueniunt.
Hæc ille. Et hoc idem quàm uerũ, ſit heu no-
ſtris temporibus res fidelibus ſubiecta popu-
lis, quotidiana experientia clarius manifeſtat.
Profectò ſiquidem cum aliquod ſacramento
rum adminiſtrãdũ ſit in eccleſia Dei, uix Diœ
ceſis unius clerus in ipſo ritu canonice traden
do concordat aut conuenit : ſed nũc in hac ec
cleſia hic addit : in alia ille minuit : ille p̃ponit
poſtponenda, poſtponit p̃ponenda. Ille benedi
ctionẽ perſuadet: ille nequaquã aſſerit. Ille cor
rigit librum tanquam deuium & erroneum :
ille corrigit corrigentem tanquã ignarum. Sic
prælati mutua diſcrepatione collidentes, non
ſine graui ſcandalo animos ſubditorum in cõ-
fuſionis labyrinthũ pręcipitant & demergũt.
Porro, nos Stanislaus Dei et apoſtolicę ſedis

gratia ep̃s Poſtnonienſis paterna ſolicitudine paſtoralis officij excitati, inter tot fluctiuagos excurſus uiã cupientes oſtẽdere certiorẽ, pn̄tẽ tractatũ de adminiſtrãdis ritè eccleſiaſticis ſacramẽtis celebrãdiſq; miſſarũ ſolẽnijs, et cẽſuris eccleſiaſticis canonicè obſeruãdis: p̄ uenerabilẽ magiſtrũ Nicolaũ de Ploue, Decretorum doctorẽ, capellanũ nr̄m deuotũ fideliter collectũ, et plena diſcusſione maſticatũ, de fratrũ noſtrorũ Poſtnoniẽſis capituli conſilio et aſſenſu preuia deliberatione approbatũ, oĩbus et ſingulis rectoribus eccleſiarũ parochialiũ habendũ et tenẽdũ ad unguẽ perfectè præcipimus et mandamus: uolentes ſecundum ipſum in adminiſtrandis ſacramentis, celebrandis officijs, cenſuriſq; obſeruandis omnes & ſingulos & dirigi & gubernari. Statuentes quòd ſi (quod abſit) quiſpiam per archidiaconum noſtrum, aut per teſtes noſtros ſynodales tempore uiſitationis repertus fuerit, qui ſecundum dicti tractatus formam, modum et diſpoſitionem ſe non geſſerit in omnibus ſupradictis, aut qui eũdẽ nõ habuerit præ manibus, pœnã ſynodalẽ irremisſibiliter perſoluẽdã pro prima uice ſe nouerit incurſurum, pro alijs uerò uicibus ad arbitrium noſtrum decætero puniendum.

TRA-

TRACTATVS SACERDOtalis de adminiſtrandis eccleſiaſticis ſacramentis, celebrandiſq; Miſſarum ſolemnijs, & cenſuris eccleſiaſticis canonicè obſeruandis: editus per uenerabilem uirum D. Nicolaũ de Ploue, iuris põtificij doctorẽ ac capellanũ eccleſiæ Poſtnoniẽſis, fœliciter incipit. Et primo de ſacramẽtis in genere.

QVoniam natura humana poſt lapſum cõſiderata ſub alligatiõe peccati maximè eget grã Dei, per quam ab illa infectione peccati purgetur, et ad ſtatũ originalis iuſtitiæ reducatur, iuxta illud: Omnes peccauerunt, et egent gratia Dei, ad Roma. 3. et. 5. Talis autem gratia purgans infectionem, in tribus conſiſtit, quæ unicuique ſunt neceſſaria ad ſalutem: quæ ſunt, fides, bona operatio,

et fidei ſacramenta. Hæc autem tria, ſecundum Hugo. de ſacramentis, lib. 1. parte. x. ita ſibi cohærent, Vt ſalutis effectũ habere non poſſint, ſi ſimul non fuerint: quia fides non habet meritum ſi, dum poteſt operari, negligit, iuxta illud Iacobi 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Nec bonũ opus aliquod eſt ſine fide, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo. ad Hebr. 11. Et rurſus, fides operans hominem ſanctificare non ſufficit, ſi eam, quæ in ſacramentis Dei cõſiſtit, ſanctificationem contemnit. Hæc Hugo. Hinc eſt quòd uirtus ſacramentorum eccleſiaſticorum pro ſalutari profectu multum eſt nobis neceſſaria, cum ipſa ſint occaſio & auxiliũ noſtrum à peccato reſurgendi: & in ipſis tota medicina noſtris uulneribus ſalutaris conſiſtat, ſecundum Tho. in compendio Theologicæ ueritatis, lib. 6. cap. 1. non quod in eis gratia ſubiectiualiter contineatur, uel cauſaliter per ea efficiatur: cum in ſola anima habeat collocari, & à ſolo Deo infundi: ſed quia in illis, & per illa illam gratiam curationis à ſummo medico Ieſu Chriſto oportet haurire, eo quod non alligauit ſuam potentiam Deus ſacramẽtis: quin etiam per aliam uiam gratiam conferre ualeat ſecundum Magiſtrum ſenten. lib. 3. diſ. 1. pro-

pter

pter quòd Deus ſanans & iuſtificans peccatorem, iuſtificat ipſum authoritatiuè : ſacramenta uero effectiuè per gratiam in eis, tanquam in uaſis contentam.

Quid ſit ſacramentum: & quot ſint.

LIcet autem ſacramentum multis modis finiatur : tamen ſecundum doctorum communem concordiam ſic definitur in lib. de doctrina Chriſtiana : Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma : ita quòd eius ſimilitudinem gerens, & cauſa exiſtat. Ex qua definitione habentur differentiæ ſacramentorum ueteris & nouæ legis. Illa enim quæ figurabãt non efficiebant : quia gratiam ſignificabant, quam tamen non efficiciebant. Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem : Baptiſmus, Confirmatio, Euchareſtia, Extrema unctio, Pœnitentia, Sacer ordo, & Matrimonium. Iſta autem ſunt tanquam ſufficientia per Chriſtum ordinata in remedium eccleſiæ militantis.

Sed circa hoc conſiderandum eſt, Primo quod quædam data ſunt in remedium unius perſonæ : quædam in remedium totius Eccleſiæ. Illa, quæ data ſunt in remedium unius perſonæ, ſunt triplicia. Quædã enim data ſunt in remediũ ad intrãdũ eccleſiã, ſcilicet baptiſmus.

Quædã ad egreſſum de Eccleſia: ut extrema unctio. Quædã ad progreſſum in ea: & hoc dupliciter. Vno modo ad executionẽ uirtutis, uidelicet ut à malis nõ ſuperemur: et quãtum ad hoc eſt cõfirmatio: Vel ut bonis adhæreamus: et quãtũ ad hoc eſt Euchariſtia. Alio mõ in reparationẽ uirtutis, quia ipſum hominẽ in pugna ſpirituali aliquo modo cõtingit lędi: et ſic eſt pœnitẽtia. Si autẽ in remediũ totius Eccleſiæ: hoc poteſt eſſe duobus modis. Aut ad remediũ multiplicationis ſpiritualis: et ſic eſt ordo. Aut ad multiplicationẽ naturalẽ fideliũ: et ſic eſt matrimoniũ, Quidã autẽ etiã recipiũt numerũ ſacramẽtorũ ſecũdũ adoptionẽ uirtutum, ut Fidei correſpondeat Baptiſmus, qui eſt ſacramentum fidei. Spei, extrema unctio, per quam pręparamur quodammodo ad futuram gloriã. Charitatis, Euchariſtia. Prudẽtiæ, ordo. Iuſtitiæ, pœnitẽtia. Tẽperãtię, Matrimonium. et Fortitudinis Cõfirmatio. Adaptãtur etiã diuerſis generibus culparũ, uitiorũ et pœnarum: ut baptiſmus ſit cõtra culpã originalem: Pœnitẽtia cõtra actualem et mortalẽ: Extrema unctio contra uenialem: Ordo contra ignorantiam: Matrimonium contra concupiſcentiam: Confirmatio contra infirmitatem: Eu-

charistia

chariſtia contra malitiam quia eſt ſacramentũ charitatis, quæ per ſe opponitur malitiæ. Hæc ſanctus Thomas ſuper.4.ſenten.di.2.q.2.

Secundo credendum et conſiderandum eſt, quod ſolus Deus fuit inſtitutor ſacramentorum. Et quædam ante aduentum inſtituit: ut matrimonium et pœnitentiam: ſed hæc duo confirmauit in nouo Teſtamento, dum pœnitentiam prædicauit, et nuptiis interſuit. Quod autem dicitur quod Iacobus inſtituit pœnitentiam, Iac.5. Confitemini alterutrum peccata ueſtra: nõ eſt uerisimile: quia per illa uerba non intendebat aliquod ſacramentũ inſtituere, ſed promulgare: cum non fuiſſet authoritas inſtituendi aliquod ſacramentũ apud Iacobum. Item extrema unctio inſtituta eſt Mar.6. ubi legitur quod apoſtoli ungebant ægros multos, et ſanabãtur. Cõfirmatur autẽ: quia hoc nõ fecerũt uirtute propria, ſed authoritate Ieſu Chriſti illam uirtuoſam unctionem inſtituentis. Per illa uerba, Iacobi.5. Infirmatur quis ex uobis? inducat presbyteros. Et conſimili modo intelligendũ eſt ſicut de pœnitentia dictũ eſt, ſcilicet, quod per illa uerba unctionẽ promulgauit et docuit faciendã: nõ autẽ inſtituit. Item ordo inſtitutus eſt, cum Chriſtus dixit,

xit,Mat.26. Hoc facite in meã cõmemoratio
nẽ.Et Ioan. xx. Quorum remiſeritis peccata.
Hæc enim duo pertinent ad ordinem ſacerdo
talem , ſcilicet poteſtas dimittendi peccata re-
ſpectu corporis Chriſti miſtici: & poteſtas cõ
ſecrandi reſpectu corporis Chriſti ueri. Hæc
Scotus Item confirmatio inſtituta eſt per hoc,
quòd Chriſtus impoſuit manus paruulis. Itẽ
baptiſmus inſtitutus eſt per Chriſtum , quan-
do ipſe ſe baptizari fecit à Ioanne, & Apoſto-
lis formam dedit dicens : Euntes in mundum
uniuerſum prædicate euangelium , baptizan-
tes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
ſancti.Item Euchariſtiam inſtituit in cœna ul
tima, in qua Apoſtolos communicauit.

Tertio conſiderandum eſt,quod ſecundum
S.Tho.ſuper.4.ſenten.diſt.1.q.4 ar.3.efficacia
ſacramentorum eſt ex tribus,ſcilicet ex inſtitu
tione diuina, tanquam ex cauſa principali agẽ
te,& ex paſſione Chriſti, ſicut ex cauſa prima
ria meritoria: & ex fide Eccleſiæ,ſicut ex con
tinuatione inſtrumenti principaliter agentis.
Et hoc eſt quod dicit glo. ſuper illud ad Ro-
ma 5. in ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ;
quod à latere Chriſti profluxerunt ſacramen-
ta,per quæ ſaluata eſt Eccleſia.

Quarto conſiderandum eſt, quod quædam ſacramenta ſunt neceſſaria: quædam uoluntaria. 1. q. 1. cap. remisſionem §. ſed notandum. Nam ſacrameuta necesſitatis ſunt iſta, Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, corpus Chriſti, & ultima unctio. Et dicuntur ſacramenta necesſitatis ideo: quia ſine iſtis homo non poteſt ſaluari, ſi ex contemptu omittantur, & haberi posſint. Sacramentum uero baptiſmi in necesſitate à quocunque poteſt conferri dummodo in forma eccleſiæ conferatur. de ſumma tri. & fide catho. c. 1. in fine, & de conſe. diſtin. 4. à quodam. & etiam pœnitentia, nam cõfiteri poſſunt cuicunque ſacerdoti in necesſitate, iuxta illud. Confitemini alterutrum peccata ueſtra, non tamen hæretico, uel excommunicato. Sacramenta uero uoluntaria ſunt illa, quæ omittere non eſt peccatum: quæ dicuntur ſacramenta dignitatis. 1. q. 1. §. ſed notandum, ut ſunt ordines, qui à dignioribus conferuntur, id eſt ab epiſcopis: uel quia non niſi digni ad ordines aſſumendi ſunt. Item matrimonium. Sine huiuſmodi enim ſacramentis bene poſſumus ſaluari. 22. q. 4. §. ult. ad finem. Hæc omnia habentur in glo. c. ueniens de tranſactionibus.

De ſacramento Baptiſmi.

NIſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt intrare in regnum Dei. Ioan.4.Et de conſe.diſtin.4.filius Dei.Sicut dicit Guido de Baſ.de conſe.diſ.4.c.placuit. poſt Auguſ.Corpus non fecit animam peccatricẽ: ſed peccatrix anima corruptibilem carnem fecit.Peccauit quidem anima primi hominis,& per peccatum corrupit carnẽ : poſteà uero caro cum non poſſet ſe uindicare ex toto in iſta anima, uoluit uindictam ſumere de qualibet anima conſimili : ſcilicet vt quàm cito ſibi infunderetur anima : ex ipſa, ideſt ex eius corruptione innaſceretur peccatum in ipſa anima. Hoc autem eſt peccatum originale : quod quidem animæ imputatur, cum quædam digna retributione innaſcatur animæ. Quoniam igitur ab hoc peccato non potuimus perfecte liberari,niſi per Baptiſmum, in quo anima noſtra quodammodo renaſcitur ſpiritualiter, & quæ natura fuit filia iræ Dei, fit filia adoptionis : ideo Saluator ueniens in mundum proclamans neceſſitatem huius ſacramenti baptiſmi dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua. Glo. ſcilicet exterius abluendo corpus & interius Spiritu ſancto mundando animam,non

poteſt intrare, &c. Ex quo patet neceſsitas huius ſacramenti. Et quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum: ideo de ipſo primo uidendum eſt. Erit autem triplex conſideratio circa iſtud ſacramentum. Primo uidebitur de ipſius ſubſtantialibus. Secundo, de ipſius accidentalibus. Tertio, de ipſius cautelis. Quam triplicem conſiderationem circa quodlibet ſacramentum in præſenti tractatu ſeruabimus.

Baptiſmus quomodo definitur.

Definitur autem ſic: Baptiſmus eſt ablutio corporis exterius facta ſub forma uerborum præſcripta. Quinque uero ſunt de ſubſtantia baptiſmi. Primum eſt intentio, & ſufficit generalis, ſcilicet quòd baptizans intendat illud facere, quod facit eccleſia. Melius tamen eſt, ſi fiat ſpecialis intentio, ſcilicet ut baptizans intendat quòd baptizandus mundetur in anima a peccato. Similiter requiritur intentio illius, qui baptizatur, ſi eſt adultus: quia inuitus non reciperet ſacramentum: ut dicitur in cap. maiores. de baptiſ. & eius effectu. circa finem. Secundum eſt fides baptizandi: quia in adultis requiritur fides propria: ſed in paruulis, aliena, quia paruuli baptizantur in fide eccleſiæ.

Tertium

Tertiũ eſt expresſio uocalis formæ a Chriſto inſtitutæ,quæ eſt hæc, Ego te baptizo in nomine patris et filij et ſpirituſſancti.Circa cuius prolationẽ uideat baptizans,ne aliquã dictionẽ omittat, nec etiã addat aliquã ultra, uel ne tranſponat dictiones, uel cõiter aliqualiter nomina perſonarũ. Vnde ſi diceretur,In noĩe genitoris,et geniti,et procedentis ab utroq;,non eſſet baptiſmus. Itẽ nõ debet omitti illud pronomen in principio poſitũ, ſcilicet Ego, quia licet non ſit de forma quantũ ad necesſitatem ſacramenti,ſed ex conſtitutione eccleſiæ,peccaret tamen omittens, quamuis ibi eſſet baptiſmus. Ita notatur de baptiſmo et eius effectu. ca.1.ubi etiam dicitur,quòd ſi immergẽs puerum,& dicens, In nomine Patris & Filij et ſpirituſſancti,prætermittat, ego te baptizo, non eſt baptiſmus. Græci autem & Rutheni dicũt quòd expresſio miniſtri, ſcilicet ego, non ſit de necesſitate formæ, quia ex eo baptiſmus efficaciam non habet. Sed perſona recipiens eſt de necesſitate formæ, quia actus ad recipientem terminatur. Ideo differunt à nobis in forma quantum ad tria. Primo, quia perſonam miniſtri non exprimunt, ad remouendum dubium primitiuæ eccleſiæ, quæ

effica-

efficaciam attribuebat baptizanti, ut patet. 1. ad.Cor.4.Secũdo,quia ſignificant actum ſub tertia pſona cũ optatiuo modo uel cõiunctiuo,ut baptizeť ſeruus Xp̃i.Tertio perſonam baptizati in noĩatiuo exprimunt,ut dictũ eſt. Vtrũ ipſi hic mutent de ſubſtantia formæ, ita ut oporteat rebaptizare, nõ eſt determinatũ, ſed certum eſt quod noſtra forma eſt melior. Hinc ſanctus Tho.diſtin.3.q.2.artic.1. Et licet in primitiua eccleſia ex ſpeciali cõſilio Spiritus ſancti baptizauerunt in nomine Chriſti,& propter modũ ſignificãdi, q̃a quodãmõ ſecundũ Ambr.tota trinitas in hoc noĩe ĩtelligiť,& propter reuerentiã ſignificati, ut illud nomẽ celebre & uirtuoſum redderet. ceſſante tñ hac cauſa iã nõ licet ſic baptizare, ſecundũ theologos.Si q̃s tñ eſſet baptizatus in nomine Chriſti,faciendũ eſſet cõ eo,ſicut in alĳs dubiis, ex quo nõ eſt ſimpliciter determinatũ p eccleſiã,talẽ baptiſmũ non ualere, ita quod talis baptizareť his uerbis.Si baptizatus es,ego non te rebaptizo. Si nondum baptizatus es, ego te baptizo ĩ nomine patris,& filii,& Spiritus ſancti.Et idẽ fiat quãdo baptizãtur Rhutheni,& Græci,q̃a non conſtat illorum formã ſimpliciter nõ ualere,præſertim cũ eccleſia ſcit

 & tole-

& tolerat eam,nec expreſsè reprobat. Quartũ quod requiritur ad ſubſtantiã baptiſmi,eſt materia debita,ſcilicet ablutio per elemẽtũ aquæ in toto corpore,uel ĩ parte digniori. Quintũ, quòd illa ablutio fiat ab uno & eodẽ tẽpore, quãdo forma uerborũ exprimitur : ita quòd unus uerba proferat , & eo tempore puerum immergat.Iſta antem immerſio debet fieri trina uice,niſi neceſsitas magna ſuadeat aliud facere,uel ſi baptizãdus eſſet adultus,ꝙ ꝑ ſacerdotẽ ter immergi nõ poteſt, tunc enim ſufficit trina aſperſio aquæ. Quod eccleſia in pluribus locis ſeruat,& in paruulis propter pericula,q̃ accidere poſſunt circa totalẽ immerſionẽ paruuli. Vnde grauiter peccaret, qui ſemel tantũ immergeret,quia cõtra eccleſiæ conſuetudinẽ faceret. Sciendũ eſt autem quòd ſecundũ Ioannẽ Pariſienſem ſuper.4. diſt.3. cap. 4. aquã baptiſmi oportet de neceſsitate eſſe ſanctificatã, quia Dñs cõtactu ſuæ mundisſimæ carnis uim regeneratiuã aquis contulit.Sed tamen aqua debet eſſe ſimplex, ſic quod nõ mutetur ſpecies aquæ,quantuncunque fiat commiſtio. Vnde poteſt fieri baptismus in lixiuio,uel aqua maris,uel ſulphurea , uel in aqua expreſſa mundè de luto , Et dico mundè expreſſa,

preſſa, id eſt liquidè & apparenter, ſic quòd ibi appareat uera aqua, quia aqua imbibita ſpiſſo luto, non poteſt fieri conueniens materia huius ſacramenti. Et huius ratio, ſecundum doctorem ſubtilem, ubi ſupra, eſt: quia lotio eſt materia proxima, uel quaſi per ſe fundamẽtũ, uel pars fundamẽti iſtius ſanctificationis, aq̃ autem eſt materia remota. Vnde aqua imbibita ſpõgiæ, uel ſpiſo luto, etiã ſi tangit carnẽ, tñ nõ eſt conueniens materia ad baptismũ, quia talis contactus non eſt lotio. Et ſimiliter in glacie nõ eſt lotio, nec in niue, eo ꝙ non eſt aqua fluida lotioni cõueniens. Similiter aqua roſacea, uel aqua expreſſa de floribus, uel brodium nimis ſpiſſum, in quo plus eſt de pinguedine, quàm de aqua, nec aqua miſta cum luto multo. Similiter uinum & ſaliua, aut etiã hominis urina, non ſunt conueniens materia baptismi, eo quòd aqua ibi eſt mutata in aliã ſpeciem. Vbi tamen non tanta tranſmutatio eſſet, ſicut in brodio, medone, ceruiſia, & ſic de alijs liquoribus, dubitant doctores non eſſe materiam iſtius ſacramẽti. Ego tamẽ omnino reprobo in iſtis liquoribus fieri ſacramentũ, propter defectum ſignificationis. Aqua enim baptismi ſignat illam aquam, quæ fluxit

 à late-

à latere Xp̄i ĩ cruce, q̃ fuit uera aq̃ elēm̄ẽtaris, et nõ miraculoſa, ꝑꝑ ſignificationẽ baptiſmi, ſic ẽt et ſanguis uerus fuit, q̃ inde profluxit.

Ratio autẽ inſtitutionis in iſto elemento eſt ex parte cõuenĩẽtię, quia eſt frigida, fluida, lucida, neceſſaria, & cõis. Et hæ oẽs proprieta tes conueniunt hmõi aquæ, in qua debet fieri baptiſmus, qui eſt ad reprimẽdũ feruorẽ concupiſcẽtiæ, ad flectendũ rigorẽ inobedĩẽtię, ad illuſtrandũ claritatẽ fidei, ad introducendũ uiã ſalutis. Itẽ alia ratio: quia per baptiſmũ ab his malis liberamur, ſcilicet ab immũditia, ignorã tia, & concupiſcẽtia, ut patet ex ꝓprietatibus aquæ, ſcilicet puritate, per quã mũdamur, per ſpicuitate, per quẽ illuminamur, & frigiditate, per quã ab æſtu concupiſcẽtiæ tẽperamur. Fit etiã baptiſmus in aqua, ne quẽ inopia alterius liquoris excuſaret, & ne ꝑꝑ defectũ periculũ ſalutis homines incurrerent, & ut inueniatur apud omnes communis materia baptiſmi.

Quod triplex eſt Baptiſmus.

PRæterea ſciendum quod triplex eſt baptiſmus, ſcilicet fluminis, qui fit in aqua cõmuniter, & talis liberat à pœna & culpa, & gratiã infundit in habitu, & characterem imprimit. Alius eſt flaminis qui tũc fit quãdo quis deſi-

derat baptizari,ſed nõ habet per quẽ baptizetur. Talis in fide ſaluabitͭ, prout determinatũ eſt in decre. Apoſtolicã,de presbytero nõ baptiza.& idẽ patet per Aguſt.lib.8.de ciui.dei, & lib.3.de uni.bap. & p beatũ Ambroſiũ de obitu Valentiniani. Et hic delet culpã,& gratiã habet in uſu,in quo meritũ conſiſtit. Tertius eſt baptiſmus ſanguinis,qui fit in martyrio pro Chriſti nomine ſuſcepto : ut patet de innocentibus. Et quidã dicũt etiam de latrone dextro,ſed non uidetur eſſe uerũ, cum ille nõ posſit dici martyr ex pœna crucis, eo quòd non pro ueritate,aut iuſtitia,aut fide Xpi,ſed pro ſuis ſceleribus paſſus eſt, ſicut ſolus confitetur dicens. Nos quidam digna factis recipimus,&c. Videt ergo potius quod baptizatus eſt baptiſmo flaminis,propter cõfesſionem fidei,quã habuit ad Chriſtũ credẽs eum Deũ & hominẽ eſſe. Et iſte baptiſmus ab omni tentatione liberat,& confert ſtatim præmiũ: quia martyres ſtatim euolant in cœlũ ſine retardatione:ſicut patet de ſancto Stephano dicente, Video cœlos apertos Act.7. Item in hoc ſacramento quoddã eſt ſacramentum tm̃, ut eſt ablutio exterior in corpore. Quoddã,res tantũ:ut gratia interior. Quoddã,res & ſacramẽ-

BIBL. ... VITTORIO EMANUELE

tum:ut character in anima. Et ſic qui ficte baptizatur cum propoſito peccandi mortaliter, nec attritus, uel qui errat in articulis fidei, uel qui dicit ſacramenta non ualere: talis recipit ſacramentum, et non ſaluatur. Qui uerò deſiderat baptizari, & nō habet per quem recipit rem tantum, & ſaluabitur. Qui uero recipiunt rem & ſacramentum, ut paruuli, exterius & interius mundātur, quia recipiunt exteriorem ablutionē in corpore, et īpreſſionē characteris ī anima. Eſt aūt character diſtinctio à charactere æterno impreſſus aīæ rationali ſecūdū imaginē cōſigurans Trinitatē creatā, ideſt, hominē, Trinitati creanti, ideſt deo, & diſtinguēs à nō cōſignatis ſecundū ſtatū fidei. Et hoc eſt tantū dicere quòd character eſt quædā qualitas ſeu ſignū conſignatiuū Chriſto, diſtinctiuum ab infidelibus, & aſſimilatiuū fidelibus, & diſpoſitiuū ad gratiam. Et talis character eſt in fidelibus potentiæ cognitiuæ et intellectiuæ, in qua principaliter conſiſtit imago: ex qua etiam homo habet quòd ſit homo, ſicut ex appetitiua habet quòd ſit bonus uel malus. Et ratio, ſecundum Thomam diſtinct. 4. quæſt. 3. arti. 4. quia impreſſio characteris eſt per quandā animæ rationalis ſanctificationē:

prout

prout ſanctificatio dicitur deputatio alicuius ad aliquid ſacrum. Ad hanc autem ſanctificatione nō magis actiuè operatur anima ſanctificanda, quàm aqua ſanctificanda, uel oleum, uel chriſma ad ſui ſanctificationem, niſi ꝙ hō ſe ſubijcit tali ſanctificationi per conſenſum. Res aūt prædictæ ſubijciuntur: quia libero arbitrio carent. Et ideo qualitercunq; aīa uarietur per proprias operationes: nunquā charactere amittit: ſicut nec chriſma, nec oleū, nec panis cōſecratus unquā ſanctificationem perdunt, qualitercunq;, transmutentur, dummodo non corrumpantur. Nullus aūt poteſt bis baptizari, quia Dominus conſtituit baptiſmum irreiterabilē: & hoc propter plenā remiſsionē tam pœnæ quam culpæ, q̃ ſit baptiſmo: alias daretur occaſio ſępius delinquendi. Hæc Scotus ſuper. 3. ſenten. diſtinct. 4. q. 5.

De baptiſmi accidentibus.

CONſequēter de accidētibus baptiſmi reſtat uidere. Sūt aūt octo de ſolennitate baptiſmi, quæ non ſunt de ſubſtantia. Verſus.

Sal, oleū, chriſma, cereus, chriſmale, ſaliua.
Flatus uirtutem baptis matis iſta figurant.
Hæc cum patrinis nō mutant, ſed tñ ornant.

Inungitur autem baptizandus in quatuor

locis,ſcilicet in frõte, ut fidẽ publice p̃dicet.& hoc fit ĩ cõfirmatione ꝑ epiſcopũ. In uertice, ut agẽda facilius cognoſcat.Inter ſcapulas, ut iugũ Xp̃i ſuauiter portet.In pectore, ut Deũ dulcius diligat. Sed de iſtis omnibus melius uidebiť infra in practica huius ſacramenti.

De cautelis circa hoc ſacramentũ ſeruãdis.

NVnc de cautelis circa iſtud ſacramentum adhibendis eſt uidendum.

Primo caueat ſacerdos ne in priuatis domibus baptizet infantem uel adultũ niſi eſſet puer regis uel principis,quibus in hoc deferť. Et hoc ĩtellige p̃ter casũ neceſsitatis:alioquin ĩ neceſsitate põt baptizare ubiq;,ut ſi puer eẽt in mortis articulo:aut deferẽtes haberent inimicitias capitales, prout hoc totũ notatur in Clemen.unica de baptiſmo et eius effectu.

Secunda cautela,Caueat ne quẽ coacte baptizet:ut Iudæum,uel Paganũ.Et hoc ſi reclamat, aut proteſtať aliquo ſigno exteriori ſuũ diſſenſum.Nã talis nõ recipit ſacrũm,nec cogitur legẽ Chriſtianã tenere.Si aũt metu mortis uult baptizari ne cremetur, uel ſuſpendať pro ſuis exceſsibus. talis ſi non reclamat,quãuis intus diſſentit,ut ſacramentum recipiat, tamen tenetur legem Chriſtianam ſeruare.

Ter-

Tertio caueat ne baptizet amentem,uel ſatuum,ſeu furioſum,ueruntamen, ut dicit ſanctus Thomas,amentes à natiuitate recipiunt ſacramentũ,ſicut & pueri. Et illi qui incurrũt amentiã ex infirmitate poſtquam habuerunt uſum rationis & lucida ĩterualla, & habuerũt tũc propoſitum recipiendi baptiſma: tũc ſuſcipiunt ſacramentũ & rem, etiã ſi actu cõtradicant quando baptizãtur in amentia: alias nõ. Et ſic intelligendum eſt quod dicit Auguſt. 4.confeſsionum de amico ſuo,qui dum deſperaret,baptizatus eſt neſciens.

Quarto caueat ne Iudæum uel Paganum ſtatim baptizet, & niſi prius de fide inſtruatur.de cõſecra.diſtin.4.iudæi.Et hoc ne eccleſia in talibus decipiatur.Et hoc eſt uerum,niſi neceſsitas aliqua eis immineret.

Quinto caueat quando ſimul plures baptizat,ne dicat,Ego baptizo uos : quia grauiter peccaret,ſecundum Tho. et tamen eſſent baptizati.Et ideo cum plures baptizat,ad quemlibet ſeorsũ dicat,Ego te baptizo,&c.Hæc sãctus Tho.Si tñ maxima neceſsitas inſtaret,ut ſi portarẽtur duo uel tres pueri ſimul debiles & ĩfirmi quaſi agonizãtes:tunc uidet mihi ꝙ poſsit dici,Ego uos baptizo, &c. ne propter

dilationē ulteriorem pueri morerentur.

Sexto caueat ne uariet formā per aliquam interpoſitionem magnam, per quā discontinuaret actum. hoc enim multū noceret, ſecundum Petrum de Tarā. ſuper. 4. ſenten. diſtin. 3. q. 2. Modica tamen interpoſitio uel interruptio nō nocet: ut ſi dicatur. In nomine patris. & tunc forte aliquod impedimentū sacerdotī occurreret ut ſi madidaretur ſibi manica ſuper pellicij, uel ſimile, ita quòd diceret miniſtro, uide ne madidetur ſuperpellicium, uel ſimile: & tunc ulterius proſequeretur: & filij & ſpiritus ſancti: nōn uariaret baptismum. Similiter de tuſſi, ſi acciderit tempore prolationis, dicendum eſt: aut etiam de ſilentio longo inter uerba longa. idem intelligendum eſt ſecundum Tho. super. 4. diſt. 3. q. 3. artic. 1.

Septimo caueat ſacerdos ne ī peccato mortali exiſtens baptizet cum ſolennitate more ſolito puerū: quia peccaret mortaliter, ſecundū S. Tho. & Petr. de Tarē. ſuper. 4. diſt. quæ. 2. quanuis puer baptizetur in hoc caſu. Et baptiſmus confertur tam per malum, quam per bonum miniſtrum: quia bonitas miniſtri nō eſt de necesſitate baptismi, sed de congruentia. Nec peccat suscipiens baptismum à malo ſa-

lo ſacerdote tolerato ab eccleſia, ſecus eſt de præciso ab eccleſia, ut ab hæretico, schiſmatico, excommunicato, a quibus nullo modo recipiendus eſt baptismus, niſi in casu neceſſitatis: tunc etiam à non baptizato, ut à Iudæo uel Pagano poſſet recipi quantuncunque malo, dummodo in forma eccleſiæ redderetur, cum intentione uidelicet faciendi illud, ꝙ facit eccleſia. Veruntamen licet baptismus à malo ſacerdote tolerato ab eccleſia non uitietur quantum ad ſacramentales effectus: tamen à bono ſacerdote melius recipitur, ſi haberi poteſt, quia ſecundum beatum Thomã, cũ effectu principali poteſt aliquid addi plus ex merito baptizãtis. Ex hoc patet ꝙ damnabile et periculoſum eſt ſacerdoti morari ĩ peccato mortali ad unam horã, cũ ſemper debeat eſſe paratus ad miniſtrandum ſacramenta.

Sed circa hoc nota quòd licet in caſu neceſſitatis Iudæus uel Paganus posſit baptizare: non tamen posſit leuare de fonte, secundum Thomã. Ratio: quia in primo caſu baptizando poteſt tenere uices Dei, cum ſit eius creatura: ſed in ſecundo non, quia non eſt membrũ eccleſiæ, nec etiam aliqua cognationem ſpiritualẽ contrahit, cũ ſit expers ſpiritualis gratiæ,

tiæ. Hæc Thom. ſuper. 4. diſtin. 6. q. 4. arti. 2.

Octauo attendat ut habeat circa baptizandum actualẽ intentionẽ baptizandi, & maxime cũ dicit uerba eſſentialia. Tamẽ ſi tunc nõ haberet eã, & tamẽ prius habuit eundo ad baptizandũ, ſufficit. Ex quo patet quòd furioſus aut ebrioſus non poteſt baptizare. Et dico de ebrioſo carente uſu rationis, qui talẽ intentionem non habet actualẽ, nec habitualẽ, quę eſt neceſſaria, iuxta illud, Accedit uerbum ad elementũ, & fit ſacramentũ. Nam ſecundũ Bonauẽ. in. 4. diſtin. 4. q. 1. arti. 1. in fine principalis, ad hoc quod uerba ordinent̃ ad effectum aſſignatũ: neceſſariũ eſt interuenire intentionem miniſtri, qui intendit in illo actu & uerbo dare talem effectum, uel ſaltem ꝙ eccleſia facere ordinauit, uel ſaltẽ quod Xp̃us inſtituit diſpẽſare. Alioquin uerba & elementũ, ut ſic diſtincta, nõ faciunt ſacrũm. Hoc aũt pro regula habendũ eſt ꝙ ad oẽm ſacramentorum diſpenſationem neceſſarium eſt habere intentionem actu uel habitu, explicite uel implicite, ſecundum Tho. in. 4. diſtin. 6. q. 2. arti. 1.

Nono caueat quilibet, ne puerum antequã naſcatur de utero matris baptizet. Et hoc ſi puer quo ad oẽs partes eius eſt in utero ma-

tris ĩteger & totaliter, quia ſic nõ poteſt aqua eũ attingere ĩmediate, nec poteſt lauari ibi exi ſtẽs. Si aũt apparet principalis pars, puta caput: tunc ſimpliciter baptizari põt: q͡a iam põt aqua ſpargi. Si autẽ apparet pars minus principali, ſicut manus, uel pes: illa etiam eſſet baptizãda: q͡a ĩ illa parte eſt tota anima, licet nõ oẽs ſenſus. ut in capite: & poſtmodũ poteſt baptizari, ſi naſcatur unius ſub conditione. Talis tamen puer ſi naſceretur mortuus: ſepeliretur in cœmiterio, ſecundum docto. ſubtilem, diſtin. 4. q. 1. arti. 2. & idem tenet Ioan. Pariſien. diſtinct. 3. Similiter dicendum eſt de illo, circa quem diminuta eſt forma eccleſiæ neceſſaria ex neceſſitate inſtanti. Talis enim ſepeliretur in cœmiterio: quia pie creditur ꝙ ſummus ſacerdos suppleret, ſecundum Petrum de Tharen. diſt. 3. q 2. arti. 1.

Decimo caueat, ne matrem infirmam uel moriẽtem diuidat, in qua puer uiuit, quia ſic homicidium cõmitteret qniſquis hoc faceret. Non ſunt enim facienda mala ut ueniant bona ad Rom. 3. Ideo cautius dimittat perire infantẽ cũ ea, quã ipſa pereat, ſcd̃m do. Pet. ubi ſupra. Si tñ mater mortua eſſet iam perfecte: tũc poteſt & debet eam facere diuidere, & pue-

rum inde extractum baptizare aliàs non.

Vndecimo caueat ne monſtrū non bene prius diiudicatū an ſit unus hō uel duo, uel an habeat unā aīam uel duas, baptizare feſtinet. Nam ſi ſint duo capita, uel duo colla, & duo pectora, & p̱ cōſequēs erunt duo corda, & ita baptizandi ſunt duo, & quilibet ſeorſum. Si aūt eſt nō certum quòd ſint duæ animæ: tunc primo baptizandus eſt unus, & poſtea alter ſub cōditione dicendo, Si tu es baptizatus, nō te rebaptizo: ſed ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine patris, & filii, & spiritus ſancti. Et tale monſtrum dicitur fuiſſe in Frācia duo capita habēs, quorū unū expresſit uelle de eo, de quo alterū expresſit nolle. Vnum tamē uoluit cōtinere, & ſobrie uiuere, & aliud laſciuire & epulari: & cum unum per os ſuum excederet, aliud ſe grauari clamabat. Ita refert doctor ſubtilis diſtinct. 6. q. 1. artic. 4.

Duodecimo caueat, ne chriſmate antiquo baptizet: & quia punitur ſacerdos hoc faciēs: de cōſecr: diſtin. 4. ſi. quis de alio. & de ſenten. excom. in. c. quoniā lib. 6. Vbi dicit gloſ. finalis, dādo rationē, quia uerus chriſma nō debet ineſſe uſui; nec de illo debet quis chriſmari. Et deponit̄ ſacerdos, qui de illo antiquo chriſmate

mate ungit baptizatum, niſi in mortis articu lo. Vnde omni anno nouũ chriſma debet con fici,& antiquũ cremari, de cõſe. diſt.3. literis. Sit autem diligens ſacerdos inter omnia, ne puer decedat ſine baptiſmo, ut ſi iam incœpit canonem miſſæ, & uiderit puerum moriẽtem ſine baptismo, poteſt eum baptizare de con- ſe. diſt. 1. nullus epiſcopus. in glo penul.

De catachiſmo & exorciſmo.

REſtat nunc ponere practicam manualem circa huius ſacramẽti diſpenſationem. Eſt autem primo ſciendũ quòd catechiſmus, & exorciſmus debent præcedere baptiſmum, quando ſolenniter confertur. Exorciſmus uero dicitur illa ſonatio orationũ, per quam expellitur diabolus, & adiuratᷣ ut recedat à puero. de quo dicit Thom. quòd ualde cõueniens ſit ipſum præmitti ante baptiſmum, unde hoc ſignante ea, quæ ponuntur in baptiſmo, Recede ab eo Satana, &c. Ipſe etiam exorciſmus debilitat poteſtatẽ dæmonis, ne tm̃ posſit in homiue; ſicut ante, ne baptiſmum et alia bona in ipſo impediat. Sed poteſtas prædicta totaliter tolliĩ in baptiſmo, ſicut etiã Pharao prius eſt flagellatus, populo nõdũ đ Aegypto egreſſo, & poſtea totaliter in mari rubro (quod

eſt

eſt figura baptiſmi)ſubmerſus.Et ſic bene di-
cit̃ quòd exorciſmi ſunt īſtituti propter ener-
gumenos, ideſt, intus laborātes ꝑ infectionē
fomitis,uidelicet cōtra diabolū in eis poteſta-
tē habētē,hæc Tho.diſtin.6.q.3. artic.1.&.2.
Eſt aūt cathechiſmus, ſcd̄m Tho. inſtructio
ante baptiſmū in illis, q̄ ſunt cōmunia. Et di-
cunt̃ fidei rudimēta ad quæ credēda oēs ex-
plicite tenent̃:ſicut eſt fides Trinitatis , incar-
nationis,paſsionis Dn̄i,iudicii, & prouidētiæ
Dei de factis hominū de aliis aūt debet īſtrui
poſt baptiſmū.Vnde etiā ſcd̄m Tho.ī adulto
requirit̃ ut ꝑ ſe catechizet̃ & Chriſtianā reli-
gionē ꝓfiteat̃.Catechizat̃ aūt ad hoc adultus,
qui ad fidē uocatur,ut ad quā uocat̃, proprio
moueat̃ uoluntatis arbitrio. Hinc eſt quòd
cum baptizatur Ruthenus uel Paganus adul
tus, nō patrini,ſed ipſemet pro ſe ad interro-
gata reſpōdet ſacerdoti.Huius contrarium ſer
uatur in Mazouia, in Polonia, & ſatis male.

De modo Baptizandi,

POſtquam igitur puer debet baptizari,ſacer
dos non permittat niſi unū uirū,uel unam
fœminā in patrinos, prout determinatum eſt
de cogitatione ſpirituali.c.quamuis, lib.6. de
cōſecra.diſtin.4.nō plures.Alicubi tamē con-
ſue-

nō plures. Alicubi tamē cōſuetudo obtinet, ꝙ ſi puer maſculus debeat baptizari, tūc duo uiri et una mulier in patrinos admittantur. Si uero fœmina, tūc duæ mulieres, et unus uir in patrinos admittātur. Et illa eſt ſatis tolerabilis, cum honeſtatē quādā et urbanitatē cōtineat. Deīde autē ante fores eccleſiæ ſacerdos ſtatuat patrinos, ut ſi puer eſt maſculus, teneat eū uir. ſi uero fœmina, teneat eā mulier, et iſti duo ſtāt iuxta ſe. Alii uero poſſunt ſtare in eccleſia, uel iuxta qui puerum cōduxerūt, nec pro ipſo reſpondeant, ſed poſſunt oīa attēdere, dūmodo nō tāgāt puerū, ad occaſum Solis: ſolus autē ſtet ad orientē. Quo facto ſufflet in faciē eius, et dicat illū exorciſmū. Exi immūde ſpiritus, et da honorē Deo uiuo, et cętera quæ cōtinētur in agēda. Iterū ſtatī dicat, Recede ab eo diabole, &c. Flatus autem ille, ſiue exſufflatio debet fieri ad occidentem, ut patet ſecundum Thomam, & ſignificat ſpiritus maligni expulſionem, & boni introductionem. Poſt hoc faciet crucē in fronte eius, dicens: Signum ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in frontem tuam pono. Similiter in pectore aliam faciet crucem, dicens: Signum ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in pectus tuum pono. Et demum coniunctim ſub

una prolatione faciet unã crucẽ in frõte, et aliã in pectore, dicens: Accipe ſignaculum ſanctæ crucis tã in fronte, q̃ in corde, &c. Et quid iſta ſignatio ſignificet, ſtatim in prædicta oratione oſtenditur cum dicitur. Summe cœleſtium p̃ceptorum fidem etc. Per quod denotatur, ꝙ ad hoc in pectore ſignatur, ut in præceptis Dei ſuſcipiendis, acceptus efficiatur. Et in fronte, ut læta facie Dei culturæ exiſtat aptus. Demum ſequitur oratio, Preces noſtras, &c. in qua tunc dicitur: Et hunc electũ tuũ, crucis dominicæ, cuius impreſſiõe eã ſignamus, in uirtute cuſtodi. Et fiet crucis ſignatio ſuper totũ puerũ. Inde ſequitur oratio, Om̃ps ſempiterne Deus, &c. Circa quam quærat prius ſacerdos de nomine infantis dicendo, Quis debet uocari? Et poſtquã illi dixerint, N. ille ſtatim proſequatur, incipiẽdo orationem, dicens, Omnipotens ſempiterne, Deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum &c. Non eſt autem opus cũ uenerit ad locũ proprij nõis in aliqua oratione, ꝙ requirat patrinos, dicens, Quomodo uocatur? & hoc propter incongruitatem, quæ ibi contingeret, & improprietatem locutionis. Nam oratio quandoque requirit dici proprium nomen in accuſatiuo

caſu,& patrini reſpõdent in nominatiuo,quod eſt magna abſurditas , ſicut patet cum dicitur, Reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N.ſi patrini reſponderent in nominatiuo dicẽdo N.Magna eſſet incongruitas. Dicat autem ſacerdos ſolus uariando nomẽ uſq; ad fontem ſecundum exigentiam orationum, prout uiderit expedire,nec toties quoties occurrit nominis nominatio,requirat patrinos,ſed ſolus nominet in Latino,propter abſurditatẽ prędictã. Orationes autẽ iſtæ fiunt pro puero , ut gratia præueniat & ſubſequatur , quæ uires præbeat libero arbitrio.Et ꝙ procul fiat uniuerſa maligni ſpiritus illuſio, ſignatur puer in fronte , in pectore,in oculis,in naribus,in ore,ſigno crucis,cuius uirtute uictus eſt diabolus,& exaltatus eſt Chriſtus . Vnde Abacuc. 3. Cornua in manibus eius ſunt, ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Hoc ſigno muniuntur totius corporis ſenſus,cuius uirtute & omnia ſacramenta complentur , & omnia diaboli figmenta fruſtrantur . Sicut enim cum primogenita delerent Aegypti , populus Hebræorum ſignatis poſtibus domorum ſuarum ſanguine agni paſcalis in typo dominicę paſſionis ſaluatus eſt populus uero Aegyptiorũ,qui hoc caruit ſigno,ĩ

ſuis primogenitis grauiter pcuſſus eſt, ſic apud Ezechielē, Ieruſalē ab imminēte clade liberāda eſſe promittitur, ſi thau (quæ figurā crucis exprimit) in frōtibus gemētiū atq; dolētiū ſignaretur. Deinde antequā ſal ponat in os pueri, recepto ſale ſimplici et mundo benedicat ipſum ſpecialiter per illā orationē, Exorcizo te creatura ſalis in nomine Dei patris omnipotētis, et in charitate domini noſtri Ieſu Chriſti, et in uirtute ſpirituſſancti, &c. faciēdo ſigna crucis ad inuocationē cuiuslibet perſonæ ſanctæ Trinitatis, et cōpleat uſq; ad finē. Nec credat quis poſſe ſufficere ſal illud ad exorcizādū puerū, quod benedicitur die dñico ad benedicēdū aquā, cum illud ſpeciale officiū habeat, et diſtinctū ab iſto.

Et ideo caueat ſacerdos ne cū illo ſale, cum quo die dñico aquā exorcizat, ad baptiſmum uadat, ſed ipſo die dominico in alio ſcypho benedicat ſal pro benedicēda aqua, & in alio pro exorcizādis infantibus ante baptiſmū. Cum autē impleuerit orationē dictam, et ſal benedixerit, recipiat ſal, et ponat ad os pueri, dicēs, Accipe ſalē ſapiētiæ, et ſit tibi dominus propitius in uitam æternam. Amen. Ponat tamen ſal in os pueri pulchrè, & modeſtè, non cum uehementia, ſicut quidam ſolent ponere, ita quòd puer

cogitur

cogitur flere,propter duram impreſſionẽ ſalis,
quod eſt abominabile. Seruãda eſt nãq; maxi-
ma urbanitas et honeſtas in ſacramẽtorũ colla
tione,propter deuotionẽ populi excitãdam,&
reuerentiã ſacramento a populo impendẽdam
et exhibendã. Significat.n. ſalis immiſſio gra-
tiam et ſapientiã et a peccatorũ putredine præ
ſeruationẽ. Conſequenter proſequãtur oratio-
nes ſolitæ,quæ habentur in agenda. Et proui-
deat, ſacerdos eas correcte dicere. Et quia ſpe-
ciales ſunt orationes ſuper fęminas,et ſpeciales
ſup uiros ideo ſingulis ſingulas adaptet. Quæ
autẽ ſunt ſup utroſq;,illas proferat ſup utroſq;
indifferẽter. Deinde ſequitur Euãgeliũ ſecundũ
Matthæũ, Oblati ſunt Ieſu paruuli, &c. quod
ſacerdos dicturus,deponat mitrã, ſimiliter pa-
trinos deponere faciat. In legendo autẽ impo-
nat manus infanti,ut præcludat diabolo expul
ſo uiã ne redeat. Et hoc idẽ ſignificant benedi-
ctiones et crucis ſignationes ſuperius præmiſ-
ſę. Legat autem præmittendo,dominus uobiſ-
cum. Quo facto,faciat orare. Pater noſter: &,
Credo in Deum,ipſos patrinos., demum dicat
illã orationem: Nec te lateat Satana, &c. Quo
facto,recipiat mundos pulueres terræ, & im-
miſcens ſputo faciat inde lutum in manu ſini-

ſtra, recepto eo duobus digitis, ſcilicet pollice et indice dexteræ manus, tangat aurē pueri dicens Hephethah.quod eſt,adaperire.Et cū ſubiunxerit in odorē ſuauitatis, tunc tāgat aures; Caueat autē ne faciat lutū groſſum & aſtantibus abominabile,ſicut quidam facere cōſueuerunt emittentes pro ſputo quādoque phlegma ſpumoſum ex ore, inducētes horrorē aſtantibus.Deſignat autē ſputi & ſaliuæ immiſſio ſenſus,tactus, auditus, & aliorū ſenſuū ſpiritualiū apertionē,uel ſignat impedimēti remotionē ip ſius dęmōis reſpectu fidei docēdo uel diſcēdo.

Poſt hoc ſacerdos introducat puerum in eccleſiam dicens, dominus cuſtodiat introitum, &c.dans ei per hoc poteſtatem intrandi eccleſiam,& annumerando eum conſortio fidelium quo ad hoc uidelicet,ut poſſit orare cum fidelibus in eccleſia,ſi eſt adultus, etiam iu miſſa; dū tamen talis ſit exorcizatus, etiam ſi non eſſet ulterius ſecum proceſſum,non tamen poſſet audire totam miſſam,ſed niſi uſq; ad Surſum corda,ſicut & catechumenus. Tunc ſacerdos accedens ad fontem quærat a patrinis nominando puerum dicens, N.abrenuntias Satanæ? Et illi reſpondeant, Abrenuntio. Et iterum dicit, Et omnibus pompis eius? Illi reſpondeant, Abre-

nuntio. Hoc autem fit ideo, ut prius abrenũtiet errorem, & ſic approximet ad ueritatem, iuxta illud Apoſtoli, Deponite ueterem hominem ſecundum conuerſationem priſtinam, abnegantes omnem impietatem & ſecula deſideria. Deinde quærat iterum, Credis in Deum patrem omnip. &c. Et tunc reſpondent patrini, Credo. Et ſic de ſingulis articulis fidei, ſpecificando diſtincte, et interrogando. Et licet duodecim ſint articuli fidei in ſymbolo, de quibus omnibus deberet quęrere & interrogare ſigillatim, ſufficit tamen ſi plures articulos ſimul coniungat, & de ipſis ſimul quęrat, & ita ſufficiet ſi totum ſymbolum ſex uocibus uel octo percurrat interrogando. Interrogatio autem iſta debet eſſe in uulgari, & non in Latino, quia tunc patrini laici fidem profitentur pro baptizando puero. Eſt autem ſciendum ꝙ ſi adultus baptizatur, licet patrini teneant, tamen ipſe ſolus debet reſpondere, & non patrini, ad interrogationem fidei, et abrenunciationem ſupradictam, cum habeat uſum liberi arbitrii. Hoc autem ſymbolum traditur baptizandis tanquam nouæ uitæ auditoribus, per quam profeſſionem incipit in eis mori uetus homo, & per fidem nouus uiuere, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia

& ſanctitate ueritatis. Tandē ſacerdos accepto oleo ſancto ad hoc diſpoſito, ꝙ uocatur oleū cathecuminorū, referēs puerū ex uelamine ſuo, & denudans eū, ungat eum in pectore, deinde in ſcapulis, dicens: Ego te linio oleo ſalutis in Chriſto Ieſu dño noſtro. Et tandem ſubiungat, Pax tecū. Et clericus aſsiſtens reſpondeat. Et cū ſpiritu tuo. Iſta autem inūctio olei ſignificat hominis expeditionem, quā ſuſcipit aduerſus diabolum in pugna. fit enim in ſignum pugnæ cōtra inimicum, ſicut athletæ inunguntur ſecundum Tho. uel ſecūdum Petrum de Tharan. ſignat legis Dei amorē, per hoc ꝙ fit in pectore, ubi eſt locus cordis. Per hoc autē quod fit inter ſcapulas, deſignat deuotā ſubiectionē. Vngitur autem in pectore, ne hoſtis ei immūda perſuadeat deſideria. Inter ſcapulas, ubi eſt uigor portandi onus, ꝙ fortitudinē accipiat ad portādum pondus diei et ęſtus. Vngitur etiam in pectore, ut uigeat in eo ſapientia. Vngitur etiā in humero dextro, ꝙ in exercitijs bonornm operum indeficiens ſeruetur patientia. Neq; enim nouerit ſiniſtra qd fecerit dextera ūra, Matth. vj. Sed quia in humeris uigor conſtat portandi onera: huius partis unctione Chriſti athletæ dedicantur, ut ſciant ſe eſſe ad certamen uoca-

tos per totum uitæ ſuæ curſum contra antiquū hoſtem publicis ac priuatis congreſſibus pugnaturos. Vel ſecundū Rabanū in lib. de inſtitutione clericorum. de conſecra. diſ. 4. c. deinde. Pectus ungitur ut nullæ reliquiæ latentis hoſtis in eo reſideant, ſed in fide Trinitatis mens eius confortetur. Item inter ſcapulas ut undiq; muniatur & ad bona opera faciēda per dei gratiam roboretur. Deinde omnibus his ritè peractis quærat ſacerdos à patrinis infantem tenentibus, et ſi fuderit adultus, tunc ab ipſomet adulto quærat, dicens: Quis uocaris? Et ille reſpōdeat, N. Tandē ſacerdos quærat, Vis baptizari? Et ille reſpondeat, Volo. Hoc autem faciat ter, propter hoc ut conſtet de ipſius uoluntario propoſito baptizandi, & ne coactus baptizari uideatur. Et tunc ſacerdos recepto puero ad manum ſiniſtram, denudato eo toto, ſi eſt in æſtate, ſi uero in hyeme, denudetur tantum ipſius caput patenter & manifeſte uſq; ad ipſius ſcapulas, tenendo eum ſupra fontem, ſi eſt infans ſi uero adultus, tunc ſolum inclinato capite in fontem ter dicat diſtinctè et expreſſè habendo intentionem ipſum baptizandi, Et ego te baptizo in nomine patris. Et tunc faciat manu dextera primam aquæ in capite pueri perfuſionē

ſtatimq́ proſequatur, dicens, Et filij, faciendo ſecundã perfuſionẽ in capite pueri, ſicut prius. Et deinde ſubiungat, & Spirituſſancti, faciendo ſimiliter tertiã perfuſionẽ ſeu ablutionẽ. Quam quidẽ ĩmerſionẽ recipiẽs homo a ſordibus uetuſtatis ipſius exutus, et alium nouum hominẽ indutus, triduanæ Chriſti ſepulturæ conſepelitur. Vnde ait Apoſtolus. Quicunque baptizati ſumus, &c. Ambroſi. autem in lib. de ſacramẽtis, dicit ꝙ trina interrogatio ante baptiſmum, & trina immerſio in baptiſmo, ſignificat triplicem lapſum peccati, qui ibi abluitur, ſcilicet cogitationis, locutionis, et operis, ideo etiam fit trina confeſsio. Iſta etiam forma obſeruãda eſt a uetulis in neceſsitate baptizantibus, et per curatores ſæpius prædicanda. Nam comperi et inueni in parochia mea quandoquè multa ſuperſtitioſa et uana his uerbis addi, et ea mirabiliter uariari. Quidã enim proferũt ſolum iſta uerba ſine aſperſione aquæ, credentes ſufficere ſolam prolationem uerborum. Quidam autem ſolo ſale puerum cum his uerbis tangunt, quidã uero formã uerborum mutant, dicentes, N. ego te baptizo in nomine Dei, Amen. Quidã autẽ dicũt, In nomine omnipotẽtis Dei amen. Quæ omnes formæ enormes ſunt, nec aliquid operã

tur

tur. Sed hic quęritur, Cuius ſunt uerba illa, cum dicunt patrini interrogati, Abrenuntias Satanæ? reſpondendo, Abrenuntio, uel, credis in Deum? & illi reſpōdent, Credo. Videtur enim cuiuſcunq; ſint, ꝙ mentiri uideatur ille, qui reſpondet. Si enim ſunt ex perſona patrini mentitur, quia non habet in cōſcientia, quòd ipſe baptizetur. Si autē pro puero dicuntur, nihilominus mentitur patrinus, cum puer ſit nullius uoluntatis compos, ut patet ex eo quòd dum immergitur, recalcitrat. Ad quod dicendum eſt ꝙ patrinus in perſona ſui loquitur. Quod autem reſpondet, Credo &c. tantum eſt, ac ſi diceret: Talem fidem habeo, per quam hic ſaluari poteſt. Cum ſimpliciter reſpondet, Volo baptizari, ſenſus eſt, In fide mea, quam ego teneo, baptizetur. Seruantur tamen uerba illius pueri ex identitate uerborum patrini, ut identitas uerborum ad puerum notetur. Vnde dicit Bonauen. quòd quando reſpondetur in perſona paruuli, Credo, non eſt falſus ſermo, uel inconſuetus, quia ſecundum Auguſtinum, frequenter ſignum accipitur pro re, ſicut dicimus, Cras erit reſurrectio Domini. Et uidens fumum, dicit ſe uidere ignem. Vnde ſenſus eſt, Credo, id eſt ſacramentum fidei recipio, uel recipere pa-

ratus ſum,id eſt,ad credendum me obligo. Dicit etiam iſte doctor quòd patrini poſtea tenẽtur puerum docere in his, quæ ſunt de fide, uel de bonis moribus,ſi non habet alios doctores uel parentes, nunc autem ex quo habent parẽtes catholicos,& uiſitant eccleſias,ibi potius doceantur,& ſic patrini excuſantur.

Notandum etiam quòd qui uult eſſe uerus patrinus,non ſolum debet reſpondere uerba ſolita,ſed etiam tangere puerum , unde reſponſio non eſt de neceſsitate ſeu eſſentia compaternitatis ſpiritualis , ſed tentio ſeu leuatio . Poteſt etiam compaternitas contrahi per procuratorem quantum ad amicitiam, ſed non quantum ad cõpaternitatis ſpiritualis uinculum, unde ſolus procurator eſt uerus cõpater,et non conſtituẽs procuratorem,ut habetur de procuratoribus.ca.fin.lib.6.Deĩde ſacerdos accepto ſancto chriſmate ungit puerũ in uertice,id eſt,ĩ ſummitate capitis,dicens orationẽ,quæ ſequit̃,ſcilicet, Deus ops̃ pater dñi noſtri Ieſu Chriſti,qui te regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto,&c.

Circa hoc tamen cauendum eſt ſacerdoti,ne puerũ ungat in fronte, ſicut iã plures feciſſe cognoui,et eos de cętero facere prohibui,et interdixi.Nã ſolus eps̃ habet ungere in fronte in cõ

firma-

firmatione. Vnde prohibitum eſt inferioribus ſacerdotibus ut nunquã tãgunt frontẽ hominis aliqua unctione,q̃m eis nõ cõpetit. De hoc expreſſe habetur in gloſ.2.capite,q̃m ĩ baptiſmo. de ſenten.excõmun.lib.6.ubi dicitur manifeſte ꝙ poſt baptiſmum ſacerdos inungat in uertice chriſmate,nõ autẽ in fronte, quia hoc eſt ſolius epĩ,ut notatur de cõſuetudine.capi quãto.Prohibitio autẽ ne ſacerdotes inferiores inungant in fronte,habetur in pluribus iuribus, ut patet de conſecra.diſtinctio.5.capite,nouisſime. Erroris autem cauſam illorum ſic errãtium comperi,quia libros uiaticoſq; ſuos ipſos ſic grauiter decipere uidi.Nam ferè omnes agendæ & libelli baptiſmales in hoc loco ſic habent:Hic faciat ſacerdos crucem in fronte. Corrigant igĩ de cætero libros ſuos erroneos,ne a Dño corrigantur, & agant pœnitentiam de errore prætexito. Adeant autẽ authoritatem ordinariã, per quam cũ eis ſuper huiuſmodi errore commiſſo diſpenſetur.Et fit etiam iſta unctio in capite,ut charitas,quæ per Spiritum ſanctum datur,abũdet ſemper in cordibus noſtris ſecundum illud Sapientis,Oleum de capite tuo nunquam deficiat.Vnde & Apoſtolus, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum,

qui

qui datus eſt nobis. Vel ſit ideo in uertice, ut cō gnoſcat ſe promotum eſſe in regale genus et ſa cerdotale ut a Chriſti conſortio uocetur Chri ſtianus, & æterni regni ſit cohæres. Et etiam ſta tim tegitur ueſte uel mitra, ut intelligat ſe diade mate regni et ſacerdotali (ſicut dictū eſt) potiri.

Sed dubitatur, Nónne iam Spiritus ſanctus datus eſt baptizato in ipſa aqua baptiſmi? Re ſpondeo quòd ſic, ſed differēter hic et ibi. Nam ibi datur ad peccatorum præteritorum remiſ ſionem, quia per ipſam aſperſionem aquæ in baptiſmo omnia p̄terita peccata purgata ſunt. Sed hic datur in iſta unctione ad ædificandum in corde noſtro Dei & proximi dilectionem. Conſequenter datur baptizato ueſtis candida, quæ debet ita diſponi ut cooperiat totum ca put, et omnia loca unctionum, ſcilicet ſcapulas et pectus, ſecundum Hugo. quæ candore ſuo figuram præfert acceptæ nouitatis, et reſtitutio nem innocentiæ, et ſpem futuræ immortalita tis. Hæc eſt enim ueſtis, in qua ad nuptias regis intrare quemlibet eſt neceſſe. Vnde ſacerdos im ponendo eam dicit, Accipe ueſtem candidam, ſanctam, et immaculatam, id eſt, uitæ innocen tiam (quæ tunc reſtituitur ei) quam perferas ad tribunal Chriſti, ut habeas uitam æternā. Amē.

Poteſt

Poteſt tamen iſte panniculus etiam ſeruari pro alijs pueris baptizandis in eccleſia,ut dicitur de cõſecra.diſtin.4.c.ſi quis.ubi dicitur, ſi quis uoluerit chriſmate iterum pannum linire, et ſuper alium baptizandum mittere, non eſt abſurdum . Et ultimo ſacerdos tradit puero in manus lampadem, ſeu cereum incenſum, quod ſignificat fidei & amoris longitudinem. Lumen enim ſignificat fidem , ſed incenſum ſignificat fidem informatam charitatis feruore. In manibus autem acceptum ſignificat bonorum operum exhibitionem,et cum tali Chriſto omnes occurrere debemus ad iudicium uenienti . Et ideo ſacerdos, Accipe lampadem ardentem , et irreprehenſibilem et cuſtodi baptiſmum tuum, ut cum dominus ad nuptias uenerit , poſſis ei occurrere unà cum ſanctis et electis Dei in aula cœleſti,ut habeas uitam æternam,& uiuas in ſecula ſeculorum.Amen.

De Sacramento confirmationis.

CONfirma hoc Deus , quod operatus es in nobis.Pſal. 67. Poſt ſacramentum baptiſmi,ſequitur aliud,quod maius eſt, quantum ad miniſtrorum dignitatem. Hoc enim a ſummis pontificibus,id eſt,epiſcopis uel ſuffraganeis tãntummodo traditur , ſicut et a ſolis Apoſtolis trade-

tradebatur, ut dicitur de conſecratio. diſt. 5. manus. Prius enim unctio, poſtea ſequitur confirmatio, ibi peccatum dimittitur, hic gratię dona dantur. Datur autem hic illa gratia, qua contra ſingula uitia, etſi non ſemper quandoq; tamen pugnatur. Eſt autem gratia quaſi armatura quędam, qua in hoc deſerto poſt tranſitum maris baptiſmi cōtra uitia pugnamus. Sicut enī ſubmerſis Aegyptijs a tergo ſequentibus filios Iſrael olim hoſtes oppugnauerunt per deſertū, ſic ſubmerſo diabolo in baptiſmo qui primum nos inſequebatur multa nobis per huius uitæ deſertū uitia cōſtituit, cōtra quæ uitia gratia in hoc ſacramento eſt data, qua quaſi armatura & munitione quadam muniamur. unde poſt baptiſmi ſuſceptionem, in qua eſt gratia collata quantū ad innocentiæ & nouæ uitæ reſtitutionē congrue petit eccleſia ſibi dari ſacramentū a Deo, per quod in illa gratia cōfirmetur, dicens uerba præmiſſa, Confirma hoc Deus, ſcilicet per ſacramentum confirmationis, quod operatus es in nobis, ſcilicet per gratiam baptiſmalis renouationis. Iſta duo ſacramenta ita ſunt coniuncta, quòd abinuicem niſi morte præueniente, nullatenus poſſunt ſegregari, et unum ſine altero ritè perfici nō poteſt. Ita dicit Melchiadès

papa

papa ſcribẽs Hiſpaniarũ epiſcopis,cuius uerba ponuntur de conſecr.diſt.5.de his uero.

Definitur autẽ iſtud ſacramentum ſcd̃m doctorẽ ſubtilem ſuper.4. Sentẽ.diſtin.7.q.1.ſic, Confirmatio, eſt unctio hominis uiatoris aliqualiter conſentientis uel libero arbitrio nonnunquã uſi,facta in fronte figura crucis cum chriſmate ſanctificato, & hoc à miniſtro idoneo ſimul cum intentione debita inũgente, & uerba debitè proferẽte ſignificans efficaciter ex inſtitutione diuina unctionẽ aĩæ p gratiã roborantẽ ad cõfitẽdũ cũ cõſtãtia fidem Chriſti. Et ſecundũ beatũ Thomam ſuper.4.Sententiarum,Confirmatio in re eſt ipſa linitio chriſmatis ſub forma uerborum præſcripta.

Quot sunt de ſubſtantia huius ſacramenti.

Circa quod ſciendum eſt ſecundũ Petrum de Tharan.ſuper.3.diſtinct.18. & Archid. de conſecr.diſtin.5.nouiſſime. Quinque dicũtur de ſubſtantia huius ſacramenti,duo ex parte ſacramẽti,in ſe,ſcilicet materia chriſmatis, id eſt oleũ cum balſamo ab epiſcopo ſanctificatum, ut habetur de cõſecratione diſtincti.4.præsbyter.Nec poteſt ſine tali oleo cõferri hoc ſacramentum,eò quòd ſecundũ Thomam ſuper.4. diſtin.7.q.2.articu.3. illa ſacramenta quæ ſibi

d mi-

miniſtrum determinant etiam materiã ſanctiſi catam requirũt & exigunt. Sed ſacramentum, quod non determinat ſibi miniſtrum, niſi quã tum ad ſolennitatem, nõ habet materiam ſanctificatam quantum ad neceſsitatem, ſed quan tum ad ſolennitatem, ut baptismus. Et quia hoc ſacramentum determinat ſibi miniſtrum, ideo etiam requirit materiam ſanctificatam ab eo, qui eſt miniſter huius ſacramenti, ſcilicet ab epiſcopo. Quare autem materia eſt chriſma oſtendit articu. ſecundo, dicens quod hoc ſacramentum ſumpſit initium ab aduentu Spiritus ſancti in diſcipulos, qui apparuit in linguis igneis, ſed igni nihil conuenientius accipi poteſt loco eius pro materia in confirmatione quàm oleum, quia lucet, & nutrit ignem. Figuram autem linguæ conuenienter accipit balſamus propter odorem, quia per confeſsionem linguæ odor bonæ notitiæ Dei diffunditur in omni loco. Ideo ſicut uiſibilis apparitio Spiritus ſancti fuit ĩ igne figurata in figura linguæ, ita materia confirmationis eſt in oleo balſamato, ut oleum pertineat ad conſcientiam, quam oportet habere nitidam eos, qui confeſſores diuinæ fidei conſtituuntur. Et balſamus ad bonam famam pertinet, quam oportet diffunde-

re & uerbis & factis in confeſſione fidei. Hæc ſanctus Thomas. Et licet Chriſtus circa inſtitutionem huius Sacramenti non fuit uſus tali materia, nec Apoſtoli poſt eum: tamen ideo hodie eccleſia non utitur incongrüè tali materia, eo quòd Chriſtus non alligauit potentiam ſuam ſacramentis. Potuit enim ſine tali materia conferre per alium modum gratiã huius ſacramenti. Similiter ſecundum doctorẽ ſubtilem potuit cum diſcipulis diſpenſare in primitiua eccleſia, ut per alium modum cõferrent hoc ſacramentum: maxime cum tunc erãt aliqua ſigna ſenſibilia, ut puta deſcenſus Spiritusſancti deſuper, & donum linguarum, quæ omnia accipiebãt confirmati per Apoſtolos. Vnde non fuit neceſſaria eis materia huius ſacramenti in ſigno tam occulto: ex quo in magis uiſibili & euidentiori illud conferebãt. Credit tamen idem doctor quòd hæc materia ab Apoſtolis ſit inſtituta, licet non legatur.

Secundum, quod eſt de ſubſtantia huius ſacramenti, & forma uerborũ, quæ eſt hæc. Conſigno te ſigno ſanctæ Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti amen. Refert tamẽ Archidiaconus de conſec. diſtinct. 5. c. nouiſſime, & ſe-

cundum Hugo.ibidem tenuiſſe quòd nec for‑ma prædicta,nec alia eſt neceſſaria, & de ſub‑ſtan tia huius ſacramẽti, imo credit quod ſacra mentũ olei & ſacramentũ chrismatis põt con‑ferri ſine uerbo,dummodo fiat unctio de oleo uel de balſamo cõſecrato.Idem etiã notat. 95. diſtin.cap.puenit. Illud tñ ibi dicit sub dubio. Ego tamẽ iſtud dictum minus recipio nec ad‑mitto , eo quòd nec iure nec rõne conſiſtit, & oĩbus Theologiæ magiſtris aduerſatur.

Tertium quod eſt de ſubſtãtia huius ſacra‑menti,quòd requiritur ex parte miniſtri,eſt di gnitas pontificalis ſeu epiſcopalis,& intentio debita. In tantũ enim requiritur miniſterium pontificis in collatione huius ſacramenti: ut ſi per alium ſimplicem ſacerdotem fieret etiam de commisſione, non ualeret , licet ſecundum quosdam papa poteſt ſimplici ſacerdoti com‑mittere,ut poſſet hoc ſacramentũ conferre . Et hoc tenet gloſ.cap.4.de conſuetudine.Hoc etiã tenet ibi Hoſtien.Hoc etiã tenet Archidia.95. diſt.peruenit.Hoc etiã idem approbat.S.Tho. ſuper.4.diſtinct.7.quæſt. 1 1.artic.3. ubi aſſi‑gnat rationem , dicens quòd papa per hoc ꝙ epiſcoporum ſummus,nõ dicitur habere pleni tudinem poteſtatis per relationem ad corpus

Domini uerum, ſed per relationem ad corpus myſticũ. Et quia gratia ſacramẽtalis deſcẽdit in corpus myſticum à capite, ideo omnis operatio in corpus myſticũ ſacramẽtalis, per quã gratia dat̃, dependet ab operatione ſacramẽtali ſuper corpus Dñi uerũ. Et ideo ſolus ſacerdos poteſt abſoluere in foro pœnitentiali, & baptizare ex officio. Et ideo dicendũ eſt quòd promouere ad illas perfectiones, q̃ non reſpiciũt corpus Domini uerũ ſed ſolum corpus myſticũ, poteſt a papa, qui habet plenitudinẽ pontificalis poteſtatis, cõmitti ſacerdoti, q̃ hẽt actũ ſummũ ſuper corpus Dñi uerũ: non autem diacono, uel alicui inferiori, qui non habet conficere corpus Dñi uerũ, ſicut nec abſoluere in foro pœnitentiali. Non autem poteſt ſimplici ſacerdoti cõmittere promouere ad perfectionẽ, quę reſpicit aliquo modo corpus Dñi uerum. Et ideo ſimplex ſacerdos ex mandato papæ nõ poteſt conferre ordinẽ ſacerdotij, quia oẽs ſacerdotes habent actum ſupra corpus Domini uerum, uel ſupra materiã eius. Poteſt tamen concedere ſacerdoti quod confirmet, quia cõfirmatio perficit eum in actu corporis Chriſti myſtici, non autẽ habet aliquam relationẽ ad corpus Dñi uerũ. Et hoc dictũ approbat in to

to Petrus de Tharan. ſuper.4.ſenten.diſtinct.4.ſecundo principali quæ.1.artic.2. Hoc idem approbat Scotus, & licet Bonauentura uideatur pręmiſſis contradicere, tamen aſſiſtendum eſt maiori parti doctorum prædictorum, qui cum determinatione eccleſiæ hoc approbantes conſentiunt in toto, & concordant.

Quartum, quod eſt de ſubſtãtia huius ſacramenti, eſt ex parte ſuſcipiẽtis, ſcilicet ſuſcipiẽs, qui eſt frons. Vnctio enim fit ad conſignificãdum id, quod confertur in ſacramento. Vnde in confirmatione confertur audacia confeſſionis, cuius oppoſitũ ſcilicet timor, & erubeſcentia principalius & euidẽtius in frõte manifeſtant, ideo fit unctio frontis. Hæc eſt ratio Arch. de cõ. diſt.5. nouiſſime. Alia aũt ratio ſecundũ Petrũ ſuper.4. diſtin.7.q.4. quia etiã robur in fronte ſignatur, iuxta illud. Ezechie.3. Ecce dedi frontẽ tuã duriorẽ frontibus eorũ. Vnde in tribus ſacramentis fit triplex unctio ſancti chriſmatis, ſed tñ diuerſificantur ex fide: quia ĩ baptiſmo (ut dictum eſt) fit in uertice ad ſignãdũ fidei ſuſceptionẽ, quia uertex ẽ locus rõnalis. In cõfirmatione in frõte fit unctio ad ſignificandum audaciam confeſſionis, cuius impedimentum, ſcilicet timor uel uerecundia,

In pallore uel rubore frõtis,oſtendit ex propin quitate cellulæ memoratiuæ, et imaginatiuæ. In ordine uerò in manibus fit unctio ad ſignificandũ poteſtatem conſecrandi corpus Dominicũ.Hæc Petr.Aliam rationem ponit Canon dicens.Spiritus ſanctus in baptiſmo tribuit plenitudinẽ ad innocentiã,in confirmatione augmentum gratiã præſtat.In baptismo regeneratur ad uitã,poſt baptismũ confirmatur ad pugnã.In baptiſmo abluimur,poſt baptiſmũ roboramur.Regeneratio per ſe ſoluit,confirmatio armat, et inſtituit ad agones huius mundi et prælia,de conſecr.diſtin.v.Spiritus ſanctus. His omnibus conſonans Rabanus de inſtitutione clerico.lib.1.c.30. dicit. Signatur in baptismo baptizatus cũ chriſmate in capitis ſummitate,id eſt in uertice per ſacerdotẽ ſimplicẽ. Per pontificem uero in fronte, ut in priori unctione,ſcilicet in ſummitate capitis, in baptiſmo, ſignificet ſup ipſum ſpiritus ſancti deſcenſio ad inhabitationem Deo cõſecrandã.In ſecũda quoq; ſcilicet in cõfirmatione,ut eiuſdẽ Spiritus ſancti ſeptiformis gratia cũ oĩ plenitudine ſanctitatis ſciẽtiæ, uirtutis et ueritatis uenire in hominẽ declaretur.Habẽtur iſta uerba de conſecratio.diſtinct. v.nouisſime. Dicitur au

tem hæc gratia, nõ solũ cõmuniter ſicut ĩ alĳs sacramẽtis sed etiam specialiter, per quã quis deputat̃ ad effectũ sanctitatis, & idoneus efficitur ad Chriſtum confitendum. Et hæc eſt maxima utilitas. Vnde hoc debent pensare homines,et iſtud sacramentum non omittere, nam omisſio ipſius,augumentum gratię subtrahit.

De accidentibus circa sacramentum confirmationis.

COn ſequenter uidendum eſt de accidẽtibus huius ſacramẽti,quæ sunt quatuor. Primo quod iſtud sacramentũ eſt conferendũ à ieiuno episcopo,ut dicit canon de consecr. diſt.5. ut episcopi. Hoc aũt eſt propter uenerabilitatẽ huius sacramenti quia uenerabilius eſt ut à ieiuno conferatur. In neceſsitate tñ confert̃ poſt prandium,præſertim quãdo eſt multitudo cõfirmandorũ,quæ ante prandiũ cõmodè expediri non põt, uel quãdo aliqui ueniunt de longinquo,nũ uolentes expectare in craſtinũ, uel quãdo episcopus nõ poteſt expectare in craſtinũ. Vnde melius eſt ut tunc confirmentur, quã ſi episcopo recedẽte ſic dimitterentur.

Secundo quod iſtud sacramentum ſit a ieiunis hominibus sumendũ, pp̄ reuerentiã & honeſtatẽ huius sacramẽti,ut dicit̃ in cap. ut ieiu-

ni.de consecr.diſt.5. Tamen,ut dictũ eſt,in neceſsitate etiam poſt prandiũ poteſt suſcipi.

Tertio quod in ſuſceptione huius ſacramẽti debet aliter confirmatus tenere confirmandũ, eo quod ille,qui acceſſerit ad illud ſacramentũ, non habet robur ꝑ ſe ſtandi,nec præſumit ꝑ ſe ſtare niſi adiutus ab alio. Licet autẽ de rõne huius ſacri confirmatus debeat eſſe,qui illũ debet tenere,tñ ſi non eſt cõfirmatus ꝑꝑ hoc non eſt minutũ hoc ſacramentũ, licet grauiter peccet. de cõſecra.diſtin.quinta,nouisſime.

Quarto requiritur quod locus unctionis ligetur pãno quouſqꝫ ſiccetur,& poſtmodũ etiã ſecundũ Hugonẽ debet homo eſſe ſub quadã diſciplina in cuſtodiendo chriſma,ſcilicet ne caput lauet uſque ad ſeptẽ dies , propter ſeptẽ dona ſpiritus ſancti,quæ tunc recipit. Hoc tamen hodie non bene ſeruatur. Bonũ tamen eſſet ſeruare propter reuerentiam ſacramenti,& ſignificationẽ prædictã. Conſuetudo autem noſtra eſt quod ligatura illa portetur uſque ad tertiã diem,& tunc tertia die comburatẽ panniculus, & locus frontis bene cum ſale,& aqua lauetur, & aqua in focum uel in fornacem fundatur.

Cautela huius ſacramenti.

PRimo caueat ſacerdos ne aliquẽ prius con-

firmatũ cõfirmet,quia hoc ſacramentũ eſt irrei terabile, cũ imprimat characterẽ indelebilem, ſicut & baptiſmus & etiã quia magnã iniuriã faceret ſacramento,qui iſtud reiteraret, cũ per hoc prima confirmatio iudicetur nihil eſſe.

Secũdo caueat cõfirmãdus ne bis cõfirmari ſciẽter ſe faciat.Nã talis ꝓ pœnitẽtia dẽt ĩgre di mõaſteriũ,& ibi ſub habitu regulari Deo fa mulari,ut dr̃,de cõſec.diſt.5. dictũ eſt nobis.

Tertio caueat ne uxor teneat in cõfirmatiõe uirũ uel maritũ ſuũ,uel ecõuerſo,ꝑꝑ contrahẽ dã cognationẽ ſpiritualẽ,q̃ impedit matrimo niũ contrahendũ et coniugalẽ actũ.Nam tales debẽt abſtinere abinuicẽ uſq; ad mortem ipſo rũ,et ſic ſeparari debẽt à thoro,licet nõ abſol uant à uinculo matrimonii uſque ad mortẽ. Similiter caueat,ne quis filiũ ꝓpriũ teneat, q̃a etiã cõtrahit cognatio ſpiritualis ĩter cõiuges, nõ tñ matrimoniũ dirimẽs,ſed tñ grauiter pu niunt cõiuges.Simil'r caueat ne ſoror fratrem uel ecõuerſo teneat,quia ſufficit ĩter tales uin culũ cognationis carnalis.Si tñ fieret,nihil im pedit,ſed tñ honeſtius eſt abſtinere. Nã turpe eſt audire, ſi frater uocaret ſororẽ in hoc caſu cõmatrem,uel ecõuerſo.Alii tñ cognati ut pa trueles, fratrueles, auunculi, patrini &c. bene

poſſunt tenere confirmandos nepotes & alios.

Quarto caueat confirmandus ut nõ accedat ad iſtud ſacramentum niſi cõfeſſus, ſi eſt ſibi cõ ſcius alicuius mortalis peccati, nec ponat obicẽ gratiæ, quam ſuſcepturus eſt in hoc ſacro. Quã tũ tñ eſt ex ui ſacramenti, ſuſcipit ipſum ſacramentũ nõ tamẽ rem ſacramenti, ſcilicet gratiã.

De ſacramento euchariſtiæ.

ACcipite & comedite. Matth. 26. & de cõ. di. 2. panis. Quia ſuſcitati à peccatis ꝑ baptiſmũ, et cõfirmati in gratia ꝑ cõfirmationẽ, ne laborãtes ĩ uia pñtis uitæ in certamine ſpirituali deficiant (opus. n. habent refici cibo ſpirituali, alioquin ſaluatore teſtante: Si dimiſſi ieiuni fuerint, deficient in uia. Mat. 15.) Ideo poſt duo ſacramẽta, ſequitur tertiũ, ſcilicet uenerabilis euchariſtia, quod eſt cibus animarũ noſtrarũ, iuxta illud Io. 6. Niſi mandncaueritis carnẽ, &c. Ne igitur omittatur ſed frequentius ſumatur à fidelibus, hortatur Saluator in uerbis p̃miſſis dicens: Accipite, & comedite. Et rectus ordo eſt ut poſt baptiſmũ & poſt cõfirmationẽ ſumatur hoc uenerabile ſacramentũ ab adultis. Legimus ſiquidẽ quod ſubmerſis Aegyptijs ĩ mari rubro, tranſitoq; mari prædicto, filij Iſrael nouum paſcha in azymo pane fecerunt in

deſerto, ſic nos ſubmerſis dæmonibus in baptiſmo cū peccatis noſtris in deſerto huius mūdi paſcha nouum in azymis ſynceritatis,& ueritatis huius ſanctisſimi panis facer̄ debemus.

Circa uero hoc ſacramentū excellentisſimū tria ſunt conſideranda. Primo quidē ſubſtātia ipſius. Secūdo credenda ipſius. Tertio cautelę. De primo ſciendū eſt circa hoc ſacramentum quod quatuor ſunt de ſubſtātia ſui neceſſaria. Primū eſt ordo ſacerdotalis. Nullus.n. poteſt hoc ſacrum conficere,niſi ſacerdos. Vnde nec laicus nec Angelus bonus pōt hoc conficere, quia nō habet quis ptātē ſuper actum cōſecrationis huius ſacramēti,niſi ordinatus in ſacerdotē,nō.n.meritis ſanctitatis, ſed authoritate officii,& miniſterii ſacerdotalis hoc ſacramentū cōficit,iuxta illud,Nō in meritis cōſecrātis, ſed in uerbis conficit ſacerdos. Ex quo patet error illorū, qui dicūt quod ſi laicus proferret uerba canonis ſuper panē triticeū,conficeret ſacramētū quod oīno eſt falſum. Nec debet quē mouere illa hiſtoria, q̄ refert̄ de quibusdā paſtoribus laicis,qui addiſcentes uerba canonis & cōſecrationis in eccleſia à ſacerdote tēpore cōſecrationis prolata,ipſi etiā uenientes ad greges ſuos ſup panē protulerūt eadē uerba,& ſtatim

ſim apparuit puer pulcherrimus. Ibi.n.nõ fuit caro Xp̃i,ſicut eſt in hoc ſacramẽto à ſacerdote cõfecto:ſed ibi fuit miraculoſe ex permiſsione diuina quædã figura & ſpecies carnis diuinitus formata:nec ille puer erat uerus Chriſtus Deus & homo habẽs animã,ſicut eſt in ſacramẽto iſto ꝑ ſacerdotẽ cõfecto, ubi realiter eſt Xp̃s cum diuinitate & humanitate & anima ſua,ſicut nunc eſt in cœlo. Nec etiã illa caro illius pueri adoranda fuit ſicut Chriſtus, nec ſumenda pro corpore Chriſti, ſed pro quodã miraculoſo corpore & opere diuino ueneranda, ſicut alia miracula diuina. Sicut & dicimus de ſanguine illo, qui dicĩ exiuiſſe de imagine lignea paſsionis Chriſti,quam cũ quidã Iudæi ĩ cellario cõfodiſſent in contumeliã Chriſti ſubito emanauit quidã humor ſanguineus ĩ maxima ꝗtitate,quo uiſo Iudæi illi fuerunt cõuerſi. Ille.n.humor nõ fuit ſanguis Chriſti uerus, ſicut eſt in ſacramento,nec dignus tali adoratione,ſicut q eſt ĩ calice,ſed modo ſuo uenerãdus tanquã miraculoſum opus Dei. Et de tali humore ſanguineo collectio in loco p̃dicti cellarii fuit ꝑ diuerſas partes mundi diſtributũ. Ex quo prouenerat error fideliũ,qui putantes uerũ Chriſti ſanguinẽ eſſe,adorabant eum adoratione

tiõe latriæ,et ſic idololatrabãt. Imo dato quod ſuiſſet uerus ſanguis Chriſti ſub cruce Chriſti collectus,adhuc minus eſſet adorãdus, quam ille,qui eſt in calice p̃ ſacerdotẽ cõſecratus. Ratio huius eſt, quia ille diuiſus eſt à diuinitate quã cito defluxit ad terram de Chriſto,nec potuit dici filius Dei amplius:niſi Chriſto reunitus & redintegratus. Iſte autẽ,qui eſt in calice, coniunctus eſt diuinitati:quia de ipſo ſanguine uerum eſt dicere, Hic eſt uerus filius Dei: cũ ibi ratione concomitãtiæ ſit etiã uera caro Chriſti,et anima eius,& diuinitas. Arch.de cõſecra.diſtin.2.qui manducãt.tenet quod nõ remãſit aliquis ſanguis ſub cruce Dñi,nec etiam de carne præputii,ſicut Romæ mõſtratur,& ĩ Hyldeshyz, ſed erroneé, quia tunc habuiſſet duo præputia,quod tñ eſt falſũ,& nõ tenendũ Magnæ itaq; dignitatis ſunt ſacerdotes,q̃ hoc poſſunt,quod nullus, citra Deũ facere poteſt. Sed pro dolor,dignitatẽ ſuã minime attendũt, nullius pene id reputantes æſtimationis.

Secundũ,quòd eſt de ſubſtantia huius ſacramẽti,eſt materia debita, ſcilicet panis triticus. Et hoc ideo,quia Dñs ſe grano tritici comparauit, Io.12. Tum etiã quia Chriſtus creditur ſic conſecraſſe. Vinũ uitis eſt materia debita &

neceſſaria, quia Chriſtus se uiti cōparauit, Ioannis decimoquinto. Iſta autem duo, ſcilicet panis, et uinũ, ita sunt coniuncta in conſecratione, ut nequaquam unũ ſine alio debeat cōſecrari, aut à celebrante ſuſcipi, iuxta illud Gelaſii. Sacerdos corpus Chriſti ſine eius ſanguine nunquã debet suscipere. Aut. n. integre ſumat, aut ab integris abſtineat: quia unius eiusdẽq; myſterii diuiſio ſine grãdi sacrilegio non põt peruenire de cõſec. di. 2. cõperimus. Nõ putet tamen quis ex hoc quod sacerdos, quantũ eſt de ratione ſacramẽti, nõ poſſit cõsecrar̃ hoſtiã ꝑ ſe ſine calicis cõsecratione, quia forma cõsecrationis panis & calicis nõ se expectãt quia altera ſine altera totum effectũ operatur quam cito profertur. Sed tamẽ dico, quod hoc sacerdos nõ poteſt facere ſine graui peccato. Addenda eſt etiam uino modico aqua, quæ ſignat cõiunctionẽ populi ad Chriſtum in hoc ſacramẽto. Et licet ſine aqua in solo uino põt confici, nõ tamen ſine graui peccato. Econuerſo uero ſine uino in sola aqua nihil conficit, & hoc tũc grauius eſt peccatũ quã primũ, ꝑꝑ idololatriã quã cõmittit populus tẽpore celebrationis & eleuationis, quorum omniũ eſt reus celebrãs.

Tertium, quòd eſt de ſubſtantia huius ſacramenti

menti,eſt debita forma uerborũ, quæ eſt hæc ſuper hoſtiam.Hoc eſt enim corpus meum.Et ſuper ſanguinem. Hic eſt enim calix ſenguinis mei noui,& æterni teſtamẽti;miſteriũ fidei,qui pro nobis & pro multis effundetur ĩ remisſio nẽ peccatorũ. Circa quod ſciendũ eſt quod licet illa coniunctio. Enim poſita in ambabus formis nõ ſit de ſubſtantia formæ ſimpliciter neceſſaria,debet tamẽ apponi ſecundum uſum eccleſiæ,qui uſus à beato Petro initium ſumpſit,& grauiter peccant omittẽtes eam. Quod aũt præmittitur:Accipite,& mãducate ex hoc omnes, pertinet ad uſum ſacramẽti, & non eſt de ſubſtantia formæ. Sed ſi quæritur quomõ iſta locutio eſt uera, cũ ſacerdos dicit, hoc eſt enim corpus meũ. Hoc.n.uidetur falſum ſi ex perſona ſacerdotis illa uerba dicant, cum ſacerdos non intendat cõficere ibi ſuũ propriũ corpus,ſed Chriſti.Ad hoc reſpondetur breuiter, quod iſta uerba ſacerdos nõ profert ex perſona ſua ſed Chriſti.Demonſtrat autẽ illud pronomen Hoc, uerum corpus Chriſti in ordine ad totam compoſitionem huius formę, Hoc eſt enim corpus meum.Non quod prolato ſolum iſto pronomine Hoc, ſtatim ſit corpus Chriſti, ſed prolata tota forma à Chriſto inſti

tuta

tuta,quia in ultima prolatione iſtorum uerborum fit tranſubſtantiatio ad quam ordinantur præcedentia. Et pro iſto ulterius ſciendum eſt quod ſecundum beatũ Thomã ſuper.4. diſtinctio.8.quęſt.5.artic.2. Forma huius ſacramẽti differt a formis aliorum ſacramentorũ in duobus. Primo quia forma aliorũ importat uſum materiæ,forma autem iſtius importat cõſecrationem tantum, quæ conſiſtit in tranſſubſtantiatione materiæ. Vnde miniſter uel ſacerdos in conficiendo hoc ſacramentũ non habet aliũ actum,niſi prolationem uerborum ex perſona Chriſti. Secundo,quia aliorũ ſacramentorũ ex perſona miniſtri proferuntur:forma autẽ iſtius ſacramẽti a miniſtro in ꝑſona profert̃ Chriſti.

Ad intelligẽdũ autẽ quodlibet uerbũ poſitũ in hac forma, eſt ſciẽdum quod hæc forma eſt ſufficiẽtisſima.Primo quãtũ ad operatiuã potẽtiã, quia cum factio habeat ſuã cõplexionem, ideo cõuenieter ponit̃ iſtud pronomẽ Hoc,demõſtrãs panẽ,qui eſt trãſſubſtãtiatus ĩ corpus Chriſti,et eſt idẽ cũ corpore Chriſti.Secũdo eſt ſufficiẽs quãtũ ad modum operãdi,quia hic ter minus ad quẽ, eſt ſine oĩ immutatione ex parte ſui.Ideo bene ponit̃ ly Eſt, deſignãs permanẽtiã,et nõ ponitur uerbum fiẽdi,ſcilicet Erit,

deſignans mutationẽ. Tertio eſt ſufficiens ex parte operis, quia hic corpus Chriſti uerũ,deſinat corpus Chriſti myſticum, quod habet diuerſas ptes, et forte diuerſarũ rationũ propter differentẽ gratiã gratis datã, ideo melius dicit corpus,quã caro. Quarto eſt ſufficiẽs ex parte operãtis. Vndè corpus Chriſti nõ tãtũ ſignificat corpus Chriſti uerũ ſed etiã ſignificat corpus Chriſti myſticum.Et cum hoc non poſſit facere ſecundũ ſe,ſed in quantũ eſt unũ uel unitũ cum diuinitate,ideo congruè ponitur ibi ly Meũ.Quinto eſt ſufficiẽs ex parte effectus prĩcipii.Vnde qa iſte effectus,ſcilicet corpus Xp̃i eſt tãtæ nobilitatis quod non ſit in ſacrõ niſi à Deo immediate,nec miniſter habet aliquem actũ ſpecialem in iſto ſacramento ſicut in alijs, ideo conueniẽter factum eſt quòd iſta forma non profertur in perſona alicuius. ſed Dei abſolute.Sicut enim uox hominis per tubam,ita Dei per hominem.

Quartum, quod eſt de ſubſtãtia huius ſacramenti, eſt intentio conſecrantis, ſcilicet ut in ſpeciali uel in generali hoc facere uelit quod facit eccleſia,uel quod fecit Chriſtus,& ſtatuit faciendum. Licet tamen intentio ſemper eſt neceſſaria de ſubſtantia,non tamen attentio. Vnde ſi

de ſi mens rapitur ad alia ex infirmitate, uel ne gligentia, uel in curia, nõ ideo eſt minus conſe cratũ, quàm ſi affuiſſet attẽtio. Peccat tamẽ il-le, qui cõſecrat, & non intelligit, & ſe non re-colligit quãto attentius poteſt ad cõſecrationẽ. Nã debet attẽtus eſſe ad hoc ut cõſideret quid facit: & tunc maxime quando plures hoſtias cõſecrat pro cõmunicantibus, unde debet habe re reſpectum ſpecialẽ ad illas hoſtias omnes, q̃ ſunt coram eo. Alias enim ſi habere generalẽ intentionem ad omnes hoſtias, quæ ſunt in al tari, ſtaret quãdoq; quòd etiam illas, quæ ſunt in pyxide reſidue, conſecraret ſecundum quoſ dam. Mihi autẽ non apparet hoc, quia ex quo nõ itẽdit cõſecrare alias, niſi quæ ſunt corã ipſo de propinquo cumulatæ ad unũ locum, quan-tumcunq; generaliter intendat ſuper eas, non conſecrabit niſi illas. Similiter dico ꝙ ſi hoſtia aliqua iaceret ſub pallo non conſecrata abſcon ſa, in tẽpore conſecrationis forte per obliuionẽ clerici dimiſſa, ex quo ſacerdos de ea non intẽ dit, nõ eſt cõſecrata. Secus dico, ſi habet inten-tionem ad oẽs, quæ ſunt ante eum, tunc & illã hoſtiam abſconſam conſecrabit. Tamen dicit Ioan. Caldinenſis in ſupplicationibus ſuis de officio ordin. cap. ſi ſacerdos. ꝙ ſi ſacerdos cre-

dens ponere ſedecim hoſtias,ponit decẽ, ſi intẽ
tio ſua eſt cõſecrare quãtum habet ante ſe, oẽs
ſunt cõſecratæ. Et ideo dicendũ eſt quòd ſuffi-
cit ſacerdoti habere intentionem determina-
tam faciendi ut facit eccleſia ſuper totam mate-
riã præordinatã,ſine ſpecificatione numeri, ſe-
cundũ magiſtrum Franciſcũ de Braga, in qua-
dã quæſtione diſputata. Idem dico de uino per
fuſo ſuper altare per negligentiã perfuſionis tẽ
pore in calicem,quia illud non conſecratur,dũ
ſacerdos nõ intẽdat ſuper illud. Et ideo dixi ꝙ
maxime requiritur intẽtio ſuper illa, quæ ſunt
corã ſacerdote poſita in tali loco tantum,et nõ
in alio. Ex illo ſoluit̃ dubium an ſchiſmaticus
uel hæreticus conficiat hoc ſacramẽtum.Patet
enim quòd ſic, cũ talis poſſit habere intentio-
nẽ eccleſiæ in conficiendo, et hoc maxime uni
uerſalẽ, ſcilicet intẽdẽdo facere quod Chriſtus
fecit,et inſtituit faciẽdũ,et quod eccleſia facit, li
cet etiã non intẽdat in ſpeciali, quia ex quo eſt
in hæreſi uel in ſchiſmate,ipſe certus eſt et cre-
dit nihil ualere uel facere,propter peccatum,in
quo eſt.Nec obſtat capit.ſchiſma.24.q.1.ubi di
cit̃ ꝙ ſchiſmaticus execrare poteſt,nõ autẽ cõ-
ſecrare.Quod intelligitur quãtũ ad efficaciã ſa
cramẽti,quia nõ operatur effectũ ſalutis in illo

ſic con-

ſic conſecrãte illam uel cõficiente propter ſchiſma uel hæreſim, ſed tamen eſt uerum corpus Chriſti. Similiter etiam illud intelligit, ſcilicet ubi dicitur. Non eſt corpus Chriſti, quod ſchiſmaticus conficit, id eſt quòd nõ eſt uerum corpus Chriſti, quantũ ad conficiẽtem in ſchiſmate uel hęreſi, qa ſibi nõ proficit, ſed officit, ideſt, nocet. Nihilominus tamẽ quantũ eſt ad ueritatẽ ſacramenti, eſt uerũ corpus Chriſti. Similiter in. c. audiuimus. ubi dicitur, ꝙ ſchiſmaticus execrare poteſt, nõ autẽ conſecrare, intelligitur ut dictũ eſt. Vnde patet illos indiſcrete facere, qui ſacramentũ per Ruthenos aut græcos cõfectũ in forma eccleſiæ, blaſphemant et derident: cũ ibi ſit uerum corpus Chriſti. Cõſultius tñ iſti facerent ut illuc nõ intrarent, nec inſpicerẽt in ipſorũ eccleſias, quã ut uenientes illuc derideant.

Concludendo ergo dico quòd ad hoc ſacramẽtum conficiendum ſufficit triplex conditio ex parte cõficiẽtis. Primo, quòd ſit ſacerdos rite ordinatus. Secundo quòd poſsit uerba proferre conſecrationis. Tertio quòd poſsit habere debitam intentionem faciendi quod facit eccleſia. Propter defectũ primæ conditionis nullus laicus, quantumcunque ſanctus, nec ſacerdos Gentilis, ut Tartarorum, conficiunt: quia

non ſunt ritè in forma eccleſiæ ordinati. Propter defectum ſecundæ conditionis mutus nõ poteſt conficere, quia non poteſt uerba conſecrationis proferre. Propter defectũ tertiæ conditionis carens uſu rationis, & ebrioſus nondũ digeſtus non poſſunt conficere, cum non habeant intentionem debitam. Sed prima conditio eſt propria, quia ſolus ſacerdos & quilibet poteſt, cui poſſunt competere iſtæ condictiones, ſcilicet prolatio & intentio. Nec obſtat ſi inſtatur de degradato ꝙ non ſit ſacerdos, quod tamen non eſt uerum, quia caracterem ſacerdotalem ſibi ſemel in ordinibus ſuſceptis collatum, nullus poteſt delere. Quamuis taliter degradatus perdat priuilegium clericale, et tradatur curiæ ſeculari, tamen ſi celebraret, cõficeret, quia authoritas ſubſtantifica non eſt ſibi ablata quantum ad ueritatem ſacramenti, ſed tantum quantum ad excutionem legitimam, qua caret quo ad ſe & ad alios, & quod ad totã eccleſiam. Quãdo autem dicitur ꝙ ſchiſmaticus, excõmunicatus, hæreticus, & degradatus non conficiunt: intelligendum eſt ꝙ non conficiũt ritè & ordinatè, nec legitimè quantum ad efficaciã ſacramẽti, ut ſcilicet ſit utilis illa cõfectio ad ſalutem eis, ſed tamen conficiunt quantum

ad

ad ueritatem ſacramenti. Et hoc catholicè ſentiendum eſt de iſto ſacramēto, omiſsis opinionibus multorum. Etſi quis contra prædicta obiiciat magiſtrū Sententiarū libro quarto, diſtinctione octaua, ubi dicit, tales nō poſſe conficere, Salua pace magiſtri, dico ꝙ in hoc non tenetur. Tñ propter ſui reuerētiā, ut eius dictū potius ualeat quàm pereat, intelligendum eſt, ꝙ tales non poſſunt conficere de iure, & ſine peccato, ſeu ordinatè, ſed de facto bene poſſunt. Nec moueat aliquem ratio magiſtri ibi poſita, per quā dicit ideo nō poſſe p̄dictos conficere, quia nemo in iſta conſecratione dicit, Offero, ſed, offerimus hoc ſacrificiū. Nemo igitur, niſi fuerit mēbrū eccleſiæ, poteſt dicere cū aliis, Offerimus quaſi eſſet una de perſonis eccleſiæ. Nō poſſunt dicere Offerimus, ergo nec conficere. Ad quod dicimus quòd oblatio non pertinet ad rationem conſecrationis, unde non neceſſario requiritur ut offeratur. Ita ſoluit doctor ſubtilis ſuper 4. diſtinc. 8. q. 1. & ſanctus Tho. eadem diſtinct. q 1. arti. 1. 3. & 4.

De credendis circa hoc ſacramentum.

ANte omnia credendum eſt, ꝙ in hoc ſacramento idem Chriſtus, qui de uirgine natus eſt, & pro nobis paſſus, continetur. Et ſicut ibi

uerus eſt Chriſtus: ita etiã eſt ibi ſub una quã-
titate,ſed nõ quãtificatiue, hoc eſt tm̃ dicere, ꝙ
non utitur illa quantitate occupando locũ. Sic
etiã non utitur claritate ſua illuminando aerẽ.

Secundo credendũ eſt ꝙ corpus Chriſti po
teſt eſſe in pluribus locis, quantumcunqꝫ plu-
res panes tranſſubſtantientur in ipſum. Vnde
in cœlo eſt localiter,in uerbo diuino perſonali
ter,in altari ſacramẽtaliter. Secundum naturale
eius eſt,eſſe in cœlo in uno tantum loco, ſecun
dũ eſſe ſacramentale eius poteſt eſſe in diuerſis
locis Eſt ergo hic ſecũdũ quod multa in ipſum
trãſmutari poſſunt. Sed ſecundũ eſſe perſonale,
nõ eſt in loco. Vnde dicit Petrus de Tharan. ꝙ
ſecundũ quod unũ eſt & indiuiduũ in ſe,nõ po
teſt eſſe niſi in uno loco, ſicut nec angelus,nec
aliud corpus,ſecũdũ quod in ipſum multa trã-
ſmutari poſſunt indiuidua, ſic poteſt eſſe in di-
uerſis locis. diſt. 10. q. 3. arti. 2. ſup quarto. Sctẽ.

Tertio credendũ eſt ſecundum Tho. ꝙ cum
corpus Chriſti apparet in ſpecie carnis uel pue
ri,utrum ibi appareat uerũ corpus Chriſti, uel
an illę ſpecies ſint propriè corporis Chriſti,nõ
omnino determinatum eſt à doctoribus. Ta-
men ſecurè dicitur quòd illæ dimenſiones pa-
nis manent, & in eis alia accidentia ſenſibilia
ſuper-

ſuperducuntur diuina uirtute, quæ ſpeciem carnis prætendant, ſicut accidentia, quæ prius erant prætendebant ſpeciem panis. Quando tamen appareret ſub forma carnis uel pueri, non deberet ſumi, ſed pro reliquiis ſeruari.

Quarto credendum eſt ꝙ illa accidentia manent ſine ſubiecto poſt cõſecrationẽ uirtute diuina, retinent tñ ibi modum agendi uel patiendi in corpore Chriſti quem prius habuerunt.

Quinto credendum eſt ꝙ facta conſecratione, ulterius nõ manet in hoſtia conſecrata ſubſtantia panis, nec in uino ſubſtantia uini, ſed ſtatim corpus Chriſti fit in hoſtia, et ſanguis Chriſti in calice. Et ratio ſecũdũ beatũ Tho. eſt, quia oppoſitũ huius dicere, repugnat uerbis Chriſti. Non enim eſſet uerũ dicere, Hoc eſt enim corpus meum, ſed, Hîc eſt corpus meum. Item ſi remaneret ſubſtãtia panis, tolleretur reuerentia Chriſto debita ut cõtinetur in hoſtia. Nã Chriſto, ut cõtinetur in hoſtia, debeť cultus latriæ, ſed ſi ibi maneret ſubſtãtia panis, nõ deberet talis cultus latriæ exhiberi, propter idololatriã adorando creaturam. Et licet multi doctores huic contradicant ſententiæ, iam tamen pro catholica concluſa eſt ſub Alexandro quarto papa, & Martino quinto.

Sexto credendũ eſt ꝙ fractio, quæ fit in hoſtia, non fit in corpore Chriſti, ſed tm̃ in ſpeciebus hoſtiæ: Vnde ibi accidẽtia manentia ſine ſubiecto dicunt̃ frãgi, ſecundũ Petrum diſtinctio. 12. artic. principali, quæ. 1. quia alias fractio eſt quædã diuiſio, diuiſio uero eſt paſſio quãti ut quãtũ. In ſacramento uero aliquid eſt quãtũ per modum quãti, ut ſpecies. Aliquid eſt quantũ, ſed nõ per modũ quãti, ut corpus Chriſti. Ideo dicendum eſt ꝙ fractio uel diuiſio fit in ſpeciebus, & non in corpore Chriſti.

Septimo credendum eſt ꝙ corpus Chriſti in hoc ſacramento proprie nõ uidetur, nec ſanguis corporalis. Ratio Greg. quia tunc ibi nõ eſſet aliud uiſum, & aliud creditũ. Itẽ aliá ratio naturalis, quia nullũ corpus uideri poteſt, niſi habeat accidentia in eſſentia, uel niſi ſit coloratum formaliter, ut patet de pariete ſed color albus nõ eſt in hoſtia formaliter, ergo nõ poteſt uideri proprie. Nec tñ errãt laici, qui dicunt ſe uidere corpus Chriſti, ſicut illi nõ errauerunt, qui dicebãt ſe uidere angelos in aſſumpto corpore, quos tñ nõ uiderunt inquantũ fuerũt ſpiritus. Et ſimile eſt de hoĩe armato, quẽ dicis te uidere, cũ tñ nec faciẽ nec mẽbrum aliquod nudũ eius uideas. Imo ut dicit Varro diſtinc. 5. q.

9. Nul-

9.Nulla creatura naturali cognitione, nec angelus poteſt cognoſcere ibi eſſe corpus Chriſti.Licet tñ uiſione glorioſa & intellectuali poteſt cognoſci. oculus tñ glorificatus illud uidere nõ poteſt corporaliter,ſecundũ Thomã.Vnde glorificati uidẽt corpus Chriſti in ſacramẽto uiſione intellectuali,& non corporali.

Octauo credẽdum eſt ꝙ in hoſtia ſunt quatuor,et quatuor ueraciter in calice credenda cõtinẽtur.Primo enim in hoſtia uirtute uerborũ eſt corpus Chriſti. Ratio, quia illud ueraciter continetur in hoſtia, de quo uerba faciunt mẽtionẽ,ſed hoc ſolũ eſt de corpore Chriſti, quia ibi dicitur,Hoc eſt enim corpus meũ.ubi nil dicitur de aĩa,nec de deitate,nec de ſanguine. Secundo ibi eſt ſanguis Chriſti nõ principaliter, ſed ex concomitãtia quadã neceſſaria,quia corpus uerum et uiuũ non eſt ſine ſanguine.Vnde dicitur anima eſſe ĩ ſanguine.Tertio ibi eſt anima Chriſti ex concomitãtia mediata,quia impoſſibile eſt animã informare et perficere corpus,niſi corpus ſit diſpoſitũ, ſed ſine ſanguine nõ eſt ibi corpus bene diſpoſitũ,nec etiã organizatum. Ibi ex conſequenti etiã eſt anima,cũ ibi ſit corpus diſpoſitum per ſanguinem, & hoc eſt dicere, mediante ſanguine. Quarto

eſt ibi deitas ex quadam concomitantia remota, quia corpus & deitas ſunt diſparia, tamē ex quo Chriſtus natus fuit ex Maria uirgine uerus homo & Deus, ideo etiam hic eſt uerus homo & Deus. Similiter dicitur de calice ꝙ ibi primo eſt ſanguis, quia de illo uerba faciunt mentionē. Secundo ex concomitantia immediata ibi eſt corpus Chriſti. Tertio ex concomitantia mediata ibi eſt anima Chriſti. Quarto ex cōcomitantia quadā remota ibi ē deitas.

Nono credendum eſt ꝙ in hoc ſacramento aliquod eſt ſacramentum, & non res ſacramenti, ſicut ſpecies ſenſibiles panis & uini, & illæ ſpecies ſunt creaturæ. Vnde adorator uidēs hoſtiam nō debet ferre intētionē principaliter ad id, quod uidet, ſed ad id, quod credit ibi eſſe, ſcilicet Chriſtū. Secūdo inuenit ibi ſacrm, & res ſacramenti, & hoc eſt uerū corpus Chriſti & ſanguis eius. Iſta autē dicuntur ſacramētum & res ſacramēti per reſpectū ad miniſtrū uel ſacerdotē ſub debita forma conficientē. Vnde dicitur ſacramentū, quaſi ſacræ rei ſignum, quia ſignificat, ſpiritualē refectionē animæ. Et dicitur res, quia hoc ipſum facit per gratiā quod continet. Tertio eſt ibi aliquid, quod eſt res ſacramenti, & non ſacramentū, ſicut eſt gratia data dignè

ſuſci-

ſuſcipienti,& hæc gratia eſt res ſacramenti, nõ tamen ſacramentum. Quarto eſt ibi,quod nec eſt res ſacramenti,nec ſacramentum, ut ſunt illa omnia , quæ ſunt concomitantia hoc ſacramentum,ſiue ſint accidentia propria, ſiue communia.Et illa dicuntur potius formæ accidentales, ſiue ſpecies.

Decimo credendum eſt ꝙ licet ſacerdos debeat ſub utraq; ſpecie ſumere hoc ſacramẽtum cum celebrat,tamen populo ſufficit ſumere ſub ſpecie panis tantùm . Et ratio eſt,quia ſecundũ Archi.de conſe.diſt.2. comperimus. in hoc ſacramento nõ ſolù attẽditur efficacia,ſed etiã ſignificãtia.Significatur enim per iſtas duas ſpecies,ſcilicet corporis & ſanguinis ſeorſum ſumptas per ſacerdotẽ tẽpore celebrationis, ꝙ ſanguis Chriſti in cruce fuit diuiſus a corpore ſuo, ut dicit Gorra ſuper Matthæum.Cũ autẽ ſacerdos tãtum,et nõ populus habet huius facti ſignificationem ex ordine ſuo exprimere tantũ ipſe & non populus, tunc ſub utraq; ſpecie debet ſumere , eo ꝙ ipſe tunc gerit uices Chriſti, populus autem non . Et ideo populo non eſt opus de ſignificantia,ſed de efficacia.Et quia efficacia eſt æqualis ſub utraq; ſpecie, ideo populo traditur ſub altera ſpecie, in qua tradi poteſt

cũ re-

cũ reuerẽtia & cautela. A presbyteris autẽ tm̃
ſumitur ſub utraq; ſpecie. Et pro iſto ſciendum
ſecundũ Thomã in.3.parte.q.82.arti.7. & ulti
mo ꝙ circa uſum huius ſacramẽti poſſunt duo
cõſiderari, unum ex parte ipſius ſacramenti, &
aliud ex parte ipſorum ſumentium. Ex parte
ipſius ſacramenti conuenit quòd utrunque ſu-
matur, ſcilicet corpus, et ſanguis, quia in utroq;
cõſiſtit perfectio ſacramenti, et ideo quia ad ſa
cerdotẽ pertinet hoc ſacramentum conſidera-
re, & conſecrare, et perficere, nullo modo debet
recipere corpus Chriſti ſine ſanguine. Ex parte
autẽ ſumentiũ requiritur ſumma reuerentia, &
cautela ne aliquid accidat, quod uergat in iniu
riam tanti miſterii, quod præcipuè poſſet acci-
dere in ſanguinis ſumptione, qui quidem ſi in
caute ſumeretur, de facili poſſet effundi. Et q̃a
creſcente multitudine populi Chriſtiani in qua
continentur ſenes et iuuenes, quorũ quidã non
ſunt tantæ diſcretionis, ut cautelam debitã cir-
ca uſum huius ſacramenti adhiberent, ideo pro
uide ordinatũ eſt ut populo ſub altera tantum
ſpecie detur. Hoc idem tenet ſanctus Thomas
ſuper illud Ioan.6. Niſi manducaueritis, dicẽs;
Non eſt de neceſſitate ſalutis perceptio ſangui
nis, ſicut corporis Chriſti, cum Chriſtus totus
ſub

ſub altera ſpecie tantum ſumatur. In hocipſum ſequitur Lyra ibidē, dicens: Non eſt intelligendum ꝙ ſub utraq; ſpecie ſit fidelibus exhibendum, ſed tantum ſacerdotibus ſumendum.

De cautelis ſeruandis circa hoc ſacramentum ex parte ſumentium.

ET quia duplex ſtatus uititur hoc ſacramento ad ſalutem, ſcilicet ſecularis et ſpiritualis, ideo quilibet habet ſuas cautelas. Vna igitur omnes tam ſpeciales cuilibet eorum, quàm cõmunes utriſq; ſimul. Et primo cauēdũ eſt omnibus ne in peccato mortali ſumant hoc ſacramentũ. Nã ſi peccarent grauiter, iuxta illud. 1. ad Corinthios. 11. Qui autē mãducat indignè, iudiciũ ſibi mãducat, &c. Sunt autē quidã, qui ſufficienter ſe præparant ſecundũ ueritatatem, ſcilicet qui expellunt diabolũ de corde ſuo per uerã examinationem conſcientiæ, & per contritionē ſiue iudicium pœnitentiæ: & hi conſequuntur gratiam, & manducant dignè. Alij ſunt qui ꝑparãt ſe ſufficiēter, nõ tñ ſecũdũ ueritatē, ſed ſecũdũ probabilitatē: ita ꝙ æſtimant ſe carere peccato, qui tñ ſi facerent maiorem conſcientiæ inquiſitionem, inuenirent ſe reos: ſed tamen ſunt parati, quia ſi ſcirent peccatum in ſe, uellent cõfiteri, nõ tamen apponunt ad hoc omni-

omnimodã diligentiã. Et hi quãuis gratiã non percipiant, nõn tamen incurrũt offenſam: quia nec ſumunt digne nec indigne, quãuis ſint indigni. Tertij ſunt qui neutro modo ſe præparãt, imo contemnunt, & hi peccant mortaliter, & ſumunt indigne. Vnde indigne accedunt triplices homines. Primi, qui cũ conſcientia mortalis peccati, & ſine propoſito pœnitendi accedunt. Secundi, qui aliter quã eccleſia ſtatuit, accedunt, uel extra eccleſiã, ut ſchiſmatici uel hæretici. Tertii, qui ſine reuerentia accedunt, ſicut faciunt multi qui præmunt ſe ad altare, et unus in alium quandoq; prouocatur. Vel ut quidã ſacerdotes præparantes ſe ad celebrandum diſtracti accedunt & feſtinant, ita ꝙ quandoque obliuiſcũtur quid faciunt. Et licet quis nõ poſſet habere certitudinẽ an ſit ĩmunis a peccatis, poteſt tamẽ hoc perpẽdere per quatuor ſigna. Primũ eſt, cum quis uerba Dei deuote audit. Ioã. 8. Qui ex Deo eſt, uerba Dei audit. Secundum, cum quis ad bene operãdum prõptum ſe inuenit, quia probatio dilectionis, eſt exhibitio operis, ſecundum Gre. Tertium, cum quis propoſitum abſtinendi a peccatis in futurũ habet. Quartum eſt, cum quis de præteritis commiſsis dolet. Vnde ſi quis ꝑ huiuſmodi ſigna facta

ςta diligenti diſcusſione ſuæ cõſcientiæ, quam uis forte non ſufficienti, ad ſacram commnnionem accedat, aliquo peccato mortali in eo remanẽte, quod eius cognitionẽ ſubterfugiat, nõ peccat, imo magis ex ui ſacramenti peccatorũ remisſionem cõſequitur, quia iſtud ſacramentum uenialia delet. & mortalia oblita.

Secunda cautela eſt oĩbus cõis, ne quis pollutus in corpore accedat eodẽ die. Et non ſolũ requiritur mũditia mẽtis, quòd ſcilicet ſit ſine peccato, ſed etiam corporis. Pro quo ſciendũ quod pollutio poteſt cõtingere ex ſola diſpoſitione naturæ, & nõ ex præcedenti cogitatione, & tũc nõ eſt ſignũ alicuius peccati, ſed poteſt hebetudinẽ mẽtis inducere, ſi ſimul cũ imaginatiõe cõtingat: immunditiã tñ corporis habet. Et ideo ſi necesſitas immineat, & deuotio expoſcat, nõ ĩpedit, præcipue quãdo ſine imaginatione accidit. Tamen ſi pp reuerentiã tũc abſtineat, laudandus eſt, maxime quando talis diſpoſitio naturę nõ eſt perpetua ſiue diuturna. Secundo modo põt cõtingere ex p̃cedẽti cogitatione, & tũc ſi non fuit cõſenſus ad cogitationẽ, & necesſitas urgeat: poteſt accedere & celebrare, ſi autẽ non urgeat necesſitas, accedendo non peccat mortaliter, ſed uenialiter, maxime

quando cogitatio eſt cū delectatione, licet ſine conſenſu. Dicit tamen beatus Thomas quòd poteſt cōtingere quòd in ipſa cogitatione pollutio oriatur, quæ ſi placet, propter delectationē ex ſurreptione, eſt peccatum ueniale. Si autem deliberante conſenſu, et præcipue cum cōplacentia futura, eſt peccatum mortale. Iſta autē complacentia nō facit dictam pollutionem eſſe peccatum, quia non eſt eius cauſa, ſed in ſe eſt peccatum. Si autem placeat ut alleuiatio naturæ, peccatum eſſe nō creditur.

Tertio contingit ex cibo, et potu, & tunc idem eſt iudicium, ſicut de illa pollutione, quæ contingit cum imaginatione turpi, ut dicit canon ſexta diſtinctione, ſacramentū, ubi dicitur cum appetitus gulæ ultra modum in ſumendis alimentis rapitur, atq; idcirco humorū receptacula, id eſt, uirilia membra grauantur, habet exinde animus aliquem reatum, id eſt, ueniale peccatum. Et hoc non prohibet ab Eucharistiæ ſumptione, ſed a cōfectione, niſi ſit neceſſitas. Vnde ibidem ſequitur. Non tamen uſque ad prohibitionem ſacri myſterii percipiendi, uel miſſarum ſolennia celebrandi, cū fortaſſe aut dies feſtus exigit, aut exhibere myſteriū, pro eo quòd alius ſacerdos ideſt, ipſa neceſſitas

ſitas cõpellit. Hæc ibidem. Et nota ſecundũ Archi. in canone teſtamentum diſt. 6. ꝙ licet pollutio ex crapula in ſomno eſt ueniale, tamẽ ipſa crapula p̃cedens eſt mortale. Ex quo patet ꝙ licet pollutio ex crapula, quæ eſt ueniale peccatum prohibeat nihilominus prẹter caſum neceſſitatis à confectione, tamẽ laicũ à ſumptione nõ prohibet: quod plus eſt, quia maior munditia requiritur in ſacrificio, quàm in ſumptione. Vnde Archi. ubi ſupra, elicit efficax argumentũ ꝙ minus eſt audire diuina, ꝙ̃ celebrare: eo quòd ſecundum Tho. peccator in mortali peccato exiſtens uidendo corpus Chriſti in miſſa nõ peccat, licet tunc debeat humiliari.

Quarto contingit pollutio ex illuſione diabolica, de qua dicit Ioannes Pariſienſis ſuper 4. Sentent. diſtinct, 10 quæſt. 2. quòd talis illuſio habet quandoq; cauſam intrinſecam, ſicut quando dormiens non fecit quod debuit, ſcilicet ſe non ſignando, uel aliquid aliud, & ſic eſt peccatum, ſcilicet quãdo habet cauſam extrinſecam, ſicut narratur in uitis patrum de quodã ſancto uiro, quia quoties celebrare uolebat, procurabat ei diabolus pollutiones, quod patres percipientes dederunt ei cõſilium quòd audacter celebraret. Quocunque tamen modo

accidat, ex quadam congruentia ſemper im-
pedit ſumptionem ſacramenti, propter duo.

Primo, quia ibi ſemper accidit fœditas cor poralis, cum qua nullus propter reuerentiam ſacramenti debet accedere, unde accedentes lauant manus, &c. niſi forte talis eſſet immunditia, quæ eſſet perpetua & diuturna, ut ſi eſſet lepra uel fluxus ſanguinis uel ſeminis.

Secundo, quia ibi ſequitũ pollutio, in euagatione mẽtis, præcipue ex turpi cogitatione, q̃ etiã nõ ſine culpa cõtingit. Tenendũ tamen eſt ſecundũ Tho. ꝙ in oĩbus iſtis pp neceſſitatem uel ſolennitatẽ diei, uel ubi unus eſt ſacerdos tã tum, poſtponẽda eſt talis congruentia, & committẽdo ſe Deo cũ dolore & cordis compunctione, præmiſſa cõfeſſione, ſi haberi põt. aliàs cum bono propoſito confitendi accedat in nomine Dñi. Dicit etiã doctor Pariſi. ubi ſupra (& concordãt cum ſancto Tho.) de mẽſtruo & aliis immunditijs, quòd quandiu durant, ex quo ſunt tẽporales immunditiæ, & non perpetuæ, in talibus eſt abſtinendũ pp reuerentiã ſacramẽti. Si tñ mulier habet deuotionẽ, uel fortè, poſtea nõ habebit tp̃s cõpetens, ad hoc admittatũ, ne ſecundum Greg. pœna corporalis ei mutetũ in culpã. Dicit tñ Greg. ꝙ ſi mulier eo tem-

tempore accedat,non eſt iudicãda,quia paſſio ſua non eſt clupa. Si autẽ abſtineat, laudanda eſt 5.diſtinct ad eius uero. Valde igitur eſſent arguendi ſacerdotes idiotæ grauantes tales per ſonas grauibus pœnitẽtijs,eo quòd ad eccleſiã tpe menſtrui ingrediunt,aut ad ſacramentũ altaris accedũt. Et audiui de quodã qui pro una leui pollutione cuidam piæ fœminæ & multũ deuotæ dedit multa pſalteria pro pœnitentia cõparanda, puto tamen quòd prodiderat in hac parte de ſimonia ſibiipſi per eandem faciẽda, ſed tamen mentita eſt iniquitas ſibi. Illa enim ſtatim diſcretiorem acceſſit, qui cum ea melius & mitius egit, & ita illa pauper fuit fruſtratus, & in ſua ſpe ſimoniaca confuſus.

Tertia cautela,quòd nullus die illo, in quo cõmunicat,debitũ petat à còiuge,uel ecõuerſo, uxor à marito:ſecundũ Thom. in.3.parte. q. 80.nec etiã nocte ſequẽti aut præcedẽti. quod ſi fiat cã prolis generãdæ,uel cã reddendi debitũ,iudicandum eſt ſicut de pollutione nocturnali,quæ accidit non ſine peccato pp immunditiã corporalem & mẽtis diſtractionem. Unde in cõci. Elibertino de cõſ.diſ.2.c. omnis hõ dicit.Oĩs hõ ante cõionẽ ſacrã à propria uxore abſtinere debet tribus,aut quatuor,aut quin

què aut ſeptem diebus.Gl.abſtinere debet quã
tum in ſe eſt,ut non exigat, exactus tamẽ red
dere debet quolibet tẽpore, ut patet.33. q.5.ſi
dicat.Dicit tñ gl.ꝙ hoc nõ eſt pceptũ.Pro illo
notatur.33.q 4.uir cũ propria.Ioan.etiã in no
uella ſua de cõſecra. eccle.uel alta.c.1.lib.6. ſu-
per gloſ.in uer.ſeminis in fi. dicit quòd quãdo
maritus accepit Euchariſtiam,nõ debet exige
re,tenetur autẽ reddere.De hoc.82.diſtin.pro-
poſuiſti,&.33.q.4.Chriſtiano.In tali ergo ca-
ſu,ut dicit Grego. Sunt homines ſuo arbitrio
ſeu iudicio relinquendi, & eorum conſcientia
eſt requirenda,cum ueniunt ad confeſsionem.
Vnde ſi quis uoluptate dominante cõiugi mi
ſcet,prohiberi debet ab hoc ſacramento.33.q.
4.uir cum propria.Albertus autem dicit quòd
etiam poſt ſacram communionem non licet
illo die debitũ exigere, nec exactum reddere,
niſi cum difficultate.Puto tamen quòd reddẽs
illo die debitũ non peccat mortaliter, ſed ue-
nialiter.Sed diceres,tamẽ Hieronymus in quo
dam ſermone ſimiliter prohibet dicens: Qui-
cunque uxori reddit debitum,non poteſt car-
nes agni edere.33.q.4.ſciatis. Dico ſecundum
doctorem ſubtilem,quòd non poteſt omnino
cum tanta reuerentia.Et ideo conſilium eſt ut
tunc

tunc abſtineat, licet non ſit præceptum neceſſitatis, quia non uideo quomodo propter hoc ſolum peccaret mortaliter, quia percepit corpus Chriſti. Vnde gloſ. ſuper dicto ca. ſciatis. dicit quòd talis non debet edere de carnibus agni, id eſt, corpore Chriſti, propter reuerentiam ſacramenti, cum cauſa libidinis commiſcetur uxori, alias uero tenetur debitum reddere, ut dicitur. 43, quæſtio. 5. cap. 1. Non uideo quare punietur, cum tantum pro mortali abſtinendum ſit a corpore Chriſti, de conſecra. diſtin. 2. quotidie. Ex quibus infero quòd dogma Beguardorum docens hominem pro omni tempore, quo idoneus eſt manducare ſpiritualiter, eſſe idoneum ad manducandum ſacramentaliter, totaliter eſſe peſtiferum, & ſcripturis ſanctis contrarium. Patet hoc ex ſupra dictis. Nã multi ſunt ſine mortali peccato, qui ſunt idonei ad manducandum ſpiritualiter, cũ ſint in gratia, et tamen ꝑꝑ reuerentiam ſacramenti non ſunt idonei ad manducãdũ ſacramẽtaliter, ſicut patet de coniugibus actualiter cõminiſcentibus, ut dictum eſt. Item apparet ex his quãtus error eſt dicer̃ quòd homo ex reuerentia non debet moueri ad abſtinentiam, imo magis ad ſacramentaliter percipiendum.

Similiter dicere quòd uirginis & uiduæ deuote negocia ſeculi abdicātes, ſi ſe ī defectibus inueniāt,periculoſe ab hoc ſacramēto,abſtineāt. Vnde eis cōſulēdū ꝙ quotidie alias frequēter, alias aliquoties in ſeptimana hoc uenerabile percipiāt ſacramentū, q̄ oīa errorē ſapiunt, & uulpinā caliditatē. Vnde dico ſecundū doctorē ſubtilē,ꝙ exiſtēs in gratia actualiter īdeuotus, laudabiliter abſtineat ab hoc ſacramento. Nec eſt conſiliū eccleſiæ & ſanctorū patrū per ſumptionē ſacramēti excitare actualē deuotionē, ſed ꝑ ieiuniū,eleemoſynas,orōnes, & meditationes deuotas primū ī ſe deuotionē excitare auxilio Dei,& demū ex ſumptiōe Euchariſtię feruorē,& grāæ expectare fideliter cōplemētū.

Quarta cautela,ne quis quantumcunq; cōtritus de ſuis peccatis,ſine cōfesſione facta ſacerdoti accedat ad cōionem. Nam ſic accedens peccat grauiter ex hoc, qñ habet copiā ſacerdotis Sacerdos tñ uolens celebrare nō ſecum habēs copiā ſacerdotis,ſi imminet ſcādalū populi,& iā incipit canonē, uel forte quia infirmus amiſit loquelā,& ipſe pro eo cōicando uult cōficere Euchariſtiā, & celebrare miſſam, ſi talis eſt in ꝓpoſito confitēdi quanto citius poterit, non peccat cōicando.Licet aūt in peccato exi-

ſtens

ſtens non debeat ſine cõfesſione cõicare, tamẽ põt uidere corpus Xp̃i ſine peccato. Si tñ abſtineat pp humilitatẽ, melius facit ſecũdũ Tho. in.4.diſtin.11.Dicit tamen Albertus ꝙ peccator poteſt uidere corpus Chriſti, ſed nõ multo aſpectu, ſed eo uiſo debet percutere pectus ſuum, quaſi non ſit dignus aſpectu.

Quinta cautela eſt, ne quis nõ ieiunus accedat ad cõionem, pp reuerentiã ſacramẽti.7.q.1.cap.nihil.& de cõſecr.diſt.2.liquido. Et hoc pp honorẽ tãti ſacramẽti, ut dicit Aug. in lib. reſponſionũ ad Ianuariũ, Nõ te moueat quòd Dñs poſt cœnã cõicauit Apoſtolos, quia hoc fecit pp impresſionẽ memoriæ Apoſtolorũ meliorẽ. Si tñ imminet necesſitas mortis, tunc põt cõicare, etiã poſt cibũ uel potũ, ſicut ſiquis uulneratus in taberna hora ueſpertina tendit ad mortẽ: talis poteſt expediri ſtatim, ne recedat ſine uiatico, Vnde nõ licet aliquam medicinam ante cõionem recipere, nec etiã potare. Si tñ lauãdo os, aliquid aquæ, uel ſi reliquias cibi inter dentes remanentes transglutiret, non impedit cõicare, quia non ſumpſit illud p modũ cibi uel potus, ſed per modũ ſaliuæ, q̃ uitari nõ poteſt. Si quis etiã poſt mediũ noctis aliquid per modum cibi uel potus recipit impeditur à

communione illo die. Si autem ante mediam noctem, ſiue dormiat ſiue non, quantum ad rationẽ præcepti nõ uidet̃ impedire, tñ ſine cauſa neceſſaria melius eſt differre communionem & hoc propter turbationẽ mentis quæ prouenit ex indigeſtione & inſomnitate, ſecundum quam homo redditur ineptus ad communionem. Ita dicit Thom. in. 3. parte, quæſt. 30.

Sexta cautela eſt, ut oẽs Chriſtiani habẽtes annos diſcretionis, ſcilicet, à decem (ſecundũ tamen ſub & ſupra) annis, ſemel in anno in paſcha non omittãt cõmunicare, niſi de conſilio ſui ſacerdotis, & pp aliquã rationabilẽ cauſam ad tempus abſtineãt, ut dicitur de pœnis & remisſio. omnis utriuſq; ſexus. Si tñ ſæpius poſſint cõicare, commendabiles ſunt, & maxime ad feſta Chriſti, Apoſtolorum, et patronorũ eccleſię, in quibus maior deuotio excitatur pp feſtum diem. Vnde antiqua cõſuetudo iure approbata habet ꝙ ſeculares in natali Domini, Paſcha, & pentecoſte, de cõſilio debent cõmunicare. de cõſecr. diſtinct. 3. cap. etſi non frequẽtius. Seculares tñ perſonæ cõtemplatiuæ & deuotæ ſingulis mẽſibus poſſunt cõicare. Vnde ſecundum Auguſt. in lib. de eccleſiaſticis dogmatibus, ſingulis diebus dominicis, ſi non ſint

in

in propoſito peccandi amplius. Singulis autẽ diebus nõ laudat, nec uituperat cõmunicãtes. Non laudat, quia difficile eſt ſecularibus ſe præparare ad hoc ſingulis diebus, ſaltem dignè.

Circa hoc tamen ſciendum ſecundũ Tho. ſuper. 4. diſt. 12. q. ſi quis experimentaliter cognoſcit ex quotidiana ſumptione feruorẽ amoris ad Deũ ſibi augeri, et ſacramenti reuerentiã non minui, talis poſſet quotidie ſumere ſiue communicare. Si aũt ſentiat reuerentiã minui, & feruorẽ non augeri multũ, debet interdũ abſtinere, ut cũ maiori reuerentia & deuotione poſtmodũ accedat. Vnde quantũ ad hoc unuſquiſque relinquendus eſt ſuo iudicio, ut dicit Auguſt. libro. 1. in anuariũ. Nec te moueat ad cõtrarium illud dictũ Ambr. lib. 1. de ſacramẽtis, quòd etiam ponitur de conſecr. diſtin. 2. ſi quotieſcunque, quòd etiam allegant Husſitæ hæretici dantes præſumptionem communicãdi ſecularibus quotidie, ubi dicitur: Qui ſemper pecco, ſemper debeo accipere medicinam. Hoc tamen eſt intelligendum quantum ad præparationẽ animi & conſcientiæ. Vnde dicit ibidem gloſſa Debeo ſemper accipere, ideſt, debeo ſemper me præſtare ſeu præparare habilẽ & dignũ ad accipiendum. Sic etiam intelligendum

eſt illud Ambroſ.quod ponlr̃ de cõſecr.diſt.2. nõ iſte.ubi dr̃, Accipe quotidie tibi illud,quòd quotidie tibi ꝓmiſit,& ſic uiue,ut quotidie me rearis accipere. Vbi glo.exponit. Accipe quotidie.i.præpara te quotidie habilẽ ad recipiendũ.Et ex his patet ꝙ chriſtianus ſemper habilẽ ſe p̃ſtãs ad recipiendũ hoc ſacr̃um, dr̃ ſemꝑ cõicare,& ſi nõ ſacramẽtaliter, tñ ſpiritualiter, ſcilicet per fidẽ,et deuotionẽ, & charitatẽ, iuxta illud Aug.Vt quid paras dentẽ & uentrẽ, & non mentẽ? Crede, & manducaſti. de cõſe. diſt.2.Vt quid Patet etiam ſecundo ex hoc ꝙ periculoſe errant illi, qui dicũt, Sufficit ꝙ ego ante cõionem Paſchalẽ.xl.diebus quadrageſimæ me reddã habilẽ ad cõionẽ,nõ curãdo totũ tp̃s anni inutiliter expendere, imo credẽtes ſe dignos,tunc ad cõionem currunt intrepidi, quibus tñ melius eſſet.ſi quotidie digni exiſtẽtes, acciperent ſpiritualiter ſiue mentaliter & utiliter,quã ſemel in anno ſacramẽtaliter & dãnabiliter. Vnde Chryſoſt. ſuper epiſtolam ad Hebræos,ſermone.16.circa mediũ,oẽs prædictos tangit dicens. Quos magis acceptamus, id eſt,aporobamus,an eos qui ſemel in anno, an eos,qui ſæpius:an illos,qui raro accipiunt? Et reſpondet,neque illos,qui ſemel: neq; illos,

qui

qui ſæpius:neque Illos,qui raro:ſed eos,qui cũ mũda conſcientia,& qui cũ mundo corde, qui cum uita irreprehenſibili, iſti ſemp accedunt. Qui uero tales nõ sunt,neque ſemel accedunt, quia iudiciũ ſibi accipiunt,& damnationẽ, et ſupplicium.Hæc Chryso. Ad hoc ſonat illud de conſecr. diſt.2.Accipe quotidie ubi dicitur Qui nõ meretur quotidie accipere nõ meretur poſt annũ accipere.Et eſt dictũ Aug.tractãtis illud Matth.6.Panẽ noſtrũ quotidianũ, &c.

Septimo caueat cõmunicandus,ne poſt cõmunionẽ cibis lubricis aut potibus qui poſſint uomitũ ꝓuocare,utatᷓ,ſicut fieri ſolet ĩ paſcha, ubi tunc utunᷓ lardo cocto infrigidato, ouis ĩfrigidatis,& alijs cibis,ex quibus frequẽtes ſequit uomitus. Tales aũt qui ex hmõi cauſis die ſacræ cõionis habent uomitũ ex ipſorũ culpa qualitercunq;,pœnitẽtia dura ſunt puniẽdi.Et ne ſacerdos talẽ qualẽ uoluerit pœnitentiã pro tali peccato iniũgat,audiat pœnitentiã diſtrictã diu ꝑ ſanctos taxatã & à iure approbatã.Sicut.n dicit Beda ĩ ſuo Pœnitentionali, & ponunᷓ uerba in Decreto, & de cõſecr.diſt. 2.ubi dicitur.Si quis ꝑ ebrietatẽ uel uoracitatẽ Euchariſtiã euomuerit.xl.dies pœniteat.Clerici uel monachi.lxx.diebus.Epiſcopi.xc.Si ue

ro per

rò per infirmitatis cām euomuerit. vij. diebus pœniteat. Et hoc quod dicitur de infirmo, cui iniungitur pœnitentia pro uomitu: intelligendū eſt quod hoc ſit ad cautelā, quia cū eſſet infirmus non debuit ſumere, & ita fuit in culpa. Vnde & ſacerdos ſit circa hoc cautus, quod ſi uiderit infirmū talē ad uomitum pronum ſiue promptū, tm̄ oſtēdat ſibi corpus Chriſti, & ſuadeat ſibi piè credēdū, & ſentiendū de ipſo, & ſufficit ſibi ꝓ cōione ſacramētali, quia nihilo minus cōmunicat ipſe ſpiritualiter, & non ſacramentaliter, ſi eſt ſine peccato mortali.

De cautelis ſeruandis ex parte ſacerdotis hoc ſacramentum conferentis uel conficientis.

PRimo ſacerdos caueat ne cōmunicet alienū parochianū abſque licentia ſui plebani, quia grauiter peccaret, mittendo falcem in meſſem alienā. Religioſus tamen hoc faciens eſt excōicatus de facto, & p ſolū papā eſt abſoluēdus, ut dicitur in c. religioſi de priuile. in Clemen. Et nota ꝙ plebanus cōicās alienū parochianū nō incurrit hanc pœnā excōicationis, ut dicit Io. And. in gl. dicti cap. Et Stephan. Polonus hoc idē ſentit. Si tn̄ religioſus præfectus eccleſiæ parochiali hoc faceret, dubitat ibidē Ioan. And. an incideret in illam pœnā, uidetū tamen

dicere

dicere quod ſic,in.c.1.de dec.in.1. gloſ. in cle. & in.c.1.de reb.eccle. non alie. in glo.5. in fi. pœnam conſimilē nō extendit ad religioſum, qui p̄eſt eccleſiæ ſeculari ut clericus ſecularis.

Secunda cautela, Caueat, Sacerdos, ne peccatorem occultum ab hoc ſacramēto publicè petentem cōmunionem abĳciat uel prohibeat, ſicut quidā indiſcreti feciſſe inuenti ſunt. Vnde dicit Aug. Nō prohibeat diſpenſator, id eſt ſacerdos pingues terræ, id eſt, peccatores, menſam Domini manducare, ſed exactorem moneat timere. de cōſecr. diſt.2. nō prohibeat.

Pro quo ſciendum quod ſecundū Tho. in 4. ſentē. diſt.9.q.5. Si peccatū eſt occultū p con feſſorē ſolum ſcitū, & ille ī occulto petit, debet ei denegare & monere eū in occulto ne petat in publico. Si autē nihilominus petit in manifeſto, debet ei dare, exēplo Xp̄i, qui Iudæi traditori dedit corpus ſuū. 1.q.1. Chriſtus, de cōſ. di.2. ſicut Iudas. Si uero peccatū eſt manifeſtū, tūc ſiue in occulto, ſiue in manifeſto petat, debet ei denegari. Quare aūt peccatori occulto nō eſt denegāda. Euchariſtia. Guido de Baſ. in Roſario decretorū, ī.d.c. nō ꝓhibeat. dicit qđ hoc eſt ideo, ne prodat peccatorē ſuſpectum eſſe de crimine, quòd faceret, ſi eū prohiberet.

Sed

Sed diceres. Videtur in hoc ſacerdos eſſe reus dãnationis ſic cõmunicans: quia dat medicinã, per quã morit̃ ægrotus, & dat gladiũ furioſo quo ſe trãſuerberat, imo uidetur talis ſacerdos proiicere in lutũ peſſimũ conſcĩæ immũdæ illius peccatoris corpus Chriſti. Rñdeo ꝙ hæc oĩa nõ debent aliquẽ mouere in cõtrariũ, quia nihil cõcludunt. Iſte aũt ſacerdos nõ dat medicinã mortiferã illi peccatori, ſed ille peccator ſolus rapit uiolenter, à quo nõ poteſt prohiberi de iure per ſacerdotẽ. Nec dat ei gladiũ ſacerdos, ſed ipſe ſolus uiolenter rapit, cui ſacerdos reſiſtere nõ poteſt, ex quo ſibi ius prohibuit. Nec proĳcit corpus Chriſti ĩ hoc caſu in lutũ, ſed ille peccator hoc facit. Sacerdos autẽ inuitus hoc facit, & cũ dolore maximo, quia monet eũ in ſecreto Deũ timere quod cũ fecerit, non habet amplius quid faciat, ſicut de beato Gregorio legit̃, ꝙ cũ fratri petẽti peccatori occulto Euchariſtiam dedit publicè dixit: Iudicet Deus inter me & te. Eligat ergo peccator occultus, ſecũdũ conſiliũ Guidonis ſupradicti, ut potius ſe prodat ſuſpectũ de peccato, abſtinendo à cõione, quàm in peccato ſumat indigne.

Tertia cautela eſt, ne ſacerdos det alicui hoſtiã non conſecratã loco cõſecratæ, quia ſecundum

dum Tho. in ſacramēto ueritatis nō debet eſſe fictio aliqua,& hoc ideo, quia manducans hoſtiā adorat eā,& ſic cōmitteret̃ idololatria,qđ crimē in ſacerdotē retorqueret̃ qui daret actū & cām idololatrādi,ſecūdū Tho. in ſuo quodlibeto,lib.6.q.6.Nec etiā ſolus ſumat in miſſa pp quodcunque peccatū ſibi occurrens hoſtiā non conſecratā,ſicut de quodam intellexi, qui ſentiens ſe grauibus peccatis fornicationis irretitū,præſertim cū nocte illa habuiſſet concubinam,timens offendere diuinā maieſtatem,in miſſa eodem die per ipſum celebrata (ad quā nō cōfeſſus pudore ſociorum aliorum , ne de eo illud ſciretur,cōfuſus acceſſit) hoſtiam non conſecratam eleuauit populo adorandū, quam ſolus poſtea ſumpſit,quod ſe ſæpisſime facere aſſeruit corā concubina prædicta , cū per eam ipſa retenta irruerentior ſicuti ad quod ita ĩdignus accederet,fuiſſet reprehenſus.Hoc aūt eſt maximū peccatū,& maius illo,quo quis ĩ peccato mortali cōicat, ſicut dicit decretalis de cele.miſſ.c.de hoīe. ubi dicit̃ ꝙ talis illudit Deo & populo,quia facit populum idololatrare.Faciat aūt talis ſacerdos iuxta iuris cōſiliū.l.di.de his.in fi.ult.glo.ubi dicit̃ quod talis , dūmodo ſit cōtritus,quanuis nō cōfeſſus,neceſſitate ur-

gente poteſt licitè celebrare,& in tali caſu non fingat ſe celebrare,ſed ueraciter in nomine Domini cōſecret,& hoc eſt notatu dignum.

Quarta cautela,Caueat ſacerdos ne det corpus chriſti hiſtrionibus,& aliјs,qui hoīes prouocant ad luxuriā uel laſciuiā & diſſolutionē, quia hoc nec diuinæ maieſtati,nec Euangelicæ diſciplinæ competit.de conſecr.diſtin.2.ꝓ dilectione. Et hoc intellige de iſtis hiſtrionibus, qui utunt̄ uerbis impudicis, uel factis illicitis uel adhibent ludū negotiјs, ſicut illi qui induūt laruas,& fingunt ſe ceruos uel equos, īduētes ſaccos,& qui hoc faciūt tpibus indebitis, ſicut diebus feſtiuis,diſtrahentes populū à deuotione. Alias aūt illis poteſt dari cōio;qui licièt, & ornatè interdum corā hoībus faciunt iocoſam collationē uerbis honeſtis & non ſcandaloſis. Nam ioculatores audire cauſa recreationis,nō eſt peccatū mortale,86.di.donare.in.1.gl. Nā & talibus poteſt dari aliquid pro mercede, ſecundū Tho.ſecunda ſecunde.q.68.ar.3.Similiter amētibus & fatuis naturaliter nō debet dari.Si aūt omnino nō ſunt debiles in mente,ſed aliquo modo ſunt dociles, & habent reuerentiam ad ſacramentum,non debet eis denegari. Similiter pueris,qui non habent diſcretionem,

non

nõn debet hoc ſacramentum porrigi.

Quinta cautela, Caueat ſacerdos ne habeat euaporatã aut corruptam hoſtiã. Vnde notant doctores quòd ultra unã ſeptimanã ſeu hebdomadã ſacerdos nõ debet ſeruare hoſtiam, ne putreſcat, ut habetur de ſenten. excõ. ut promittimus. ſuper. gl. 1. Similiter ne ſit uinum acetoſum, quia in talibus nihil conficeret. Si tamen hoſtia nondũ totaliter eſſet euaporata, ſed tenderet ad occupationẽ, ſi uinũ etiam inciperet aceſcere, poteſt quidẽ cõfici, ſed peccat conficiens mortaliter pp irreuerentiam ſacramenti. Similiter ne cõficiat in uino agreſto, ſcilicet nõdum maturo, quia nondum eſt uinũ, ſed in uia generationis. In muſto tñ conficitur bene, quia habet plenã rõnem uini, tamẽ nõ eſt cõficiendum de multum recenti muſto, propter impuritatem ipſius, ſecundum Thomam in. 4. diſti. 11. q. 3: arti. 1. 2. & . 3. Videat etiam ſacerdos ꝙ apponat tantum de aqua quòd totaliter poteſt conuerti in uinum.

Sexta cautela: Caueat ſacerdos ne cũ eſt debilis, ita ꝙ non põt cõficere, miſſam audeat celebrare, ſicut contingit patientibus tertianã febrẽ & quartanã, uel quos ĩterdũ dimiſit febris, qui ut ſæpius deficiũt in celebrando, ita ꝙ uix

ab altari domum lauguentes deportantur. Ve runtñ licet ſic debilis nõ poteſt celebrare, põt tñ ſeipſum cõicare, ſi non habet aliũ ſacerdotẽ, qui ipſum communicaret, ſed tũc debet habere ſtolã.23.diſtin.eccleſiaſtica.in gl.prima.In hoc tñ caſu ſi ſacerdos ĩcipiẽs miſſam debilitat intã tũ, ꝙ nõ posſit eã perficere, ſi eſt añ cõſecratio- nẽ corporis X p̃i, uel ante cõſecrationẽ ſangui nis, uel etiam ſanguine cõſecrato, debet reliqua pars miſſæ ſuppleri per aliũ, ut patet.7.q.1.ni- hil.Et hoc idem tenet Tho.in.3.parte.q.93.Si autẽ ſacerdos poſt cõſecrationẽ corporis Chri ſti, ante tñ cõſecrationẽ ſanguinis, percipiat ui- nũ aut aquam deeſſe ĩ calice, tunc debet ſtatim apponere, & cõſecrare. Si uero poſt omnia cõ ſecrationis uerba percipit quòd aqua deſit, de- bet nihilominus procedere, quia appoſitio aquæ nõ eſt de necesſitate ſacramẽti. Nullo au tem modo aqua debet uino iam cõſecrato mi- ſceri. Si autem poſt ipſam conſecrationẽ ſan- guinis percipit ꝙ uinũ non fuit appoſitũ in ca licem, ſed ſolum aqua, ſi hoc percipit ante ſum ptionem corporis Chriſti, debet depoſita aqua (ſi ibi fuerit) aquam cum uino ſumere, & re- ſumere à uerbis cõſecrationis ſanguinis. Si ue- rò hoc percipit poſt ſumptionem corporis

Chriſti, debet apponere aliam hoſtiam cum ſanguine conſecrandam, & in fine ſumere hoſtiam iterum conſecratam & ſanguinem, non obſtante ſi prius etiam ſumpſit aquam, quæ erat in calice, quia præceptũ de perfectione ſacramenti maioris eſt põderis, quàm præceptũ ꝙ hoc ſacramentũ à ieiunis ſumatur, ſecundũ Tho. Aliis tñ uidetur ꝙ ſolum debet apponere uinũ in calicẽ & aquã ſine noua hoſtia, & repetere uerba cõſecrationis calicis tantũ ab illo loco, Simili modo. Et ſi timet pro longationẽ miſſæ, ſufficit dicere uerba eſſentialia conſecrationis calicis, nec eſt neceſſe repetere orationes ſequentes. Et hoc totũ intelligunt ipſi, ſi guſtauit tantũ, & nõ tranſglutiuit. Quid aũt faciat ſi habeat aquam in ore, & uere ſentit ꝙ eſt aqua tantum? Dicit Innocen. quòd non debet eam emittere, quia ꝑꝑ corpus Chriſti, quod eſt in ea, cauendũ eſt ne uiliter tractetur. Et quia eſt timendum ne generaretur ſcandalum his, qui uiderent. Dicit etiam ipſe Innocen. ſi ea tranſglutiuit, non eſt ieiunus: nec debet poſtea conficere. 7. quæſtio. 1. cap. nihil. Hoſti. uero dicit, quòd debet eam ſeruare, & ponere in ſacrario. Et ſecundum hoc debet ſe fingere eam tranſglutire: & hoc ideo, quia alias tanquam non ie

iunus non debet conficere. Ego tamẽ teneo cũ Thoma quòd poſt conſecrationẽ illius aquæ poſſet in hoc caſu conſecrari corpus Chriſti, & ſumi, ne ſacrificium maneat imperfectũ, quod eſt grauius peccatum. Item ſi percipit hoſtiam corruptam poſt ſumptionem, debet aliam accipere, & iterum conſecrare, & ſumere, ſecundum Tho. in. 3. parte. q. 84. art. ult. Similiter ſi recordaretur ſe omiſiſſe aliqua uerba, q̃ ſunt de neceſſitate formæ, reſumat formã iterum per ordinẽ. Si autem eſſent uerba nõ de neceſſitate formæ, procedat, ne turbet ordinem officii diuini, ſecundũ Tho. in tertia parte. q. 84. art. ult.

Septima cautela, Caueat ſacerdos, ne aliquid de corpore Chriſti uel ſanguine in terram, uel in ueſtem ornatus ſui cadere uel ſtillare permittat, quia grauiter puniretur. Nã ſi ceciderit aliquid ſuper tabulam ligneam, lingua lambatur, & tabula radatur. Si autem non eſt tabula locus radatur, & cõburatur, & cinis ĩ ſacrario recondatur, & ſacerdos. xl. diebus pœniteat. Si uero ſuper lapidem altaris ceciderit, ſorbeat ſacerdos ſtillam, & tribus diebus pœniteat. Si uero ſuper linteum altaris, uel ſuper caſulam ſacerdotis ceciderit, ſi peruenerit ſtilla ad aliud linteum, quatuor diebus pœniteat, ſi uero per

uenerit

uenerit ad tertium, nouem diebus pœniteat, ſi uſque ad quartum, uiginti diebus pœniteat, & lauet linteamina tribus uicibus, quæ ſtilla tetigerit, ſuppoſito calice, & aqua ablutionis iuxta altare condatur, de conſecr. diſtin. 2. ſi per negligentiam. Poſſet etiam ſumi à ſacerdote niſi timeretur abominatio. Cautius tamen eſt illam partem linteaminis uel corporalis excidere uel comburere, cinerem autem ponere in ſacrario ſecundum Tho. in. 4. diſtinct. 13. & in 3. par. q. 84. arti. ulti. Habentur hæc omnia de conſecratio. diſtin. 2. ſi per negligentiam.

Octaua cautela, caueat ſacerdos, ne aliquid cadat in calicē, & maxime ī æſtate, ut eſt uermis, aranea, muſca, fimus paſſeris, puluis, & ſimilia. Quod ſi ante conſecrationē calicis cōtingerit, calix debet ablui, & de nouo uinū infundi cum aqua. Si uero poſt conſecrationem, debet caute capi, & diligenter lauari, & comburi, & ablutio ī ſacrario mitti. Et ſi uenenū ibi eſſe deprehēderit, nullo modo ſumere debet, nec alteri dare, ne calix uitæ iu mortē uertat, ſed debet diligēter ſeruari in uaſculo. Et ne ſacramentū maneat īperfectū, debet inde deponi, & ſacerdos denuo incipere conſecrationē calicis, ut ſacramētū perficiat. Nihil enim abominabile de-

bet ſumi occaſione huius ſacri,ſecundũ gl.fi.c. ſi per negligentiã,de conſe.diſt.2. Hæc Hugo.

Nono caueat ne corpus Chriſti ponat incaute,ita quòd à muribus comedatur,quia de hoc xl.diebus debet pœnitere.de cõſecra. diſtinct. 2.qui non bene.Sed dicitur tñ ibi: Mus nõ comedit corpus Chriſti, quare ergo ſacerdos ſic punitur? Reſpondeo licet multi doctores nõ concedant ibi rodi corpus Chriſti,ſed ſolũ ſpeciẽ ſacramẽti eo ꝙ(ubi dicunt) quàm cito ſumitũ à mure uel ab alio animali, deſinit eſſe ſacramentum,non eſt tamen inconueniens,ſi dicatur quòd mus ſumat corpus Chriſti, cum ſceleratisſimi homines illud ſumant, ſecundũ gloſ.de conſe.diſtin.2.qui nõ bene. Poteſt tamen dici quòd licet homo malus ſumat ſacramentum iſtud ſacramentaliter, & non ſpiritualiter,mus tamen uel brutum animal nec ſpiritualiter nec ſacramentaliter recipit,quia nõ utitur eo ut ſacramento,eo quòd non credit ibi eſſe Deũ & hominẽ,ſed ſumit per modũ alterius cuiuſcunq; cibi,& ita ſumit bene accidentia & ſpecies ſacramentales, ſed non ſacramentum. Imo dicuntur doctores (ut notatur in gloſ.d. cap.non iſte de cõſe.diſt.2.)quòd etiam in bono homine quandiu ſentiuntur ſpecies, tandiu

diu eſt ibi corpus Chriſti,& quàm cito deglutitur,ſtatim deſinit eſſe ſacramentum , & corpus Chriſti deſinit eſſe in ſumēte. Ita ſentit Hugo Cardi. Sed Hugo de S. Victore, & recitat Archi.in c.prædicto, nō iſte. dicit ꝙ quandiu ibi manent ſpecies, ſub illis eſt Chriſtus integer. Vnde ſi intrant ſtomachū,ſub illis manet, quandiu ſunt ibi,ſicut ſub ipſa ſpecie eſt in pyxide.Et uerū eſt,ſecundū Petrū de Thar.quòd nō uadit in corpus noſtrū ut illud nutriat , ſicut cæteri cibi:intrat tamen, & eſt ibi ſub ſpecie ſacramētali,quandiu illa durat , ſecundum Pet.Et hoc etiā tenēt theologi. Dicit etiā glo. de conſecr.diſt.2.tanta ſuper uerbo, cōmiſceri. quòd ſpecies illæ nec cibis alijs commiſcētur, nec in ſtomachū deſcendunt, & ꝑꝑ hoc neque per ſeceſſum emittunt.Et licet aliquis ex ipſis reficiatur,non tamen incorporantur,nec ī ſtomachum deſcendunt,nec per ſeceſſum emittūtur. Interdum tamen etiam homo odore recreatur,qui tamen nec per ſeceſſum nec in ſtomachum digeritur. Tamē Bartholomæus Brixienſis ibidem dicit quod bene dicere poteſt quòd in ſtomachum deſcendāt, nam alias quomodo euomerentur? quando ergo dicit Aug. Non iſte eſt panis,qui tranſit in uentrem, ex-

ponit Archid. in cap. ſi quis per ebrietatem, de cõſec. diſtin. 2. quod hoc pro tanto dicit, quod non eſt iſte panis, qui uadit in cor pus ſicut cibus naturalis, ſic quod nutriat, ſed eſt ibi ſub ſpecie ſacramentali. Et pro tanto punitur ſacerdos, quia permiſit irreuerenter à muribus contrectari ſacramentum tam uenerabile.

De ſacramento pœnitentiæ.

POenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matth. 3. & 4. & de pœni. diſtinct. 1. ex his. Quia reſtituta in baptiſmo innocentia, homo fragilis illæſam, & incontaminatam continue ſeruare non poteſt uitã, quin ſæpius cadat: ideo diuina maieſtas contra caſum homini pro reſtauratione innocentiæ prędictæ de ſacramento pœnitentiæ prouidit per quam homo à Deo per peccatum elongatus, ad ipſum appropinquat. Hinc eſt quòd Saluator ueniens in Mundum, quaſi bonus medicus ægrotis conſulens dicit, Pœnitentiam agite. Agite, inquam, ſecundum Gorram ſuper Matth. tanquam medicinam ad ſanandũ morbum, quaſi armaturam ad ineundum bellum, quaſi clauem ad reſerandũ coelum: Tria enim conſequitur pœnitentiæ actor, ſcilicet ſanationem uulnerum cordis, armationem inſi-

diarum

diarum hoſtis, et apertionem regni cœleſtis. Vnde dicitur, Appropinquabit enim uobis regnum Cœlorum. Definitur autem ſic ſecundum magiſtrum Senten.lib. 4. diſtin.14. Pœnitentia eſt uirtus, qua commiſſa mala plangimus, cum emendationis propoſito. Ambroſius autem ſic definit pœnitentiam. Pœnitentia eſt uirtus cordis, amaritudo animæ pro malis quæ quis commiſit. Alibi etiam idem Ambroſius dicit, Pœnitētia eſt mala præterita plãgere, & plangenda iterum non committere.

Circa quod ſciendum quod duplex eſt pœnitentia ſcilicet interior tantum, & eſt dolor pro peccato, & hæc de iure naturæ. Alia exterior, quæ fit arbitrio hominis, ſcilicet impoſita per ſacerdotem. Prima non eſt ſacramentũ proprie, ſed ſecunda, ſcilicet per miniſtros eccleſiæ impoſita. Eſt autem materia huius ſacramenti actus miniſtri, ſcilicet ſacerdotis, quẽ exercet circa peccatorem, abſoluendo ipſum. Forma autem iſtius ſacramenti licet à Chriſto non ſit inſtituta certa, tamen ſecundum doctores eſt hæc, quòd primo præmittatur oratio, ſcilicet illa, Dominus te abſoluat, uel Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua, & perducat te in uitam

æternam. Et tunc ſequatur forma eſſentiali, ſcilicet, Et ego authoritate, qua fungor, abſoluo te à peccatis tuis in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Ita ponit Albertus in ſcripto quarti Senten. diſtinctio. 17. Dicit autem Thomas in. 3. parte. quæſtio. 84. arti. 3. quòd de ſubſtantia formæ eſt, Ego te abſoluo, ſed hoc, quod præmittitur, ſcilicet oratio, non eſt de ſubſtantia formæ: ſed tantũ ne ſacramẽti effectus impediatur ex parte pœnitẽtis. Fit autẽ manus impoſitio ſuper caput cõfitentis, quod non eſt de eſſentia, ſecundũ Thom. quia hoc ſacramentũ nõ ordinat̃ ad aliquam excellẽtiam gratiæ conſequendã, ſed ad remiſſionẽ peccatorum. Vnde magis in hoc ſacramẽto cõpeteret ſignũ crucis. ꝗ manus impoſitio, in ſignum quòd per ſanguinem Chriſti remittuntur peccata: non tamen eſt de neceſſitate ſacramenti. Hoc tamen, quod dicit ſacerdos, Ego te abſoluo, ualet tantum, id eſt, ſacramentum, abſolutionis tibi committo. Sicut cum quæritur ab ab aliquo baptizando, Credis in Deum? reſpondet, credo, quod ualet tantum ſicut, Sacramentum fidei ſuſcipere uolo, ſecundũ doctorem Pariſienſem diſtinct. 14. quæſt. 3. Plures tamẽ docti ſic abſoluunt, Authoritate domini

mini noſtri Ieſu Chriſti, & authoritate beato-rũ Petri,& Pauli,& authoritate mihi ĩ hac par te cõceſſa,ab oĩbus peccatis tuis per te Deo,& mihi cõfesſis ego te abſoluo,in nomine Patris & filii,& Spiritusſancti. Et iſta forma mihi magis placet. Tñ ex quo certa forma non eſt ab eccleſia præſcripta in hoc ſacramẽto, eligat ſibi quis quã uult ex iſtis. Vnde ex hoc põt pa tere quod cũ iſtud ſacramentũ non habeãt cer-tam formã à Chriſto inſtitutã uel per eccleſiã præſcriptam,uidetur conſonũ quod illi,qui ab ſoluunt per uirtutẽ pasſionis dñi nři Ieſu Xpi, uel aliter nõ ſint dãnandi,tanquã erronei: imo uidetẽ quod ꝑdicta forma abſolutiõis ꝑ docto res inuẽta & approbata ſint ſuſtinẽda,nec opus fuit repetere cõfesſiones talibus factas,quia in nullo cõtra determinationẽ eccleſiæ uenerunt ꝑdicti:nec cã inducẽdi errorẽ per illã formam ſed tanquàm pie ſeruatam eadem uſi ſunt.

Vlterius ſciendum quod tres ſunt ſpecies pœnitẽtiæ,q̃dam eſt ſolennis, quædã publica, quædã priuata ſeu ſecreta. Solennis pœniten-tia eſt,quæ imponitur ab epiſcopo in capite ie iunii pro crimine publico & manifeſto, ſicut pro homicidio, incendio, & ſacrilegio, &c. Et talis non poteſt reiterari, ne uileſcat, nec impo-

imponitur clerico niſi depoſito. Et agens talẽ pœnitentiam, de cætero non poteſt promoueri ad ſacros ordines. Forma autem imponendi eam ponitur. 50. diſtinct. in cap. ubi dicitur ꝙ omnes pœnitentes, qui talem pœnitentiam publicam ſuſcipiunt, præſentent ſe epiſcopo in capi. quadrageſimæ ante fores eccleſiæ nudis pedibus, uultibus in terra demiſsis, &c. Item debent adeſſe decani, archipresbyteri, parochiani, & presbyteri pœnitentiũ, qui debent iniungere talibus pœnitentias. Poſt hoc eos in eccleſiã introducãt, & cũ omni clero ſeptem pſalmos pœnitentiales, ipſis in terrã ꝓſtratis cũ lachrymis, pro eorũ abſolutione decantẽt. Poſtea ſurgens ab oratione manus eius imponat, aquam benedictam ſuper eos aſpergat: cinerem tamẽ prius immittat. Deinde cilicio capita eorũ cooperiat. Poſt hoc ꝑ miniſtros eccleſiæ de eccleſia eos expellat cũ reſpõſorio, In ſudore uultus tui. Iſte tñ modus non ſeruať apud nos, ſed trãſlatus eſt in cœnã Dñi, & expeditur. Sciẽdum tamen ſecundum Guliel. quòd ingreſſus eccleſiæ, qui iniungitur ſolenniter pœnitentibus, pẽdet ex arbitrio ſacerdotis, tamen poſtquàm introducunt tales in eccleſiam per epiſcopũ feria quinta magna, ſolum intrabunt eccleſiam uſque

que ad Octauam Paſchæ, & poſtea exhibunt per totum annum, ut dicit gloſ. prima diſtinct. in capite. Et erunt extra eccleſiam uſque ad eandem feriam ſequentis anni, nec communicabunt aliquando uſque ad mortem. Quandoque tamen minus, ſecundum arbitrium Epiſcopi. 12. quæſtio. 2. de uiro. 33. quæſtio. 2. admonere. 26. q. 6. ſi quis de corpore, & de pœnitē. diſt. 5. ſi qui uero. Si tamen pœnitet, poteſt ei ſecundo uel tertio anno reddi ingreſſus eccleſiæ, ut patet. 12. quæſt. ſecunda de uiro.

Pœnitentia publica eſt, quæ fit in publico, non tamē cū prædicta ſolennitate, ut cū iniungitˀ alicui peregrinatio per Mundū cum baculo cubitali, & cū ſcapulari, et cum huiuſmodi. Et hanc pōt imponere quilibet ſuo parochiano. Et fit publice ideo ut publicum peccatū publicā habeat medicinā ſicut ſi quis ī fornicatione eſſet deprehēſus publice, unde quia talis eſt magna cōfuſione dignus, pp aliorū ſcandalum, & ut ſit alijs in terrorem, & in exemplum pœnitendi, & nō deſperandi, publice agat pœnitentiam. Non oportet autem pro quolibet manifeſto peccato manifeſtam agere pœnitētiam, ſecundum Albert. ſed ſolum quando ſcandalizauit alios. Et hoc eſt contra multos, qui in-

iungunt ſuis parochianis publicã pœnitentiã ante fores eccleſiæ, uel in circuitu cœmeterii ambulare ante proceſſionẽ in die feſtiuo, uel iacere ad faciẽ infra oſtiũ eccleſiæ, pro leui peccato, ſicut pro una potatione, uel pro alio peccato, quod tamen non ſcandalizauit totam eccleſiam. Et iſti præcludunt uiam pœnitendi ſeu confitendi aliis ſimilibus peccatis inuolutis, ne ſimiliter confundantur.

Pœnitentia autẽ priuata ſeu ſecreta eſt, quã quis imponit pro peccato occulto. Vt autẽ ordinatè procedamus circa huiuſmodi pœnitentias tam publicas, q̃ priuatas tria conſiderari oportet circa iſtud ſacramentum. Habet enim pœnitentia tres partes, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem.

De contritione, quæ eſt prima pars pœnitentiæ.

CONtritio, eſt dolor pro peccatis uoluntarie aſſumptus, cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi. Circa quod ſciendum quòd dolor eſt duplex. Vnus eſt uoluntatis, qui non eſt aliud, niſi peccati diſplicentia, & iſte eſt de neceſſitate, & eſſentia contritionis. Alius eſt dolor ſenſibilis, qui apparet in lachrymis & ſuſpiriis, & iſte non eſt de eſſentia contritionis

tritionis,ſed de perfectione,quia non eſt in noſtra poteſtate eã habere qñ uolumus. Poteſt autẽ fieri tãta cõtritio, ꝙ nõ ſolũ culpa,ſed etiã tota pœna dimittatur. Poteſt enim tm̃ incẽdi charitas in contrito,& tantus eſſe dolor ſenſibilis, ꝙ cõtritio inde procedẽs merebitur ſolutionẽ ab oĩ pœna. Sciendũ tñ eſt ꝙ aliqui putant ſatis indiſcrete tunc eſſe cõtritionem, qñ habent quãdã diſplicentiam de peccatis, uel qñ habent propoſitũ dolẽdi de eis, et tales pauperes decipiuntur, hoc enim nõ eſt cõtritio, ſed attritio. Sed quando homo habet perfectam diſplicentiã,& habet nõ ſolũ dolẽdi propoſitũ,ſed etiam uerum cordis dolorẽ pro ipſis: tunc habet cõtritionẽ,ſecũdũ Thomã in.4.diſtin.17.q.6.articu.3.Debet autẽ peccator de oĩ peccato mortali dolere, & cõtritionẽ habere,et de quolibet ſpecialiter. De oblitis tñ ſufficit contritio generalis cũ conatu ad recordãdũ et ad dolendũ.Et debet dolere de obliuione peccatorũ, q̃ ex negligẽtia ſua proceſsit. Nõ intellige ꝙ quis neceſſario debet habere dolorẽ ſpecialẽ de quolibet peccato mortali, talẽ uidelicet dolorẽ, qui eſt gratia ĩformatus, ſed liquet ꝙ debet hoc habere circa principiũ cõfeſsionis,cũ quis recogitat peccata, et dolet. Et benefaceret peccator,

qui pro maiori peccato plus doleret, quia ma-
gis per hoc Deũ offendit, et maiorẽ pœnã pro
meruit. Nec debet cõtritio, ſaltẽ in habitu, ceſſa
re in peccatore, etiã poſt cõfeſsionẽ, ſed ſemper
manere, ut dicit Thom. in. 4. diſtinct. 17.

De confeſsione nunc ſequitur.

Confeſsio autẽ ſecundũ Auguſtinũ ſic defi-
nitur. Eſt per quã morbus latens ſpe ueniæ
aperitur. Vel ſecundũ Raym. Cõfeſsio eſt legi
tima corã Deo et ſacerdote peccatorũ declara-
tio. Tenẽtur autẽ habẽtes annos diſcretiõis ad
eã faciendã ſemel in anno, ut patet de pœniten.
et remiſsio. cap. oĩs utriuſq;. Imo qualiſcunq;
eſſet cõtritio, ſi quis cõtẽneret confiteri, dãnare-
tur. Vnde falſum eſt et hæreticũ dicere, Sufficit
ſoli Deo confiteri. Nã dicit canon de pœniten.
diſtinc. prima taciturnitas. Vbi eſt taciturnitas
cõfeſsionis, nõ eſt ſperanda uenia criminis. Pa
tet hoc exẽplo Chriſti, qui Lazarũ ſuſcitauit,
ſed tñ diſcipulis tradit abſoluẽdũ. Ioan. 11. et 11.
q. 3. tunc uera. Item decem leproſos ad ſacerdo
tes miſit, qui in uia eundo fuerunt mundati, ut
dicitur Luce. 17. Per quod ſignificatur ꝙ pecca
tor licet in eundo ad confeſsionẽ ratione con-
tritionis quã habet, conſequatur ueniam & re-
miſsionem peccatorum tamen tenetur uenire

& con-

& confiteri ſacerdoti. Sed dices, quare peccator debet ire ad confeſsionē uel ſacerdotē, ex quo remiſſa ſunt ei peccata per cōtritionē? Reſponſio ſecundum Hoſtienſem in ſumma de pœnitentiis & remiſsionibus cap. 1. Tu dic ꝙ peccator duplici uinculo ad ſatisfaciēdū adſtringit. Vno quo ligatur ad Deum: et illud in contritione dimittitur. Alio, quo ligatur ad eccleſiā, et hoc per confeſsionē et ſatisfactionem dimittitur, et per abſolutionem ſacerdotis relaxatur. Ad hoc facit de ſenten. excōmuni. à nobis cap. primo de pœniten. diſtinc. 1. multiplex. & cap. quem pœnitet. in fine. & diſtin. v. conſideret. Licet igitur peccatum dimittatur quo ad reatum per contritionem, manet tñ obligatio ad pœnam tpalem per ſacerdotem infligendā. Et probat Archid. de pęniten. diſtinct. 3. productior. quia ſicut omnes creaturæ oſtendunt et confitētur defectus ſuos temporales et naturales hominibus eo modo quo poſſunt, ut dicit gloſſ. ſuper illo uerſu, Confeſsio et magnificentia opus eius, &c. ita homo debet oſtēdere defectus ſuos uolūtarios, et cōfiteri uerbo uocali, in quo abundat. Et etiā debet confiteri homini, eo ꝙ uerbum diuinum humiliatum eſt pro peccatis noſtris delendis: quod uerbum unitum humanitati,

manitati obligat nos ut humiliemus uerbũ noſtrũ loquẽdo nõ ſolũ homini, ſed etiã Deo: & nõ ſolũ Deo, ſed etiã homini: quod ſit in confeſsiõe uocali. Præterea cũ hodie peccemus corã Deo, et homine, debemus confiteri nõ ſolũ corã Deo, ſicut iu ueteri teſtamẽto fuit, ſed homini loco Dei conſtituto. Nec propter hoc ꝙ in cõtritione homini dimittiť reatus culpæ, ſuperflua eſſet confeſsio uocalis, q̃ ſecũdũ Hugonẽ Cardinalẽ ad hoc eſt neceſſaria ad humilitatẽ et iuſtitiã exercẽdã. Itẽ ad hoc ꝙ eccleſiæ ſatisfaciat, q̃ læſa eſt ex peccato. Valet etiã ſecundũ Ioãnẽ Andreã ꝑꝑ fidẽ, quã peccator habet credẽs authoritatẽ clauiũ in Eccleſia. Similiter ualet ꝑꝑ obediẽtiã, quã exhibet miniſtris eccleſiæ uel Deo, de pœnitẽ. diſtin. prima multiplex & cap. nõnulli. Qñ ergo legis in ſcripturis ſanctis ꝙ ſola cõtritio ſufficit ad remiſsionẽ peccatorũ, intelligas in neceſsitate, qñ cõfeſsio nõ poteſt haberi. Nã tunc nõ eſt præceptũ, iuxta illud, Cõfitemini alterutrũ, &c. quia neceſsitas legẽ nõ habet. Nã tunc uoluntas pro facto reputatur: ſufficit enim tunc ſoli Deo cõfiteri in corde. Si tñ ibi eſſet aliquis laicus, bonum eſſet ſibi confiteri propter hoc, ut poſtea eccleſiã informaret quibus remediјs pro aĩa ſua eſſet ſub

ueniendũ.Doctor tñ ſubtilis dicit: Ex quo ac-
cuſatio in cõfeſsione nõ fit ad aliud,niſi ut con
ſequatur ſentẽtiã, et laicus nõ habet authorita-
tẽ ſentẽtiãdi in iſto foro,ſequitur ꝙ nullũ præ-
ceptum eſt ad accuſandũ ſe corã laico.Forte au
tẽ melius eſſet hoc dimittere ſi peccator poſſet
aliqualẽ uerecundiã corã ſe habere recogitãdo
eadẽ,et ſic æquè puniri . Etiã licet ſimplicibus
laicis ſit utilis talis cõfeſsio corã laico in neceſ
ſitate,non tñ uiris diſcretis , qui ſciunt ad quid
inſtituta eſt cõfeſsio. Hinc eſt quod dicit Ioan.
Andre.in cap.ſi ẽps.de pęnitẽ.et remiſſ.lib.vi.
in ultima gloſ. quod licet laico in neceſsitate
poſſumus cõfiteri, tñ ipſe nõ poteſt abſoluere,
quia nõ habet claues.de pœniten. diſtin.1. quẽ
pœnitet.Et notatur de officio cura. paſtoralis,
ubi Hugo.dicit quod licet in neceſsitate audit,
nõ tñ ad hoc ut ſit uera abſolutio,ſed quo ad ſi
gna pœnitẽtiæ declarãda.Sed Raymũdus con
tradicit. Itẽ Archidiaco 25. diſtinctio.audire.
dicit quoſdã dixiſſe ꝙ nullus etiã in neceſsita-
te tenetur cõfiteri ruſtico uel laico,pręsbytero
abſente,maxime peccata mortalia.Et dicit qđ
illud Iacobi, Confitemini alterutrũ peccata ue-
ſtra tantũ de uenialibus intelligitur,quæ poſ-
ſunt talibus laicis cõfiteri ĩ neceſsitate,uel loq-

tur de cõfesſiõe in gñali, quæ ſit in eccleſia,uel loquitur tantũ de ſacerdotibus.Hugo.uero dicit ꝙ laico tenetᷣ quis cõfiteri peccata ſua,cũ nõ poteſt habere ſacerdotẽ. Nec uidetᷣ uere pœnitẽs qui ĩ articulo mortis peccata ſua nõ cõfitetur cuicũq; poteſt, ſi ſacerdotem habere nõ poteſt : quãuis laicus nõ habet authoritatẽ abſoluendi. Dicit autem gloſ.30.q.1. omnes. quod ſi laicus in necesſitate audiat peccata mulieris, non poteſt cum ea poſtea contrahere,ſi tamen contrahat,fortè tenet matrimonium. Videtur tñ hoc tãtummodo ſacerdoti prohiberi, cũ tm̃ eius officium ſit audire peccata . Tu dic ſecurè quòd talis poteſt cũ tali muliere cõtrahere,quã audiuit in necesſitate, quia per hoc ſacramentũ nulla cõpaternitas cõtrahitur,ut dicitᷣ in canone,quãuis,&c.de cognatione ſpirituali.libr.vi. Itẽ ſciẽdũ quod cõfesſio ſexdecim conditiones habere debet,quæ habentur in his uerſibus.

Sit ſimplex,humilis. confesſio,pura fidelis,
Atq; frequens,nuda,diſcreta,libens, uerecunda
Integra,ſecreta,lachrymabilis,ac celerata,
Fortis,& accuſans,& ſit parere parata.

Quantumcunque autem nota ſint ſacerdoti peccata, adhuc tamẽ debẽt narrari in cõfesſione, quia nõ ſufficit quod ea cognoſcat ſacerdos

ut homo

ut homo tantũ, ſcilicet in publico, ſed etiam ut Deus, ſcilicet in ſecreto cordis, de pœn. diſt. 1. imperfecta. in glo. 1. Tenetur etiã peccator nõ ſolũ mortalia, ſed etiam uenialia confiteri, licet nõ ita neceſſitate abſoluta tenetur ad confeſſionem uenialium, ſicut mortalium. Tamen ex quo non poſſumus uitam, æternam conſequi ſine remiſſione uenialium, tenemur ad eorum confeſſionem, ut dicit Tho. in. 4. diſtinct. 15.

De modo audiendi confeſſiones.

ET quia, experientia docente, multos Videmus in practica huius ſacramẽti errare, ideo utile uidetur ponere modum & formam circa audiendas confeſſiones. Circa quod uidendum eſt de pluribus. Et primo de diſpoſitione perſonæ. Secundo quomodo ſacerdos debeat inquirere à confitente. Tertio, qui ſint caſus, in quibus poteſt abſoluere.

De primo itaq; ſciendũ quod confeſſionem audiẽs ſacerdos debet ſedere ĩ loco oĩ ſuſpicione carẽte, ubi ab oĩbus uideri poſſit, à nullo uero audiri. Nõ ſicut quidã in cameris ante lectũ propriũ audiũt, uel in ſacriſtia quia cõperti ſunt multa mala cũ ſpiritualibus filiabus cõmiſiſſe. Nõ debet etiã ſacerdos uel confeſſor inſpicere uultũ cõfitẽtis, ne ductus terrore ſacerdotis minus

nus audeat cõfiteri, uel ne quid occultet uel alleuiet. Maxime tñ à uultibus caueat quia ſecũdũ ſapiẽtẽ, Facies mulieris ſicut uẽtus urẽs. Nec dẽt ſedere ex oppoſito, ſed ad latus. Nec etiã debet proferre uerba iocoſa, ne alter ipſorũ ad riſum ꝓuocet, ſicut etiã cõpertũ eſt de aliquibus, ſed uerbis blãdis, et benignis cõfeſſor utat̃, non ſicut quidã faciãt maledicẽtes cõfitẽti, dicẽtes. Diabolus te mihi miſerat cũ his peccatis, eos uel eas diabolo cõmendãtes, ut quidã idiotæ faciũt. Nec debet ſacerdos mouere caput uel ſputũ ſæpius ꝓiicere, ne uideat̃ à circũſtãtibus prodere peccata confitẽtis. Vbi ergo ſunt illi, ꝗ pede trudũt cõfitẽtes, uel faciũt quaſdã uociferationes ſuſpicioſas, uel ſuſpiria ſuſpicioſa, ex quibus prodit̃ cõfeſsio peccatoris? Cũ ergo ĩcipit cõfiteri, attẽdat uerba ſua cõfeſſor uſq; ad finẽ, nec interrũpat, niſi cũ fuerit cõfeſſor ꝑ cõfitẽtẽ de aliquo exquiſitus, uel niſi cõfeſſor habuerit neceſſe inquirere de aliqua circũſtantia peccati. Si uero cõfitẽs corã ſacerdote præ timore erubeſcẽs obmuteſcit, tũc ſacerdos eũ dulciter alloquẽs informet, et det ſibi cor et audaciã his uerbis ut dicit Hugo. Fili chariſsime, ex abũdãtia gratiæ diuinæ habemus magnũ donũ hoc & ĩ ſalutis remediũ, quod per noſtrã uerã cõfeſsio

nẽ poſſumus cõſequi indulgẽtiã peccatorum. Nõ autẽ uerearis pro aĩa tua dicere uerũ corã me, qui ſum peccator ſicut & tu. Nõ autẽ te au dio & homo, ſed ut Deus. Quod ſi forte confi tens neſcit modũ cõfitẽdi, cõfeſſor dicat ei mo dũ, dicẽs. Chariſſime fili, ita debes cõfiteri. Cõfiteor omnipotenti Deo, & tibi patri, ꝙ ego peccator peccaui in multiplicibus peccatis. Et primo in mortalibus peccatis trãſgrediẽdo di uina ꝓcepta, nõ diligẽdo Deũ, nec proximum. Et tunc uideat confitens dicere peccata, et primo de mortalibus peccatis ſecũdũ quod diſpo ſuit in mẽte ſua. Si autẽ ignorat q̃ ſunt peccata mortalia dicat ſibi. Ecce, fili mi, iſta ſunt peccata mortalia, Superbia, Auaritia, Luxuria, Ira, Gula, Inuidia, & Accidia. Ricordate ſi cõmiſiſti aliquod iſtorũ. Qui cũ de eis expeditus fuerit, deſcẽdat ad opa pietatis, ſi ea neglexit adimplere, ſiẽr de alienis peccatis, ut ſtatim patebit.

Secundo uidẽdũ eſt qualiter ſacerdos debet quærere a cõfitẽte. Pro quo ſciendũ quod ſi eſt diſcretus cõfitẽs, nõ debet ab eo aliquid quæri, ſed ſi eſt rudis: tunc quærat ab eo ſacerdos, & primo de mortalibus peccatis in genere, nũquã tñ in ſpecie: uerbi gratia, ſic dicẽs. Ecce fili, nõne peccaſti iſtis peccatis, ſcilicet ſuperbia, auari

tia,&c. Si ergo contingit te aliquando ſuperbiſſe de ueſtibus, de pulchritudine corporis, de ſapientia, de diuitijs, hoc recogites, & de hoc doleas. Itē ſi aliqñ exceſsiſti modū comedēdi uel bibēdi, uel habuiſti diuturnū odiū cōtra proximū tuū, uel appetitū ultionis iniuſtæ cōtra proximū: uel inuidiſti ſibi bona ſpiritualia uel tēporalia, aut etiā fuiſti accedioſus, et piger in diuino officio uel ſermone, quia forte nō diligēter attēdebas in miſſa, ſed dormitabas, uel ſermones inutiles īmiſcuiſti. Iſtis modis & conſimilibus cōfeſſor dicat in genere. Et ut melius cognoſcas modū in genere quærendi, ſic quæras. Fili chariſsime, feciſti furtū? ſi dicat, ſic: dicas ubi, qñ, quo tpe, qua ductus neceſsitate, a quo, quoties? Non autē quærat, feciſti hoī tali, in tali loco? Hoc enim eſſet ſuſpectū negotiū. Similiter de luxuria quęrat, utrū fuit aliqñ pollutus in corpore. Si dicat, ſic: quæras an nocte uel die. Si dicat in nocte uel in ſomno, nō quæras ultra. Si dicat nō in ſomno quæras p quē modum, cum quo, uel quo modo, et expectes eius reſponſionē. Nec determines aliquid ſicut quidā indiſcerti faciunt dicēdo. Feciſti cū boue, uel cū pecore, uel equo, deſcēdendo ad ſodomitica peccata de quibus forte confitens ignorat.

Et in hoc grauiſſime peccat cõfeſſor. Nec dicat ſecũdũ Guliel. Audio quod inhabitas cum tali muliere. Hoc eſt.n.ſe ponere teſtem uel iudicem. quod non debet fieri in confesſione, ſed ea per acta debet iudicare, &c. Veruntamen ſi ſacerdos forte probauit quòd ille forte oblitus eſt aliquod peccatum, quod confeſſori conſtat eũ cõmiſiſſe, poteſt ſibi in memoriam reducere dicẽs. Accidit ne tibi aliqñ inebriari, uel fornicari ĩ iſto anno. Et ſi dixerit, ſic: quærat primo de pſõna, cũ q̃ peccauit, ánne ſibi attinebat, & ĩ quo gradu cõſanguinitatis, uel affinitatis. Nec eſt hoc prodere aliã pſonã, uel aliũ accuſare, ſed ſe liberare & mũdare ueraciter, cũ alio modo expedire nõ poteſt ſine expresſione illius circũſtãtię. Multum tñ caute circa hoc peccatum luxuriæ eſt ꝓcedẽdũ, ne quid curioſe inquiratur de ipſo confitente. Vnde cõſulo ut cõfeſſor circa hoc dicat ſibi Fili mi chariſſime, ego quidẽ uerecundor & erubeſcó, de talibus materiis impudicis inquirere: nec putes quòd iſta ex curioſitate faciã, cum de eis fuiſſem libentius ſupportatus, opportet tamen quòd de neceſſitate procedam more & officio medici debẽtis curare occultum morbum infirmi. Itẽ aduertat cõfeſſor & diligenter conſideret, perſonæ confitẽ-

tis qualitatē, cuius ſtatus & cōditionis exiſtat. Nā ſi eſt princeps, baro, miles, nobilis, uel quicūq; dominus tēporalis, quærat ab eo utrū oppreſsit pauperes ſubditos, & aggrauauit eos laboribus. uel iuſtitiam facere neglexit: uel aliquas impoſitiōes iniuſtas impoſuit, Si uero eſt prælatus ſpiritualis, nō eſt opus quærere de negligentia animarū ſubditorū: quia prǽſumitur ſi hoc faceret, ſolus diceret, eo ꝙ habet ſufficientē cognitionē & ſciētiā quātū ad hoc. Si autem nō cōfitetur de officio, in quo eſt, dicat & hortetur eū proprio motu dicēs. Pater uenerabilis & fili in hac parte, uelitis attēdere dignitatē officii ueſtri, in quo eſtis: & in remediū peccatorū ueſtrorū uobis iniūgo ut habeatis diligētiā de animabus uobis cōmisſis. S autē eſt mechanicus. quærat ab eo utrū in ſuo opere debitum ęqtatis modū ſeruet, aut ſi eſt mercator, an aliquē defraudet in pōdere uel mēſura, an rē uiliorē carius uēdidit, uel ad uſuras pecunias mutuauit, uel ad prǽſtitā carius uēdidit, uel cauſam rei uēditæ nō dixit emptori, ſicut circa æquū defectū aliquē, uel ipſam rē ſic uiatā nō remisſiori pretio uēdidit. Aut diebus feſtiuis & dominicis res ſuas uenales expoſuit. Iurauit tm̄ ualere, cū tm̄ nō ualuiſſent, uel iurauit illas emiſſe pro

 tāto.

tãto.Si eſt tabernator, quærat ab eo utrum aliquãdo braſiũ miſcuit diuerſis granis, ſicut apponendo aliquot choros tritici, aliquot ſiliginis,aliquot hordeis & uẽdẽs nihilominus ceruiſiã pro totali triticea, uel ſi diebus feſtiuis circa eã laborauit, cũ hoc ante uel poſt bene poſſet expediri, uel mẽſurã minorem dedit in domo, ꝙ extra domum bibẽtibus cõmiſerat.Sic etiã quærat de uino & aliis liquoribus. Itẽ à iudicibus quærat & cõſulibus, utrũ aliquãdo ex gratia,odio timore, amore, uel priuato motu iuſtitiã perueterãt,uel ſentẽtiã tulerunt, ex qua quis damnificatus eſt in rebus uel in corpore. Vel ſi ad pœnã fuerũt nimis proni contra ſimplices ſentẽtiãdo pœnã ſtatĩ pro uno leui uerbo in iudicio.Item à patribusfamilias quærat, q̄ hñt ſeruos uel filios, utrũ angariauerũt familiã diebus feſtiuis,uel eorũ detinẽt mercedẽ,aut corã mala diſſimulauerunt. Similiter quærat à ſeruis an fideliter ſeruierũt, & nõ ſubtraxerunt bona dominorũ ſuorũ.Itẽ ſi eſt uirgo, quærat ab ea de cuſtodia uirginitatis, de pudicitia uerborũ,& honeſtate cõuerſationis: quomodo et cũ quibus ſolet conuerſari.Si eſt uidua,quærat de deuotione ipſius & operibus pietatis, an libẽter ſeruiuit pauperibus, uel eos uiſitauit, uel

tẽpo-

tēporalia pro ſuo poſſe impēdit & exhibet & an diſſolutè uiuit, ſeu delicatè. Et iſti ſunt morbi uiduarũ ſecũdũ Apoſtolũ. Itē ſi eſt cõiugata, quærat ab ea an ſeruet cũ uiro caſtitatē diebus feſtiuis, ieiunii, & aliarũ uigiliarũ, & tēpore impręgnatiõis, uel etiā partus. Similiter an à marito exigat debitũ diebus feſtiuis, aut tempore menſtrui, uel imprægnatiõis, uel tēpore partus, an etiā aliter quàm modus naturæ eſt, uir eam cognouit. Et ſecũdũ hoc procedat cũ qualibet. Circa tamen uitiũ luxuriæ cautius quàm circa quodlibet aliud ſe regat: ꝙ circũſtātias neceſſarias nõ inutiles & curioſas inquirat. De quibus ſciēdũ eſt hic ſecũdũ Thomā: circũſtātiarũ quædā ſunt trahē tes in aliud genus peccati, ut coire cũ cõiugata, &c. & has homo tenetur cõfiteri. Quædā uero aggrauātes: ſunt in eadem ſpecie, & earũ quædam ſunt non aggrauantes mortaliter, ſicut ſcientia, & huiuſmodi: & has non tenetur confiteri, quia ſunt quaſi uenialia. Quædam uero ſunt aggrauantes mortaliter, & has oportet confiteri; ut furari in ſacro loco, fornicari in die feſto. Vnde uerſus.

Aggrauat ordo, locus, peccata ſciētia tempus,
Lucta puſilla metus culpę genus, et ſtatus altus,
Conditio, numerus, ætas, & ſcandala, ſexus.

Item

Item quærat ſacerdos à confitēte de alienis peccatis, quæ ſunt nouem. Verſus:

Iusſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, nō obſtās, nō manifeſtans.

Iusſio, ideſt, ſi præcepit facere malū, licet ſolus, nō intereſt. uel cōſuluit alteri, ſine cuius cōſilio non feciſſet tale factū, uel cōſenſit facientibus malū, uel ipſis adulatus eſt laudādo eorum factū. Vel quia melefactores habuerūt ad eū recurſum, uel ipſis participauit in maleficio, uel tacuit nō increpādo eos, uel nō deferendo ſuperiori, uel nō reſiſtebat cū poſſet, uel tenet̄ ex officio, uel nō manifeſtauit, cū debuit manifeſtar̄.

De caſibus ad Papam pertinentibus.

Ponendi ſunt etiā hic caſus ad ſolū papā pertinētes. Primus eſt de eo, qui uerberat clericū ordinatū, ſi eſt læſio enormis cū effuſione ſanguinis atroci. 17. q. 4. ſi quis ſuadēte diabolo. Secundus, de eo qui incēdit uel frāgit eccleſiā: & talis antequā denūtiatur. poteſt abſolui ab epiſcopo, ſed poſt denūtiationē per ſolū papā. de ſentē. excōmu. ca. cōqueſti. Et idē de quolibet incēdiario poſtquā publice excōmunicatus eſt. de ſentēt. excōi. c. tua. Tertius, quādo papa ſolus aliquem nominat, uel nominatim excōmunicat, tunc ſolus papa abſoluit eū. de ſenten. ex-

ten.excõmu.c.ſignificaſti. Quartus, falſarius li terarũ papæ, uel eis utẽs ſciẽter, ut patet de falſa riis.ca.dura. Quintus, qui inſequitur Cardinalẽ.de pęnis.c.felicis.lib.6. Sextus, qui grauat iu dicẽ ſpiritualẽ in perſona uel bonis, uel dat licẽ tiã grauãdi, propter hoc ꝙ ſentẽtiã excõmuni cationis tulit. de ſentẽ.excõmunica.quicunq;. lib.6. Septimus, ſi qs corpus defuncti ſcinderet uel coq̃ret ꝓ oſſibus trãsferẽdis. De hoc habet in quadã extrauagãti Bonifacii papæ octaui, q̃ incipit, deteſtandæ. Octauus, ſi quis inquiſitor hęreticorũ odio, uel gratia, amore, uel lucro cõ tra iuſtitiã uel cõſciẽtiã omiſit cõtra quẽpiam procedere, ut de hereticis.multorum.in fine.in clemẽ. Nonus, ſi religioſus abſq; licẽtia ſui pro prii ſacerdotis ſolẽnizaret matrimoniũ, aut mi niſtraret euchariſtiæ et unctionis ſacramẽta.c. religioſi.de priuileg.in cle. Similiter etiã excõ municati ſunt religioſi, qui excõmunicatos à canone abſoluũt in caſibus non conceſſis, uel cõtra ſtatuta prouincialia uel ſynodalia, uel à pœna & culpa. Decimus, ſi quis inſequitur epi ſcopum.de pœnis, ſi quis lib.6. Vndecimus, ſi qui religioſi inducũt aliquẽ ad uouẽdũ, iuran dũ uel promittẽdũ apud eos eligere ſepulturã, uel ut iã electã ulterius nõ immutet de pęn. cu

pientes.

pientes.in cle.Duodecimus, de his qui ſacerdotem cogũt celebrare in loco interdicto, uel ad audiendũ excõicatos uocant uel interdictos, uel prohibẽt ne moniti exeãt de ſent.excõmu. grauis.in cle. Tredecimus, qui Saracenis arma ad expugnãdos Chriſtianos deferũt, uel conſilium uel auxilium dant in diſpendium terræ ſanctæ, extra, de Iudæis.ita quorundam.

Caſus epiſcopales nunc ſequuntur.

CAſus uero epiſcopi, qui notantur per Ioan. And.in 3.gl.ſi ẽps, de pœni.& re.lib.6.ſunt ibi. Primus, abſoluere excõicatos maiori excõmunicatione, ut de ſent.excõm.c.nuper. Secundus eſt, imponere pœnitẽtias blasphemantibus nomẽ Dei & ſanctorum eius de clericis maledicis.c.2. Tertius, abſoluere ſacrilegos. de ſacrilegiis.c.2. Quartus, cõmutatio quorũlibet uotorũ, de uoto, & uoti redemptione capite.1. Excipit tamẽ uotũ terræ ſanctæ. Quintus, depoſitio malè ablatorũ, incertorũ, uel etiam certorum, qñ non exiſtũt illi quibus facienda eſt reſtitutio.de Iudæis cũ ſit. Sextus, pœnitentiã imponere illis, qui matrimoniũ clandeſtinè cõtraxerunt, uel cõtra interdictum eccleſiæ ut de matrim.contra interdi.eccle.contracto.in Clement.c.1.& ulti. Solent etiam reſeruari epiſco-

pis pœnitentiæ omnium publicanorum & oppreſſorū puerorū ex propoſito uel caſu. Item homicidium uel falſum teſtimonium, falſarii inſtrumentorum. Item periurus, inceſtuoſus, corruptor monialium, uel coeuntes cū brutis, & his ſimiles. Et breuiter intelligas, quòd quatuor ſunt caſus de iure epiſcopales, prout determinat Benedictus, 9. Primus eſt, occiſor clerici, pp quod incurrit irregularitatem. Vnde epiſcopus poteſt abſoluere clericū ab homicidio, ſed non ab irregularitate. Vel poteſt abſoluere clericū à peccato, quia celebrauit in eccleſia interdicta, ſed non poteſt abſoluere ab irregularitate inde contracta. Secundus, de incendiariis. quod tamen intellige antequā ſint publicati. Tertius, ubi eſt indicenda ſolemnis pœnitentia. Quartus, ubi quis incurrit maiorem excōmunicationē. Idem autē papa declarat quinq; caſus eſſe epiſcopales de cōſuetudine approbatos. Primus ē homicidæ uoluntarij. Secūdus, falſarii. Tertius, uiolatoris eccleſiaſticæ libertatis. Quartus uiolatoris eccleſiaſticæ īmunitatis. Quintus, ſortilegi & diuinatoris, ut. 26. q. 1. cap. 1. Et incipit ſua bulla, in qua prædicta declarant. Inter cunctas, & renouata eſt iterū per conciliū Viennenſe, in clemē. dudū de ſepulturis,

turis. Vltra autē hos caſus poſſunt epiſcopi reſeruare ſibi alios, prout uidebit̃ eis expedire. Sed ut omnis tollatur ambiguitas ponā caſus tā de iure quàm de conſuetudine ad epiſcopū pertinētes, ut ſunt iſti, homicidium, ſacrilegiū, inceſtus, filiorum oppreſsio, coitus cū moniali. Item mulier coiens cum religioſo uel ſacerdote. Item uulnerans patrem uel matrem. Item deflorans uirginē ui oppreſſam. Itē baptizans propriam filiam ſine neceſsitate, uel tenens eā ad confirmationem. Item fractor uoti ſimplicis. Item contrahens uotum ſimplex caſtitatis. Item intrans religionem inuita uxore poſt copulam carnis. Item hæreticā prauitatem tenens quo ad peccatum tantum. Similiter ſimoniacus quo ad peccatum tantum, quia irregularitas huiuſmodi pertinet ad papam. Item celebrans coram excōmunicatis ſolenniter in eccleſia quo ad peccatum tantum, ſed quo ad irregularitatē pertinet ad papā. Item ordinatus per ſaltū ad ſacros ordines. Item promotus ab alieno epiſcopo ſine licētia proprii. Item luxuriās in eccleſia conſecrata. Item coiens cum Iudæa uel Pagana. Item concipiens à non uiro ſuo, quem uir credendo filium ſuum conſtituit eū in hæredem in præiudicium aliorum. Item

procurãs abortum uel ſterilitatẽ in ſe uel alio. Item contrahens ſponſalia præter matrimoniũ cum aliquo marito interpoſito contractu. Itẽ ſcienter celebrans in eccleſia interdicta quo ad abſolutionem peccati,ſed quo ad irregularitatem quo ad papam. Item ſortilegus, incãtator, necromanticus, experimentator. Item ſcienter excõmunicatos,& manifeſtos interdictos uel etiam uſurarios ſepeliens. Item clandeſtinè matrimoniũ contrahens. Item blaſphemus Dei & ſanctorum. Item incendiarius. Item periurus, ſodomita, adulter. Item fornicans cum filia, quam baptizauit, uel ad confirmationem tenuit, uel audiuit confesſionem eius. Item celebrans in altari non conſecrato. Item celebrans ſine ſacris indumentis, uel omittens aliquod indumentorum, ut ſtolam uel manipulum. Itẽ celebrãs nõ ieiunus. Horũ aũt pœnitentiæ ponũtur taxatæ inferius particulatim. Alii uero caſus præter iſtos ſunt de authoritate plebanorũ.

De ſatisfactione, quæ eſt tertia pars pœnitentiæ.

EST aũt ſatisfactio ſecundũ beatũ Tho. ſuper 4. diſt. 15. q. 1. artic. 3. iniuriæ illatæ recompẽſatio ſecundũ iuſtitiæ æqualitatẽ uel quantitatẽ. Et intellige æqualitate proportionis, & nõ quan-

quantitatis.Similiter Anſ.in lib. Cur deus homo.definit ſatisfactionẽ dicens:Satisfactio,eſt Deo debitum,prout eſt,honorem impendere: ſcilicet ratione culpæ cõmiſſę.Et iſtæ definitiones ſunt ſatiſfactionis,prout eſt medicina pteritorũ,peccatorũ, & pſeruatio futurorũ,ſed put eſt pſeruatio à culpa,definit ſic ſecundũ Augu. Satisfactio,eſt cãs abſcindere peccatorũ,& eorum ſuggeſtionibus aditum nõ indulgere.

Circa quòd ſciendum ꝙ licet ſecundum Bonauen.ubi ſupra,ſine charitate non poſſit ſe hõ pparare ad habendã charitatẽ,& faciẽdã ſatisfactionẽ,ex quo impoſſibile eſt ſine ea Deo placere,& opera eius acceptari à Deo, ideo nec ſatisfactio ſine tali gratia eſt poſſibilis.Item cõſulendum eſt pœnitẽtibus quòd eorũ pœnitentiam ipſis iniunctã ſine mortali peccato compleãt:quia alias Deus ab eis exigit pœnã. Nã ſatisfactio facta in peccato mortali, etſi ſoluit pœnã debitã,nõ tñ meretur gratiã,ut dicit doctor ſubtilis ubi ſuprà q.1.ſecũdo principali arti.4.Sed ſi qras utrũ hõ peragẽs pœnitentiã in peccato mortali,iterũ facta confeſſione de illo peccato mortali debet peragere de nouo , uel denuo iſtã pœnitentiã iam peractã,uel an reuiuiſcat,& ualere incipiat illa pœnitentia ſic per

acta in peccato mortali: ex quo iã poſt confeſſionẽ ſecundã erit in charitate & gratia, in hoc ſunt doctores diuerſi. Nã ſanctus Tho. prima facie dicit ꝙ non uiuificant, nec ualẽt ad ſatisfactionem illorũ peccatorũ, pro quibus agũtur, nec etiam ad meritũ uitæ æternæ. Dicit tamen quòd ſatis factiones illæ q̃ relinquunt poſt ſe effectũ poſtq̃ actus tranſit, non oportet quòd reiterent, ut ieiunium dimittit poſt ſe debilitationẽ corporis: Eleemoſyna relinquit poſt ſe diminutionẽ ſubſtãtiæ. Illæ uero q̃ non relinquunt poſt ſe effectũ, oportet quòd reiterẽtur, ut eſt oratio. Ex his patet, ꝙ qui ieiunãt pro peccatis exiſtentes in mortali peccato, nõ debent ultra ieiunare, uel eleemoſynã dare, ſi qui orant in peccato exiſtẽtes, tenẽtur repetere horas, & ſupplere eas. Et iſtã opinionẽ approbant doctores. Doctor tamen ſubtilis fauorizat peccatoribus, dicẽs quòd qui uerè pœnitet & recipit ſatisfactionẽ condignã ab eccleſia impoſitã claue non errãte, quantuncunq; peccet poſtea, & recidiuet, nunquã tenebitur niſi ad illã unicã ſatisfactionẽ adimplendã. Et ſi eam impleat in charitate, melius eſt, quia non tantũ ſoluit pœnam, ſed etiam meretur gratiam. Sed ſi impleat pœnitentiã uoluntariè extra charitatem, ſoluit

qui-

quidem pœnam, ſed nõ meretur gratiam quia non eſt ſatisfactio reconciliãs, neque placans. Vnde ſubdit quòd ſi homo magnam partẽ ſatisfactionis impleuit in mortali peccato, & poſtea iterum pęniteat de peccato nouo, non eſt iterato imponenda pœnitẽtia pro peccato primo de quo ſatisfecit, licet extra charitatem, ſed tantũ de nouis peccatis, q̃ fuerunt cauſa ꝙ iſta ſatisfactio fuit mortua. Et hanc determinationẽ ſequitur Ioannes Pariſienſis ibidẽ, quæſtione quinta dicẽs, & dans huius dicti rationẽ ſatis pulchrã, quoniã ex quo extra charitatẽ ſufficit ſatisfactio inuoluntaria ad pœnitentiam peccati, multo magis ſatisfactio uolũtaria debet ſufficere. Exemplificat ipſe: Si alicui offendẽti regẽ, offenſæ regis correſpondeat, præcisè ſecundũ legem manus abſciſſio, ſi iſti ĩuito abſcinderetur manus, ſatis patitur, & in tantũ ſufficit regi quòd ſecũdum iuſtitiã non debet ulteriorẽ pœnam exigere: et tunc non recipit eũ in gratiam uel amicitiam. Multò autem magis ſufficeret pro punitione culpæ, ſi aliquis ſibi debitã pœnam infligeret: licet non eſſet in gratia uel amicitia illius iudicis offenſi. Ex quo ſequitur, quòd ſi talis propter nouum peccatum dãnaretur anteq̃ compleuiſſet totã pœnitentiam

 ſibi

ſibi impoſitã,puniret̃ ĩ inferno tẽporaliter pœna ſibi correſpõdente,quę nõ fuit hic ſoluta,& poſt tẽpus aliquod non puniretur amplius tali pœna,ſicut dicimus de ueniali, quia moriens ĩ ueniali ſimul cum mortali, nõ puniret̃ æternaliter pro ueniali,ſed temporaliter, pro mortali uero æternaliter. Hoc doctor ſubtilis.

Sunt aũt tria opera ſatisfactoria,ſcilicet eleemoſyna,ieiunium,& orõ.Per ieiunium intelligunt̃ oĩa carnẽ affligẽtia,ut ſunt macerationes, afflictiones,flagellationes, & peregrinationes. Per eleemoſynã,oĩa opa miſericordiæ corporalia. Per orationem, oĩa opera ſpiritualia miſericordiæ. Per ieiunium hõ reuocat̃ à concupiſcẽtia carnis, per eleemoſynam à cõcupiſcẽtia oculorũ:& per orationem,à ſuperbia uitæ. Per ieiuniũ ordinatur homo ad ſeipſum : Per eleemoſynã,ad proximũ,& per orationem,ad Deum . Per ieiunium fit ſatisfactio de bonis corpalibus, p eleemoſynã de bonis tpalibus, & p orõnẽ,de ſpiritualibus. Licet autẽ ſingula iſtorũ cũ ſingulis peccatis approprient̃ pp conueniẽtiã,tñ quodlibet illorũ pro quolibet peccato ſatisfacere põt, ſecundũ Tho. Dicit.n.doctor ſubtilis,qu.1.ſecundo principali,art.3. q̃ talis correſpõdentia nec eſt de cõgruo, nec eſt de

de neceſsitate in ſingulis caſibus, ſicut patet in pauperibus. Nec pauperi eſt cõgruũ nec neceſſariũ iniungere aliquod iſtorũ, ſi eſt inſufficiẽs ad ea: ut ſi eſt pauper qui nutritur labore, & q̃ die nõ laborat, caret uictu: & ſi ieiunaret, impotens redderet̃ ad laborẽ: nec orationi uacare põt labore laſſatus, uel à fortiori nec eleemoſynis: iſtis iniungendum eſt, & iſtum laborẽ ſubeat in remiſsionẽ peccatorũ intendẽs illum ad hũc finẽ referre, saltẽ quouſq; occurrat ſibi opportunitas aliquã aliã ſatisſactionẽ ſoluendi. Ex hoc habes dicto, ꝙ homo peccator libenter ſuſtinens defectus tẽporales, & labores à Deo ĩ eum ꝑmiſſos, uel tribulationes, satisfacit per illa ꝓ peccatis, ex quo eis consentit, et aliter ſatisfacere uel pœnitere nõ poteſt, Ita dicit Tho. ubi ſupra diſt. 15. q. 4. art. 2. Et hoc etiã ſæpius eſſet prædicandũ pauperibus & defectuoſis, ne deficerent & deſperarent de peccatis uidentes se impotentes ad peragendã pœnitentiã eis iniunctã. Similiter diues, qui lapſus eſt peccato carnis, ſi adeo delicatus eſt ꝙ nõ uelit ieiunare, nec macerationem carnis ſubire, uel præſumptio eſt quòd ſi ſibi imponeretur, abiiceret eã, et ita iam nouo peccato peccaret, iudicandus eſt ad adorationem uel eleemoſynam, et impo-

nendum eſt ei quod libēter accipit,& quod creditur perſeuerātius adimplere, imo ſi nullā uellet accipere pœnitentiam,& habere displicētiā de peccato,et firmum ꝓpoſitum non peccandi,uel abſtinēdi,non eſt remittēdus uacuus,ſed abſoluēdus,nec cadat ī deſperationē,ſed ītimāda eſt ei pœnitentia,q̄ eſt pro peccatis illis imponenda,et quòd eam in ſe,uel in æquiualente ſtudeat adimplere,alioquin ſoluet ad plenū in purgatorio.Hæc ſententia satis cōſonat dicto Chriſti Matth.12.et Iſa.42.ubi dicit:Arundinē caſſatā non cōſringet,et linum fumigans non extinguet.Arundo quaſſata eſt peccator quaſſatus tentationibus et peccatis, et linum fumigans et linum nimis humidū, tamen habēs aliquid de igne charitatis,hoc extinguitur per duritiā ſacerdotis,ſed cū ad aliquod minus difficile obligaī,tunc non extinguitur. Sed dicatur ſibi quòd oportet eum,hic uel ibi pœnam perſoluere,et ꝙ faciat tantam pœnitentiam,quantam hic debet pro peccatis reddere,alias acrior alibi ab eo exigetur.Hæc Scotus.Dicit Pet.de Tha.diſt.15.et Tho.ibidē q.3.ꝙ alter pro altero poteſt ſatisfacere,ſi eſt in charitate,quando ille, cui iniuncta eſt pœnitentia, eam explere cōmode non poteſt:et hoc quantum ad abſolutio-

lutionem debiti,sed quantum ad exciſionẽ cau ſarum peccatorum p̃cedentium,et inquantum pœnitentia eſt medicina pro peccatis unus nõ põt satisfacere pro altero. Dicit tamen Tho. quòd nullus debet permittere satisfacere per alium,niſi apparet defectus corporalis uel ſpiritualis,per quẽ non ſit promptus ad portandum onus pœnitẽtiæ. Dicendum eſt ergo his qui satisfactionem pro ſe aliis imponunt,ꝙ ſi ambo negligentes fuerint: ambo punientur, unus ꝓ peccato proprio,alter ꝓ omiſſa satisfactione,ad quam ſe obligauit.

De pœnitentijs iniungendis ſecundum canones.

REſtat nunc de pœnitẽtijs iniungendis ſecundum canones taxatis. Circa qđ principaliter eſt uidendum quòd licet pœnitentiæ ſint arbitrariæ,ut dicetur infra: tñ in publicis ſeruãdæ sunt taxatæ per canones, licet debeat haberi reſpectus ad circunſtantias criminis,et ad qualitatẽ et quãtitatem,perſonæ dignitatẽ. officium,paupertatẽ,debilitatẽ, etc. Vt tamen nõ ignoremus pœnitentias taxatas,cum tempus incurrerit,imponendas,notandæ sunt aliquæ regulæ, q̃ canones pœnitentiales ab aliis appellantur. Primus canon,quòd pro quolibet

mor-

mortali peccato pœnitẽtia septẽ annorum eſt iniungenda:ut.33.q.2.hoc ipsum et cap.sequ. et.22.qu.1.ca.prædicandum,in glo. & 82.diſtinct.præsbyter.Et ratio eſt,quia ſicut ꝑ peccatum mortale septiformẽ gratiam Spiritus sancti amiſimus,ſic etiam eam per septem annos requiramus.Hoc tamẽ uerum eſt pro publico et graui peccato,pẽſitis circunſtantiis.Secundo ſi pręsbyter fuerit publicus fornicator, decem annis pœniteat inclusus,sacco indutus tribus menſibus continuis a uespera ad uesperã pane,et aqua utatur,exceptis diebus dominicis et feſtiuis,quibus annis expletis,põt eum episcopus ad priſtinum reuocare ſtatũ.de quo multum habet.82.diſt.cap.pręsbyter.quod nõ ſcripſi ꝑꝑ tædium episcoporũ,qui in hoc sunt remiſſi et potius ad pœnam proni. Tertius sacerdos cognoscens filiã spiritualẽ: scilicet quã baptizauit,uel cuius confeſsionem audiuit,12. annis pœniteat:episcopus uero quindecim annis pœniteat.Mulier uero ſi eſt soluta,tradenda eſt religioni,rebus suis pauperibus erogatis 30.q.1.ſi quis sacerdos.Et ſic patet,ut dicit gl. in.c.p̃dicto, quòd magis peccat sacerdos cognoscens filiã spiritualẽ, ꝙ alterius uxorem, quia ꝑꝑ hoc imponitur pœnitentia duodecim anno-

annorum. Quartus, ſi quis contra naturã peccat, ſi clericus eſt, deponiť, uel ad religionem recludiť, ſi laicus, excommunicatur, donec pœniteat. Pœnitẽtia autẽ sua eſt septem annorum. Et idẽ eſt pro inceſtu. 33. q. ij. hoc ipsum et capit. sequen. Quintus: ſacerdos, qui intereſt clandeſtinis nuptijs ſine bannis, tribus annis suspẽditur. de clandeſt. de spon. cap. 1. et cap. cum inhibitio. Sextus: ſi quis uotum ſimplex uiolauerit, scilicet quia promiſit in secreto uxorẽ non ducere, uel coram aliquibus sociis, et poſtea duxit: tribus annis pœniteat. 27. diſtin. ſi uir. Septimus: ſi quis excõicatus celebrat, tribus annis feria. 2. 4. et. 6. à potu, alias à uino, et à carnibus debet abſtinerẽ. 11. q. 3. de illis. Octauus: qui alium iniuſtè accusat ad mortem, septem annis pœniteat, ſi uitam perdiderit, ſi uero membrum, per tres annos pœniteat, ut de accusa. capi. accusaſti. Nonus, qui filiam suam spiritualem uel commatrem cognoscit, per. 7. annos pœniteat. 30. q. 3. nõ oportet. Decimus, ſi quis desponsatã alterius duxerit eã dimittat et. xl. diebus in pane et aqua ieiunet, et pœniteat per septẽ sequẽtes annos, de spõ. duo. c. accepiſti. Vndecimus: qui cognoscit duas cõmatres uel sorores septem annis pœniteat. 30. q. 3.

3.ſi pater. Duodecimus,homicida uolũtarius, ſine spe reſtitutiónis deponat̃,et septem annis pœniteat.50.diſtin.ſuror . Si eſt caſualis , per quinq; annos pœniteat.50. diſt.c. ſi qua et c.ſi quis,et.c.eos.Et hęc omnia intelligas ſi potuit euadere homicidium,et nõ euaſit.Nam qui se et suas res liberãdo,ſures,qui capi nõ poterãt, occiderit,pœnitentiã agere nõ tenetur,niſi uoluerit.Si tñ hoc ſacit in neceſſitate euitabili.2. annos pęniteat.50.diſt.c.de his.licet si eſſet ineuitabilis,in nullo ei ĩputaretur.50.diſt.quia ſe, qđ tñ eſt uerũ quo ad peccatũ, ſed quo ad cautelã et ĩnocẽtiã suam eccleſiæ oſtendendã,bonus eſt pęnitere,de homicidio.ca.2.§.ſi. 34.q. 2.in lectũ.33.q.3.excõicatorũ . Si quis tamẽ ĩ ſtultitia uel infirmitate uel furiositate occidit: nõ ĩputat̃ ei.3.q.9.c.ĩdicas.15. q.1.c. aliquos, et.c.illa.& c. si quis.Si aũt cã disciplinæ,sicut magiſter scholariũ incaute occidit,imputatur ei,et deponitur,si eſt sacerdos de homi.capit. p̃sbyterorũ,et.20.q.5.ca.si quis nõ iratus.Sed et si quis ligatũ latronẽ ĩterficit deponĩt,de homici.capit.suscepimus. Tredecimus: matrem occidens, decem annis pœniteat secundũ formam ſatis asperam,quæ ponitur.23. quæſtione secundo capite,latorem, ubi dicitur quod

primo

primo anno eccleſia nõ ĩtret, ſed ante fores eccleſiæ oret. Poſt annũ uero ĩtret eccleſiã ſtans inter audiẽtes, & nõ cõicet, niſi cõpleto termino: oblationes eius nõ uoluntarie accipiantur, niſi poſt.7.annos. Et per hos.10.annos nõ comedat carnes, nec potũ (alias uinũ) bibat exceptis diebus dñicis & feſtiuis à feſto Paſchæ uſque ad feſtũ Pentecoſtes. Et non uadat alicubi niſi pedeſter. Feria.2.4.&.6. ĩeiunet: ſed tamen nõ ſeparetˀ ab uxore, pp periculũ adulterii. Decimuſquartus, uxoricida oĩbus diebus, quibus pœnitet, nõ debet uti carnibus, nec potu, alias uino, niſi ĩ paſcha & natali Domini, in pane, & aqua & ſale, uigiliis, orõnibus & eleemoſynis pœnitentiã agat. arma nõ ſumat, uxorẽ nõ ducat, balneo nõ utatˀ, cõuiuiũ lætantiũ non intret in eccleſia poſt oſtiũ ſtet, nõ cõicet in uita, ſed in morte tm̃, ut patet. 23.q.2. admonere. Et intellige quòd maior pœnitẽtia eſt uxoricidæ ꝙ̃ matricidæ, nõ quia maius eſt peccatũ uxorẽ occidere, quam matrẽ, ſed quia proniores ſunt hoĩes ad occidendũ uxores, ꝙ̃ matres, & ideo ut retrahantˀ, grauior eis pœna iniungitˀ. argu. 34.q.1. nõ afferramus. Decimuſquintus, iugulãs uoluntarie pꝑ͂ũ ſuum, dicit Raymund. ꝙ talis debet in monaſteriũ induci, ſi non habet

alios pueros & uxorẽ grauior ei debet impo-
ni pœnitẽtia, ſcilicet ſeptẽ annorũ. Cũ aũt ex ne
gligẽtia iugulãt eũ parẽtes, ita ꝙ ponũt eum in
lectũ ſuũ ſanũ, & poſtea inueniunt eũ mortuũ,
tribus annis pœniteant, quorũ unus annus eſt
in pane & aqua oĩbus feriis quartis, ſextis &
ſabbatis, alii duo ieiunãdo feriã quartã & ſab-
batũ, ſed ſextã in pane & aqua, de his, qui occi
dũt filios. cap. 1. & 2. Decimuſſextus, periurus
xl. diebus ieiunãdo in pane & aqua per 7. an-
nos pœniteat. 6. q. 1. quicunque. Decimuſſepti-
mus, falſam mẽſurã habẽs: xxx. diebus pœni-
teat in pane & aqua, de empt. & uẽd. c. ut mẽſu
ræ. Decimuſoctauus, qui deuotã uel monialẽ
cognouit, decẽ annis pœniteat & ipſa ſimiliter
27. q. 1. cap. de filia & cap. deuotã. Decimuſno
nus, præsbyter cãtans miſſam & non cõicans,
anno uno pœnitere debet, & interim à celebra
tione miſſæ ceſſabit, de cõſec. diſt. 2. relatũ. Vi-
ceſimus, ſacerdos, qui laicũ mortuũ cũ palla al
taris inuoluit, decẽ annis & quinq; menſibus
pœniteat, diaconus uero triennio & dimidio
ſiue ſex menſibus pœniteat. de cõſecr. diſt. 1. ne
mo. Viceſimuſprimus, ſacrilegus uiolãs eccle-
ſiã, ſeptẽ annis pœniteat. 12. q. 2. de uiro. Et pri
mo anno ante cœmeteriũ, quod uiolauit con-
ſiſtat,

ſiſtat, ſecundo anno ante fores eccleſiæ, tertio anno in eccleſia. Et per hos tres annos carnes non comedat: & potũ(alias uinũ)non bibat, niſi in Paſcha & in natali Dñi, nec cõionẽ accipiat. In quarto anno cõicabit, et tunc quinto et ſexto uſq; ad ſeptimum annum feria ſecunda, quarta & ſexta à carnibus & à potu abſtineat. Viceſimusſecundus, parẽtes frãgentes ſpõſalia filiorũ, p triẽnium ſeparentˉ à cõione, et filij ſimiliter, ſi ĩ culpa ſunt. triceſima. q. 3. c. ſi qui parẽtes. Viceſimuſtertius, qui ducit illã in matrimoniũ, quã prius polluit per adulteriũ, quinq; annis pœniteat. 31. q. 1. c. ſi qua uidua. Viceſimuſquartus, blaſphemãs debet per ſeptẽ hebdomadas agere pœnitentiã ſecundum formã q̃ traditˉ de maledicis. cap. ſtatuimus. Viceſimuſquintus, ſacerdos denudãs cõfeſſionẽ alicuius uerbo, uel facto, uel ſigno, &c. de quo infra dicetˉ, & habetˉ de pœni. diſtin. 6. ſacerdos. Viceſimuſſextus, periurus ſi liber eſt, quadragĩta diebus per ſeptẽ annos in pane et aqua pœniteat: ſi ſeruus, tribus annis. 22. q. 5. qui cõpulſus. Viceſimuſſeptimus qui periurat in manu epĩ, per tres annos pœniteat: qui uero in manu conſecrata, uno anno pœniteat, qui uero coactè, neſciens eſſe tã graue peccatũ, tribus quadrageſi-

mis pœniteat: hoc eſt. tribus annis, quolibet anno quadraginta dies.22. q.5.qui compulſus. Sed qui ſcienter iurat,uel alium iurare permittit,quadraginta dies pœniteat in pane & aqua, & ſeptē ſequētes annos: et ſîr cōſcij ſui.12.q.5.ſi quis peierauerit.& c.ſiquis cōuictus. Viceſimuſoctauus,diſcrepās a cōſuetudīe metropolitanæ eccleſiæ in horis canonicis, ſeptē menſibus cōione priuetˉ,ſi ex cōtēptu hoc faciat diſtinct.12.cap.de his. Viceſimuſnonus: Sortilegus quadragīta diebus pœniteat.de ſortileg. c.1.& c.ex tuarū. Qui autē aſpicit aſtrolabiū, uno pœniteat anno,ibidē. Triceſimus, Interfector p̃sbyteri duodecim annis pœniteat, ut c.2.de pœnitētijs & remiſ. Triceſimuſprimus, incēdēs domum,totum dānum reſtituat, et tribus annis pœniteat.eo.titu.c.2.et de iniurijs & dāno dato.c.ſi quis domum. Triceſimuſſecundus,Cōicās hæreticum neſciēter,annum pœniteat,ſcienter uerò,quinq; annis.Permittēs autē hæreticum cātare ſciēter miſſam, quadraginta diebus.Si autē in ſubuerſionē fidei tāquā hæreticus dānatˉ,niſi decē annis pœniteat.Si quis receſſerit ab eccleſia ad hæreticos fugiēs, duodecim annis pœniteat, ſecundum formā.24.q.1. ſi quis dederit.Tricemuſtertius, qui neſcienter

cogno

cognoſcit duas ſorores, uel matrē et filiā: uel amitā et neptē, ſeptē annis pœniteat. Si ſciēter, ꝑpetuo carebit cōiugio.34.q.unica ſi quis. Trí ceſimuſquartus: Cū bruto coiēs, pluſquā ſeptē annis pœniteat. Itē pro inceſtu.33.q.2. hoc ip ſum.& cap.ſeq. Triceſimuſquintus, Patronus res eccleſiæ dilapidās, uno anno pœniteat.16. q.7.filius. Triceſimuſſextus, ꝗ iurat pacē nō fa cere cū ꝓximo uno anno pęniteat, & ad pacē redeat.22.q.4.ꝗ ſacro. Triceſimuſſeptimus, Bis baptizatus, uel bis cōfirmatus.7.annis pœni-teat.4.&.6. feria ī pane & aq̄ ieiunet, et cogēt fieri regularis.de cōſe.diſt.3. ꝗ bis,&c. dictū ē. Sunt plures alij caſus, qui apud nos nō currūt, et ideo de illis nihil poſui. Hi aūt ītelligēdi ſunt de pœnitētia publica,& pro peccato publico.

Circa quod ſciēdum ꝙ licet illa pœnitentia ſit taxata à canonibus pro manifeſtis peccatis, ita ꝙ nullo modo licet aliā imponere uel ua-riare, tñ eṗs de his diſpēſare poteſt ex cā rōna-bili, inſpectis circunſtātiis ꝑſonarum: ut dicit Leo papa, Pęnitudinis tp̄a cōſtituēda ſunt tuo iudicio, ſecundum quod ꝑſpexeris aīos cōfiten tium eſſe deuotos.26.q.7.tp̄a, & c.hoc ſit. Idē dicit Hieron. de pœniten. diſtín.1. menſurā. Et ideo dico de occultis peccatis, ꝗ ꝑtinēt ad ſim-

plices ſacerdotes ꝙ ubicunq; inueniant taxatã pœnitentiã ꝑ canones, non mutent eã ſine cã, ita tñ ꝙ nõ prodãt ꝑ eã peccatorẽ. Secundum hoc intellige illud, quod cõiter dicĩ, ſed male intelligĩ ꝙ pœnitẽtiæ ſunt arbitrariæ. de pœnitẽ.& remiſſ. Deus qui.& de ſortilegijs.cap.2. gloſ.2.ubi dicĩ ꝙ pœnitẽtiæ tẽpus arbitrariũ eſt, quod intelligit gloſſa ultra illud, quod iam ius taxat. Et ſi ius taxauit unum annum pœnitẽtiæ, et delictũ exigit plus, hoc eſt ad ſacerdotis arbitrium cõceſſum. Idẽ dicĩ de cleri. excõmuni. latores. Et dixi notãter ꝙ ſine cã non debet ꝑ quẽcunq; ſacerdotẽ mutari pœnitẽtia taxata, quia ex cã poteſt bene moderari per ſimplicẽ ſacerdotẽ, qui diſpẽſare poteſt cõtra canones taxãtes talẽ pœnitẽtiam, ut de iudicijs. at ſi clerici. ĩ gloſ. ſuper uerbo, de adulterijs. ut ibidẽ notãt doctores. Pro iſto tñ ſciendum ꝙ hodie multi ſumpſerunt occaſionẽ erroris ex iſto dicto, quo dicĩ. Pœnitẽtiæ ſunt arbitrariæ. & ſecundum arbitrium ſacerdotis imponendæ. Et ideo pro meliori iſtius dicti intelligẽtia aduertendum eſt quòd ſicut dicit ſanctus Thomas ſuper.4.diſtin.19.q.artic.4. Si quis præter modũ agẽtis principalis uti ſua poteſtate p̃ſumpſerit, nõ cõſequĩ effectum, ſecundum Dionyſiũ, & pro-

& propterea talis ab ordine et officio diuino auerteret̃,et culpã incurreret. Verbi gratia, Si miniſter medici aliter adhiberet medicinã ęgroto quã pręcepit medicus,grauiter talis offenderet medicum,et etiã ægrotũ.Et quia pœnitentiæ ſatisfactoriæ ſunt medicinæ pro peccatis infligendæ,ideo ſicut medicinæ in arte determinatæ nõ oĩbus cõpetunt,ſed uariãdæ ſunt ſecũdum arbitrium medici non propriã uoluntatẽ ſequentis,ſed artẽ medicinæ, ita pœnæ ſatisfactoriæ determinatę in canone nõ cõpetunt oĩbus,ſed uariandæ ſunt ſecundũ arbitrium ſacerdotis diuino inſtinctu regulatũ.Hæc Thomas Vide ergo quicunqꝫ iudicas, ſecundum caput tuum iniungendo pœnitentias non taxatis debitis circunſtãtijs, quia in magno periculo es, decipiens te & cõfitentẽ, ſi arbitraris aliter pœnitentiã,q̃ Spiritus ſanctus eã dictauit, illi cõfitenti imponendã. Vnde dicit ſanctus Thom. diſtin.20.q.2.arti.2.ꝙ qualitercunqꝫ habeat ſe ſacerdos uel diuertat ſe in officio ſacramentorum, nihilominus peccator permanet reus ad quantitatẽ eiuſdem pœnæ, & ideo ſi eã hic nõ explet,exigetur ab eo in purgatorio.Sacerdos tñ diſcretus (ut dicit idẽ)pœnã imponens minorem,etiã ex induſtria,plus prodeſt cõfitenti

ꝙ nocet, quia forte à magnitudine pœnæ poſſet à pœnitentia agenda impediri, quia diuinus amor, qui in eo incipit, paulatim confortatur, excitabit eum poſtea ſponte & propria uoluntate ad plura opera miſericordiæ ꝙ ſacerdos impoſuit. Sed circa hoc ſit ſacerdos cautus, ut tunc hoc faciat qn̄ p̄ſumit de confitente ut hoc faciat. Videat ergo ſacerdos, et caute proſpiciat ꝙ ubicunq; pœna à iure expreſſa eſt, nō omittat eā imponere, niſi neceſſitas uel alia cā rōnabilis aliud ſuaderet. Vbi autē nō eſt pœna à iure impoſita & expreſſa, ibi arbitrio ſuo idē ſtatuat ſecundum quod uiderit expedire. Nā ex cā poteſt eā aggrauare uel mitigare, ut dicit gl. de pœnitē. diſtin. 1. mēſurā. Ad idem facit Archidia. 50. diſtin. cap. de his. Sed forte quæreres, Quid ſi nunquā arbitratus eſt, & minorē pœnā imponat ꝙ debeat, nunquid ille cōfitens ſecutus eſt? uel an reſiduum exigetˉ ab eo in purgatorio? Ad quod reſpōdeo ſecundum glo. 3. de pœnitē. diſtin. 1. mēſurā. ꝙ ſi eſt ordinarius iudex ſiue ſacerdos parochialis, & facit hoc aīo diſpēſandi, ſufficit illa pœnitētia modica ad delendū peccatum. Si autē ꝑ errorē eſt impoſita, et tn̄ ab illo pœnitente credebatˉ peritus, ſufficit illa minor pœnitentia ad peccatum delen-

dum,

dum,dummodo pœnitens,qui eã recipit maiorẽ ſuſcipere eſt paratus,ſi ſibi imponeret. de pœnitẽ.diſ.1.quẽ pœnitet. uerſi.ſed qui. Si autem credebat eum ĩperitum, in culpa eſt pœnitens aut cõfitẽs, quia peritiorẽ nõ requiſiuit.Et hoc eſt cõtra illos,qui ĩpetrãt licẽtiã cõfitẽdi alibi à ſuis plebanis,et cõfitenẽ imperitis ſacerdotibus uel monachis ad hoc non electis nec approbatis,& tales ſe decipiũt. Nã dicit Aug.de pœni. Qui uult confiteri peccata ſua ut inueniat gratiã,quærat ſacerdotẽ ſciẽtẽ ligare & ſoluere,ne negligens circa ſe ſit, negligat ab eo, qui eum miſericorditer monet, & petit ne ambo in foueã cadant,q̃m ſtultus errare uoluit.Et ſubdit, Qui ergo cõfiteri uult,omnino confiteatur ſacerdoti meliori,quẽ inuenire poteſt.Audiat autẽ unuſquiſq; confeſſor taliter qualiter ſibi placuerit pœnitentiã imponẽs, quod ſibi dicat per beatum Hierony.Et ponuntur hæc uerba.24. q.1.nõ auferamus.ubi dicitur:Non afferas ſtateras doloſas,ubi appendamus quod uolumus dicentes hoc graue eſt, hoc leue eſt, ſed afferamus diuinã ſtaterã ex ſcripturis ſanctis, tãquã de theſauris Dñicis : & in illa quid ſit grauius, appendamus.Hæc Hiero.Ex quibus uerbis uides q; illæ pœnitentiæ, q̃ ĩponunt erroneè &

aliter q̃ ſint impoſitæ in iure, dicuntur doloſæ & temerariæ. Hoc eſt quod dicit Grego. de pę ni. diſtin. 5. falſas pœnitentias ubi dicit: Falſas pœnitentias eſſe dicimus, quæ non ſecundum authoritatẽ ſanctorum patrum, pro qualitate criminum imponuntur. Vnde dicit glo. quòd ſi certa pœna ſtatuitur, et tñ minor imponitur falſa eſt pœnitẽtia, niſi ex cã tẽperet, ut dicitur 26. q. 7. tpa ubi dicit Leo Papa ꝙ tpa pœnitentiæ habita moderatione cõſtituenda ſunt iudicio ſacerdotis, prout confeſſores pœnitentium aĩos perſpexerint eſſe deuotos. Hoc eſt quod cõcludunt doctores finaliter quòd tunc tm̃ ex cã, ſcilicet neceſſaria pœnitẽtiæ eodem modo, quo dictũ eſt, arbitrariæ poſſunt dici, ſcilicet cõſideratis circunſtantijs perſonarum, locorum tẽporum ætatum, qualitatum criminis, & aliorum prout dicit de pœni. diſt. v. conſideret. Circunſtãtiæ autẽ notãtur in illo uerſu: Quis, q̃d, ubi quibus auxiliis, cur quomodo, quando.

Hoc eſt dicere quod licet pro aliquo crimine à iure taxat̃ pœnitẽtia ſeptẽnis, ſi tñ ſacerdos uidet pſonã pauperem debilem, uel nimis ſenẽ, uel nimis iuuenẽ, uel multum nobilem, uel locum, in quo morat̃, ſicut caſtrum uel curiã prĩcipis, nõ eſſe aptum ad pœnitentiã agendã ſic

à iure

ã iure expreſſam, uel uidet tẽpus nõ cõueniẽs, ꝑꝑ nimios labores tunc inſtãtes, in his caſibus poteſt cõfeſſor moderari pœnitentiam in toto uel in parte, prout notat in glo. 23. quæſt. 4. ſi is. Et hoc intellige qñ cõtritum ſufficienter uiderit peccatorem. Sed diceres, tñ Grego. in homi. dicit, & ponitur in. c. ꝑdicto. Si is qui prælatus eſt, dominico debitori culpas impune dimittit, non mediocriter profecto offendit, qui debita cœleſtis regis & dñi ſui ꝑſumptuoſe reſoluit. Similiter prima glo. 26. q. 7. hoc ſit poſitum. dicit quòd non poteſt ſacerdos totum dimittere ſine aliqua pœnitẽtia. Et idẽ de pœni. diſtin. 1. cap. menſurã. & c. ſi peccatum. et 26. q. 7. tꝑa, & 15. q. 7. hi qui. Tu dic ꝙ oĩa illa loquuntur de illo, qui nõ eſt cõtritus ſufficienter, uel de illo qui nõ poteſt agere pœnitentiã commode. Talibus enim ſacerdos ex toto non poteſt dimittere, & grauiter peccaret remittens, quia ſic ſe oneraret peccatis alienis.

De reſtitutione ablatorum in ſatisfactione.

ET quia, ut dicit ſanctus Thomas, reſtitutio male ablatorũ, licet non ſit ſatisfactio, nec pars eius, eſt tñ ꝑambulũ ad ſatisfactionẽ, quia nõ eſt aliud, niſi ceſſare ab offenſa, ideo de ipſa aliqua ſubiũgã. Sciendũ autẽ ꝙ homo nec Deo

 ſatisfa-

ſatisfacere, nec recõciliari poteſt, qui rẽ detinet alienã. Ideo ante oĩa, qui alienũ recipit & detinet, ſi uult dignè pœnitere, primo debet oĩa illa reſtituere, ſi poteſt. Si autẽ non poteſt, ſufficit uolũtas reſtituẽdi, cũ tanta reſtitutione, quanta poſſibilis eſt ſecundum conditionẽ utriuſq;, ad arbitrium bonorum. Vnde nota ꝙ ſi quis auſert alicui famã intentione infamãdi eum, de reſtitutione famæ tenetur ad reſtitutionẽ, ſcilicet famæ, dicẽdo ſe falſum dixiſſe, ſi falſum dixit. Si uero uerũ dixit, & non ſeruauit modũ fraternæ correctionis, dicat ꝙ hoc dixit nõ intendẽs eius bonum. Itẽ ablationẽ uirginitatis reſtituat ad arbitriũ bonorũ: uel ſi eſt pęna ſtatuta in ciuitate, illã ſoluat. Similiter ad ablationem mẽbri, uel priuationẽ uitæ, alicui fit reſtitutio ſecũdũ cõſuetudinẽ uel ſtatutũ cõitatis uel terrę. Tenet etiã ſatisfacere pueris et uxori interfecti qa abſtulit pueris patrẽ, et uxori maritũ, q eos nutriebat. Vñ illud dãnũ inde proueniẽs debet eis tunc reſtituere ſecundũ ſtatutũ. Et quia, ut dicit doctor ſubtilis. 15. diſt. q. 3. ex quo oĩa illa uix aliquis poteſt recõpẽſare cõdignè: expediret ſimiliter aĩæ cuiuslibet homicidæ, ut ſolueret ꝑ paſſionẽ uoluntariã, ut ſcilicet occideretur pro homicidio. Vnde dicit quod opportunè proui

ſum

ſum eſt in multis cõmunitatibus ubi eſt ſtatu-
ta lex talionis in cauſa homicidii, nec ſeruatur
tũt lex Moſaica, ſed ut Euãgelica de q̃ Matth.
uigeſimoſexto. Oẽs, qui acceperint gladiũ, gla-
dio peribunt. Itẽ ſi aliquis alium impedit in p̃-
bẽda conſequẽda, ſi facit aĩo lædendi ipſum, tẽ-
netur ad reſtitutionẽ, nõ quãtum ualebit præ-
bẽda, quia nõdum eandem fuit conſecutus, ſed
penſatis cõditionibus utriſq; ad arbitrium bo-
norum. Nã ſi fecit, quia indignus erat ille, quẽ
ĩpediebat, uel ut de meliori prouideret, iuſte fe
cit, nec tenet̃ reſtituere. Nõ ſolũ aũt, qui accipit,
ſed ẽt ꝗ fauet accipienti, tenet̃ ad reſtitutionẽ, ut
illi, qui peccatis alienis cõſentiũt. Nã ꝗ iuuat fa
cere, tenetur ad reſtitutionem totius. Similiter
qui cõſolit facere ita quod ſine eius cõſilio nõ
fuiſſet factũ, totũ reſtituat: alias reſtituat quan
tum nocuit per ſe. Similiter adulator laudãs ra
ptorẽ, quare ipſe rapit, alias nõ rapturus: tene-
tur inſolidum, id eſt, in toto ſicut principalis.
Similiter participans in crimine furti uel rapi-
næ, tenetur in ſolidum ſicut principalis. Simili
ter participãs in re furata uel rapta: tenetur re
ſtituere eã, et etiã qui eã ſciẽter emit uel recipit.
Silr ꝗ uidet furtũ fieri, & tacet, cũ ex officio te-
neat̃ reuelare: tenet̃ ad reſtõnẽ: aliàs nõ. Simil̃r

qui

qui non prohibet,cum tñ teneat̃ ex officio. Si-militer qui ſcit rẽ ubi iacet,& nõ uult reuelare. Si tñ prĩcipalis ſatisfecit: alii nõ tenẽtur,ſecundum Raym & ſecundum Thomã ſecunda ſecundæ.q.62.artic.5. Cum autẽ ſpoliari ignorantur,tunc diſtribuẽtur res in pios uſus pro pauperibus illius loci,ubi rapina eſt facta, uel pro eccleſiis eiuſdẽ loci,& hoc ſi nõ apparet hæres ſuus: quia ſi apparet,illi fit reſtitutio.Si etiã ſit abſens,qui fieri debet reſtitutio: debet ei trãſmitti, ſi commode fieri potet: alioquin in loco tuto debet reponi & conſeruari pro eo, ſecundum Thomam,ubi ſupra.

Cautelæ ex parte confitentis ſeruandæ.

PRimo caueat cõfitens, ne diuidat confeſſionem: utputa dicendo unã partẽ peccatorũ corã uno ſacerdote,& aliã coram alio: ſed integraliter cõfiteat̃ oĩa uni. de pęniten.diſtinct.5. c.1.Nam alias confeſſio eſſet falſa & ficta & ĩ ea nihil dimittitur,iuxta illud.

Larga dei pietas ueniam non dimidiabit.
Aut nihil aut totum propitiando dabit.

Si tñ cõfitens quis corã uno ſacerdote nõ recordabat̃ aliqua peccata, quæ poſtea reducens memoriæ uadit,& cõfitet̃ corã alio,nõ eſt diuiſio cõfeſſionis, nec oportet ut reiteret cõfeſſionẽ

nẽ prius ſactã, ſeu dicat in generali quod cum alia multa ſit cõfeſſus hoc ſuit oblitus. Ita dicit ſanctus Thomas in quarto, diſtinctione decimaſeptima, quęſtione decimatertia, articulo tertio Multi autẽ indiſcreti arguunt alios ꝙ tunc nec iſti, nec illi cõfitẽtur. quod fieri omnino nõ debet. Nã ſic corã pluribus cõfitẽtes ſi faciant eo propoſito ut multiplicent eis intercoſſores & oratores ad Deum, aut ut ſic corã pluribus cõfitentes eadẽ peccata, maiorẽ ruborẽ habeãt, cõmẽdabiles ſunt. Vtile nãq; eſt taliter cõfiteri pluribus pp maiorẽ uerecundiã habendã, quæ eſt maxima pars ſatisfactiõis. Et poteſt eſſe tã frequẽs cõfeſſio quod etiã tota pœna tollatur. Nã dicit ſanctus Thomas diſtinctione. 18. q̃ſtio. 3. articu. 3. quod per abſolutionẽ ſacerdotis nõ ſolum culpa dimittitur, ſed etiã de illa pęna, quæ iu purgatorio deberet, aliquid dimittitur ut minus in purgatorio puniat abſolutus decedens ante ſatisfactionẽ, quã ſi ante abſolutionẽ decederet, & ſic uirtute paſſionis Chriſti ſine pręiudicio diuinæ iuſtitiæ pœnis ſingulorum proportionabiliter aliquid dimittitur. Et ſubdit. Nõ eſt incõueniẽs ſi ꝑ frequẽtẽ cõfeſſionẽ etiã tota pęna tollat̃, ut peccatum omnino maneat impunitum, pro quo pœna Chriſti ſatisfecit,

tiſfecit. Hæc ſanctus Thomas, ubi ſuprà articu lo tertio. Vtile eſt etiã ſic cõfiteri pluribus, quia quilibet cõfeſſor tenetur orare pro ſuis confeſſis, & eorum memoriã in miſſa, ſaltẽ generalẽ. Veruntamẽ reprehendendi ſunt cõfitentes, qui nunc iſti iſta peccata, poſtea alteri de nouo iterum cõmiſſa cõfitent, uerecundãtes priores cõfeſſorem pro eo quod iterum eadem prius cõfeſſa poſtea commiſerit. Vnde inducendi ſunt ne hoc faciant: quia confeſſor nouit eorum fragilitatem, unde non debet imputare.

Secundo caueat cõfitens ne mẽtiatur, ne ſcilicet plus dicat ꝙ res ſe habet, uel minus: quia ſecundum ſanctum Auguſt. & ſanctum Thomã, ſi nõ eſt peccator: mentiendo fit peccator 22. q. ſecunda, cum humilitatis cã. Et hoc multũ arguit illos, qui cauſa humilitatis de ſe plus fingunt, uel cauſa hypocriſis minus dicunt.

Tertio caueat cõfitens, ne aliquid omittat, licet dubitet illud eſſe peccatum mortale: ſed dicat cõfeſſori totum, quærendo an ſit peccatum mortale, alias peccaret mortaliter omittendo in tali dubitatione confiteri.

Quarto caueat ne omittat iterare cõfeſſionẽ ſi cõfeſſus fuit ſacerdoti, qui eum abſoluere non potuit, uel ſi potuit, neſciuit diſcernere, uel

ſi confeſſio non fuit integra, ut quia tacuit aliquod peccatum mortale, uel neglexit, uel oblitus eſt ſatisfactionē iniunctā in pœnitentia. Similiter ſi cōfeſſus eſt ſine cōtritione, puta habēdo propoſitum in idē peccatum reuertendi. In his enim caſibus tenetur reiterare confeſſionē, ſecundum Pet. Sed an recidiuans tenetur cōfiteri peccata priora? Tho. in 4 diſt. 22. q̄ſtio. 4. dicit ꝙ directè nō tenetur, nec ī generali, nec in ſpeciali, ſed bene indirectè, ſcilicet tāquā illud; ſine quo ſciri nō poteſt debitus modus ſatisfactionis, unde tenetur cōfiteri & notificare peccata dimiſſa quantum ſufficit, ut ſciatur quæ ſatisfactio ſit ei imponenda: ut ſi ipſe frequenter lapſum carnis paſſus eſt ex aliqua occaſione, ita quod occaſio per ſatisfactionem præſcindatur, & ſimiliter de alījs peccatis.

Quinto caueat cōfitens ne cōfiteatˊ alieno ſacerdoti, hoc eſt nō proprio quia alienus nō poteſt eum abſoluere uel ligare de pœniten. & remisſio. c. oīs. et de pœn. diſt. 6. placuit. Licet. n. oēs ſacerdotes claues ligādi atꝗ ſoluendi acci piāt in ordinatione ſua, nō tñ æqualiter luxata eſt illa poteſtas ad quoslibet ſacerdotes. Et illa poteſtas ita cōceſſa eis eſt ligata quātū ad exercitium, ita quod nō poſſunt eā exercere, niſi de

tur

tur eis poteſtas iuriſdictionis ordinaria uel de legata ab epiſcopo uel à ſede apoſtolica, ſecundum Ioan. Andr. in cap. omnis.

Poteſt autẽ proprius ſacerdos quadrupliciter accipi. Vno modo pro eo, qui præeſt parochiæ: ut plebanus, qui habet poteſtatẽ, ſed mõ inferiori. Alio mõ, qui præeſt mõ ſuperiori, & ſic eps̃ eſt ꝓprius ſacerdos oĩ homini ſuæ diocœſis, et ĩmediatus, ut in. c. cũ eps̃. de off. ordi. lib. vj. & in c. ulti. de off. archi. ſecundũ Hoſtiẽ. Vel qui præeſt mõ principaliſſimo: ut papa. Nã papa eſt proprius ſacerdos oĩum Chriſtianorum, & habet plenitudinem poteſtatis. de au thor. & uſu pall. ad honorem. & de foro cõpet. cap. ulti. & 9. quæſtio. 3. capitu. cuncta per Mũdũ. Tertio, proprius ſacerdos dr̃ habens iuriſdictionẽ delegatã ab aliquo p̃dictorũ uel à legato papæ. de off. dele. ca. 1. Quarto, habens iuriſdictionem a cõi cõceſſione uel ꝑmiſſione iuris: & ſic proprii ſunt illi, quos ep̃i & abbates exẽpti eligũt in cõfeſſores: ut de pœni. et re. ne pro dilatione. Sic etiã in articulo mortis quilibet eſt proprius ſacerdos illi quẽ audiuit, ſi ꝓprium habere nõ poteſt. uigeſimaſexta, q. vj. ſi p̃sbyter. & c. ſequenti. Hoc etiã modo uagabũdorum hominum eſt quilibet proprius ſacerdos, ad

dos, ad quem deueniunt. Similiter proprius ſa
cerdos peregrinorum eſt,ad quēcunq; deueni
unt.Concordāt Ioan.And.Inno.Hoſtiē.Frater
Ioannes Hæreticus,& Ioannes de Lignano,de
pœnit.& remisſio.ca.omnis.

Sciendū tñ circa prædicta quod epiſcopus
pōt cōmittere audientiā cōfesſionis fratribus
Prædicatoribus uel Minoribus per ipſum ele
ctis & probatis,ſed illi nō habēt authoritatem
totalē ſicut plebani,niſi eis ſpecialiter cōmitta-
tur,ut notat̄ de ſepulturis.cap.dudū.in Clemē.
Nec cōfeſſus talibus tenet̄ iterū cōfiteri ꝓprio
ſacerdoti,ut quidā erroneè putāt,quorū author
fuit Ioan.de Policratis, quē reprobauit Ioānes
uigeſimus ſecundus in quadam extrauaganti,
quæ incipit,Vas electionis.

Sciendū etiā circa ꝑdicta quod quis pōt cō
fiteri alteri ꝙ proprio ſacerdoti in pluribus ca
ſibus.Primo ſi ſubditus ſcit propriū plebanū
hæreticū,aut ſolicitatorē ad malū,aut fragilem
ad peccatū,aut ad reuelandū ꝓnum, & genera
liter ubicunq; cōfitēs ꝓbabiliter timet ſibi uel
ſacerdoti periculū:tūc.n. debet recurrere ad ſu-
periorē,& petere licentiā alteri cōfitendi. Hæc
Thomas in.4.diſt.17.Hoſtie. etiam enumerat
octo caſus.Primus eſt, quādo proprius ſacer-

doſ eſt oĩno indiſcretus,ut de pœnit. diſtin.6. cap.3.placuit.Sed in hoc ſubditus debet petere licentiã à ſacerdote ꝓprio,quã ſi nõ uult dare, petat eã ab epo.Secũdus, qñ parochianus tranſtulit domiciliũ ad aliã parochiam. Tertius,qñ quis eſt uagabũdus. Quartus, qñ quis quærit domiciliũ,quo ſe conferat,& nec dũ quietatus eſt,aut limitatus ad unũ locũ.Quintus,cũ quis deliquit in aliena parochia, & cõmiſit rapinã: tunc.n.ibi punit.de rap.c.1. Et hoc ſi eſt publicũ ita ꝙ pro eo eſſet excõmunicatus à plato ipſius loci. Aliás ſi eſſet occultũ, põt abſolui à proprio ſacerdote,ubicunqꝫ furtũ uel rapinã accipit. Sextus,rõne ſtudii,ut cũ clerici accedunt de licẽtia platorũ ad ſtudiũ. Septimus,tpe neceſſitatis,ut quia infirmat̃ ad mortẽ, uel debet ĩtrare bellũ,uel mare.Octauus,ſi nõ ponat ſpẽ ĩ peritia ꝓprii ſacerdotis. Sed hoc ultimũ cõiter nõ tenet̃.In talibus.n.caſibus,ubi qs cõfitet̃ alieno,debet ei iniungi ut ſe pñtet ꝓprio ſacerdoti,nec ꝓprius ſacerdos debet ei credere,ne diceret ſe eſſe abſolutũ ab aliq excõicatione,quia tũc non tenet̃ credere ſine literis abſolutionis. Ego tñ cõſulo ſecundũ Richardũ in.4.diſt.17. q.1.art.3.quod ſine cã multũ neceſſaria uel legitima nõ q̃rat quis aliũ ſacerdotẽ pter ꝓpriũ, ſicut

ſicut multi cõſueuerunt facere,dubitãtes teme-
re de uita ꝓpriorũ ſacerdotũ, & dicẽtes quod
nõ cõfitebunt illi inebriato, ſed q̃runt alienum
cõtra ſtatutũ eccleſiæ. Sed ſi alter diſcretior nõ
põt haberi,uel p̃latus nõ uult dare licentiã ſub
dito cõfitẽdi alij p̃ter ſe,quid erit agẽdũ? Dicit
Richardus quod in tali caſu pp̱ bonũ obedien
tiæ facit magis ſubditus utilitatẽ aĩæ ſuæ cõfi-
tẽdo ꝓprio ſacerdoti minus bono,dũ tñ ſit ſuf
ficiẽs,quam cõfitẽdo alteri meliori.Et dico de
minus bono,non de minus diſcreto,quia alias
ſemper quærendus eſſet minus diſcretus,quod
nõ eſt uerũ,ſed ſemper quærendus eſt magis di
ſcretus,ſi poteſt haberi . Nec excuſatur ſubdi-
tus in diſcreto plebano confitens ſi eum male
iudicat: quia non tenetur cæcus cæcum duce-
re,ne ambo in foueam cadant.

Et nota,ꝙ in caſu quo quis ueniẽs de aliena
parochia, caueat impetitiã proprii ſacerdotis,
petens audiri cõfeſſionẽ ſuã ꝑ alienũ plebanũ,
dicẽs ſe habere licentiã à ꝓprio ſacerdote,nun
quid tenet̃ ei credere ille,quẽ petit pro audiẽda
cõfeſſione?Reſpõdeo ꝙ ſic,prout notauit Ioã.
And.in gl.4.cap.1.de priuil.in Clem.Pro quo
allegauit de pœnit.diſt.6.placuit. quia non eſt
immemor p̃ſumendus ſuæ ſalutis.1. quæſti.7.

cap.ſancimus,& de homicidijs,cap.ſignificaſti. Poteſt autem hanc licentiam parochialis dare, etiam ſi nondum habet ordinē ſacerdotii , aut eius uicarius uices ſuas gerens: ut dicit Ioann. Andre.in quinta glo.ibidem.

De cautelis ſeruandis ex parte cōfeſſoris.

PRimo caueat cōfeſſor ne ſuū parochianum hñtē caſum epi nōdum expeditum , in quo ipſe nō pōt diſpēſare, aliquo mō audeat abſoluere ad cautelā,ſicut ſtulti quidā cōſueuerūt facere,qui nō confeſſores, ſed deceptores potius appellādi ſunt,& cōfeſſores, qui cū nō poſſunt abſoluere in caſibus epi,dicunt parochiano:Ecce,ego te abſoluo ab iſto peccato ad cautelam, ut posſis iſtis diebus cōicare ne de te ſcādalum oriatur,ſi nō cōicares iſto feſto paſchæ.Tu autē poſt iſta feſta accedens ad authoritatē epi,cōfiteberis de iſto peccato.O nō ſic impiè,nō ſic: ne decipias te & ipſum . Sic.n.facias, & dicas. O bone fili, ego nō habeo in iſto caſu authoritatem,ergo accedas ſtatim ad epum uel eis authoritatem habentē, nec te prius procures ſacramēto Euchariſtiæ cōicari,niſi fueris abſolutus.Si.n.nō posſis accedere ad Epum añ iſta feſta nullo modo accedēs. Et ſi aliqui de te ſuſpicabunt dicētes,Iſte nō cōicauit iſtis feſtis,uel ſi

à te q̃rat uicinus tuus, quare non es cõmunicatus in iſto feſto? dicas, hoc feci de cõſilio ſacerdotis mei uel cõfeſſoris, uel quia habeo graues inimicitias cum hoſtibus quibusdã, quos non dũ euaſi. Et uerũ dixit, quia hẽt inimicitias cũ diabolo, et eius laqueos diſrumpere conari debet, & ipſum expugnare de corde ſuo, nec in hoc mẽtit̃. Nõ tñ dicat in hoc, habeo inimicitias cũ quibusdã hoĩbus, ſed cum quibusdã hoſtibus, niſi etiã haberet inimicitias cũ hoĩbus. Sacerdos autẽ hoc caſu qñ ſubditus confitetur ſibi totaliter, inueniens caſum epĩ inter alios, audacter, abſoluat ab illis, & iniungat pœnitẽtiã ꝓ illis, q̃ ſunt de authoritate ſua, caſum uero reſeruatum remittat ad epũm. Nõ ſicut quidã faciunt qui poſtquã audiunt ĩ confesſione caſum epĩ, ſtatim dicunt cõfitenti. Vade nõ habeo tecũ quicquã diſponere, niſi accedas ad epiſcopum. Et tales exponunt ꝑſonas hmõi magno periculo quia ſæpe cõtingit quod tales obliti fuerunt de peccatis prius confesſis. Verum tñ ſi ſacerdos inuenit confitentẽ excõicatum à iure uel ab homine, uel ſi forte dicat confitens, Bone pater, ego ſemel ꝑcusſi clericum ordinatum, ex ira uel ſum ĩ excõicatione maiori, tunc ſtatim ſacerdos nõ audiat eius cõfesſionẽ, nec

abſoluat eum ab aliquo,etiã minimo peccato, donec fuerit ꝑ ſuperiorē à ſentẽtia excõicationis abſolutus, & ſe docuerit per literas abſolutum,ſecundum Tho.in.4.diſtin. 18.

Secundo caueat ſacerdos, ne aliquo modo reuelet uel prodat cõfesſionē ſigno nutu,uel facto,ſed oĩno debet celare exterius,ſicut Deus tegit ĩterius.Per hoc.n.ut dicit Thom.in.4. diſtin.21.hoĩes magis attrahũt,& ſimplicius cõfitent.Si autē periculum immineret, & hoc ſolum ſciret ꝑ cõfesſionē,ut quia ſcit aliquē hęreticũ,ſimiliter ſcit incẽdiarium, ꝑꝑ hoc debet reuelare eos,ſed potius monere debet tales ut deſiſtãt,& p̃lato dicere quod uigilet ſuper gregē, ſine oĩ reuelatione cõfesſionis.Si etiã ſacerdos cõpelleret ad dicendũ ꝑ ep̃um, talis bene põt dicere.Reuerẽde pr̃,ego nihil ſcio. intelligẽdo ut homo,quia ſcit ut Deus.Non ſolum autem caueat reuelare illa,q̃ cadunt ſub cõfesſione ſacramentali,ut peccata,ſed etiam alia geſta & facta, per quæ poſſet quis deprehendi peccator, imo etiam illa, quæ omnino non pertinẽt ad confesſionem. Et idem dico ſi aliqua dicuntur alicui,non per modum confesſionis,quia fortè nõ fit abſolutio nec pœniten tiæ iniunctio, ſed tñ fit ſub ſpecie confesſionis. Nam in tali caſu

licet

licet nõ claudat̃ tale dictum ſigillo cõfesſionis, ſecundum Tho. in cõpendio, tñ talia oĩno ſunt ſeruãda ex honeſtate, ac ſi in confesſione ſuſcepta fuiſſent, ſecundum Thom. in. 4. diſtin. 21. Si autẽ ſacerdos ſcit peccatum p̃ter cõfesſionẽ põt illud dicere, ſed nõ debet dicere, quod ſciat hoc ex confesſione & nihilo minus debet abſtinere ab hoc quantum poteſt pp pronitatis conſuetudinẽ. Nã ſacerdos peccata reuelans, q̃ ſcit extra confesſionẽ, & ſæpius hoc faciens, aſſueſcit, ex hoc poſtea etiã reuelare ea, quæ ſunt in cõfesſione ſibi dicta, ideo habeat linguã refrenatam dentibus pp pœnam depoſitionis & retruſionis in arctũ monaſteriũ ad agendã pœnitentiã: de pœni. & re. omnis. & de pœniten. diſtinct. 6. ſacerdos. Quãdo ergo uis ſecurus eſſe, cum opus habes de aliquo peccato tibi confeſſo require doctiorem aliquem ſub conſilio dando, non dicas ſic: Ecce quædam perſona eſt mihi confeſſa de ciuitate uel uilla, de hoc quid conſulitis cum ea facere? ſed potius dimittas ut ipſa ſola cõſulat uel quærat authoritatẽ. Quod ſi forte ueretur, dicas ſic: Ecce, quidã caſus accidit ſub hac forma, uel peruenit ad me caſus talis: quid cõſulitis ſuper eo? Et licet eſſet de licentia confitentis quòd posſit reuelari, ut di-

cit Tho.ubi ſupra,hoc tñ fiat ſine ſcandalo : & abſtineat ab hoc ſacerdos quãto magis poteſt, ubi ſcandalũ timetur. Ille etiã, cui reuelatur de licentia cõfitentis,tenet̃ illud ſeruare & celare, ſicut cõfeſſor principalis, niſi daret̃ ſibi licẽtia a confitente,quòd ille abſolutè ac liberè faciat, ac ſi eſſet publicè factum.Caueat autem cõfeſ-ſor,ne ſic reuelando de licentia confitentis di-cat narrando:Dictum eſt mihi in confesſione hoc,quia in nullo caſu debet,nec poteſt hoc fa cere, quantumcunq; haberet licentiã à confitẽ te,quia iſta ſola uerba includunt peccatũ mor-tale,quia includunt reuelationem huius ut co-gniti eo modo,quo nõ licet reuelare , ſecundũ Scotum.Dicit tñ ſubtilis doctor in.4. diſt.21. qu.2.quòd ad celationẽ peccati in confesſione detecti tenet̃ homo de lege naturę:iuxta illud, Non facias aliis , &c. Matth.7. Quia quiſq; tenetur conſeruare famã alterius ſicut ꝓpriã, ſimiliter fidelitatẽ debet ſeruare,quã bene uult ſibi ſeruari. Item de lege poſitiua, quæ eſt: De confesſione aliqua nullus te tradere debet. Ta lis etiam dat occaſionẽ fictè confitendi.

Tertio caueat ſacerdos ne audiat mulierem illam, cum qua peccauit.ſ. concubinam uel a-dulteram ſuam. Nam licet ſecundum dominũ

Ar-

Archi.30.q.1.in ca.omnes.ſuper gl.2. talis ſacerdos poteſt tali mulieri iniungere pœnitentiã,cum ſi parochiana eius ſecundum Hugonẽ qui hoc notat.3.q.7.c.ult. Quicquid tñ eſt de hoc ego uideo aliud.ſ.quod clerici non debent ſuis concubinis pœnitentiã iniungere,ſed magis eas inducãt ut ab alijs pœnitentiã accipiãt: ut in glo.33.q.2.placuit.Et hoc totũ eſt ꝑꝑ honeſtatẽ,ſecundum Barth.Brixiẽ.& ꝑꝑ ordinẽ, ſecundũ Hugo. Quantum tñ eſt de iuris rigore,ſi p̃sbyter dat pœnitentiã cõcubinæ ſuæ ꝓ delicto cõmiſſo , ualebit pęnitentia ſecundum Archi.qui ita notat.30.q.2. ubi hoc idẽ ſentit Lau.Polonus dicens cum gloſ.30.q. 1. oẽs ꝙ p̃sbyteꝛ Oriẽtalis ſicut Ruthenus uel Græcus non audit peccata ſuæ uxoris,quia nec ipſa libere confiteẽ,ſi adulterium cõmiſit.Ergo ĩ oĩbus iſta melius eſt perſonas hmõi remittere ad ſuperiores. Et ego miror de tantis in hoc magnam difficultatem facientibus an præsbyter poſſit audire ſuæ concubinæ confesſionem. Ego autẽ uideo quòd iſte caſus eſt epiſcopalis: ut dictum eſt ſupra de caſibus epiſcopalibus.

Quarto caueat ſacerdos, ne exiſtens in crimine audiat confesſiones aliorum:nã talis grauiter peccat.Nã ſacerdos bene docendo popu-

lum,& male uidendo,inſtruit Deum q̃uo eum debeat condẽnare.xl.diſtin.multi. & de pœni. diſt.6.qui uult.uer.ſacerdos.ubi dicit Aug.Sacerdos,cui oĩs offertur peccator, ante quẽ ſtatuitur oĩs languor,in nullo eorũ ſit iudicãdus, q̃ in alio eſt iudicare prõptus. Vbi dicit gl. ꝙ peccat ſacerdos in crimine iniungẽs pœnitentiam & uerũ eſt,ut.3. q.7. item in Euangelio. ubi dicit glo.quòd ſi in neceſſitate ſuus parochianus petat ab eo pęnitentiã,conteratur ipſe ſacerdos,& ſtatim iniungere põt,ut dicit gloſ. Quando ergo tu ſimplex,ſicut & ego,legis authoritates ꝙ non ſoli ſancti exiſtentes ſoluunt peccatores, ſed etiã mali q̃nq; iudicabãt aliorũ exceſſus & peccata.ſicut Saul cũ à Dño eſſet reprobatus,populũ Dei iudicabat,& eius iudiciũ uniuerſus populus expectabat.Item Dauid cũ eſſet adulter,& homicida, interrogatus à propheta,ſententiã in diuitẽ dedit, qui ouẽ pauperis rapuit,dicens:Filius mortis eſt uir,qui fecit hoc.11.Regum.20.Item Salomon cum amore muliercularũ deos gentilium coleret, tñ uniuerſa plebs Iſraelitica ad eius iudicium confluebat.Sic & Achab quãuis coleret Baal,tñ decem tribus iudicabat.3. Regũ.22. Non te decipias quiſquis iſtas leges,quia nihilo minus grauiter

peccas,

peccas,licet abſolutio,quã facis in ſubditos,teneat apud Deum quãtum ex officio, nõ ex iuris merito,quia ubique melius faceres, ſi ex utroque abſolueres: quia & tibi meriti gratiam mereris,& confitenti ueniam adaugeres.

Quinto caueat ſacerdos ne audiat ſacerdotẽ ſine licentia ſpeciali uel generali epiſcopi ſui: niſi epiſcopus ſciret uel approbaret tacitè uel expreſsè. Et hoc eſt contra multos plebanos, quorum unuſquisq; audit alium,& præſertim in caſibus fornicationum,qui ſunt epiſcopales, ut multoties clamaui,& adhuc clamo more lupi in cęlum & terram quòd iſti decipiant ſe.

Sexto caueat confeſſor,ne cõfitentẽ,qui nõ uult,uel nõ põt ſufferre onus pœnitẽtiæ,remittat à ſe uacuũ.Caueat etiã ne exigat iuramentum à cõfitente de peccato illo,de quo cõfeſſus eſt,amplius non faciendo neq; committendo, hoc enim reprobatur.11.quæ.3.ubi gl 2. dicit ꝙ ab hæreticis reuertentibus, & ab incendiariis uel in horrendis criminibus ſimilibus tantum iuramentum exigeret ut iuret confitens de cætero ſe nunquam ſimile commiſſurum. Et expreſſe prohibet glo.ibidem hoc nõ fieri in quolibet peccato mortali.Ego tamen cõperi quosdam ſciolos apud ſe à mulieribus con-

iugati extorxiſſe iuramenta ſuper fornicatio-nem de cætero non faciendã, quod quãti periculi ſit, quilibet aduertere poteſt. Quãdo ergo uenit ad te homo, qui non uult ſubire onus pœnitentiæ: dicas ſibi iuxta tenorem capit, quod quidẽ de pœnit. & remiſ. Quod ſi confitetur, ſed ſe dicit abſtinere non poſſe: nihilò minus eius confesſionẽ audias, & dicas ei ꝙ non ẽ uera pœnitentia talis, & quòd diſponat ſe quanto citius poteſt ad propoſitum abſtinendi à peccatis huiuſmodi. Cum autem habet propoſitum abſtinendi à peccatis, ſed non uult ſubire onus pœnitentiæ tam magnum ſicut ſua peccata requirunt, dicendum eſt ei: Charisſime fili, tu debuiſti pro iſtis peccatis pœnitentiam agere tãtam uel tantam, ſed ex quo non uis ſufferre, eã, ſcias quòd exigetur à te in purgatorio, & nihilo minus ex quo habes contritionem, ego te abſoluam. In hoc enim caſu melius eſt de miſericordia facere rationem, quàm de iuſtitia. Si tamen eſſet ſuſpectus aliquis, de quo præſumitur quòd non faciat quod ei præcipitur: dicendum eſt ei quòd ſi non faciat hoc, puta quòd non reſtituat talem rem, de qua confitetur, ꝙ carebit fructu confesſionis. Et iſte eſt modus optimus & ſecurus.

De

De pœnitentijs infirmorum & decedentium de hac uita.

HAbitis cautelis,modis, & diſpoſitionibus pęnitentium in bona ſanitate, uidendum eſt de pęnitentijs infirmoru m & decedētiū de hac uita.Eſt igitur ſciendum ꝙ ſacerdos circa quemlibet moriturùm primo ad eum ueniens ita quærat,ſecundum cōſilium Anſelmi,dicēs: Charisſime fili,habésne fortè intentionē abſtinendi à peccatis,ſi ſuperuixeris,& de eis ſatisfaciendi? Et ille dicat,ꝙ ſic.Item lætaris quòd in fide chriſtiana decedis? & ille rñdeat,Etiam, Itē fateris te non bene uixiſſe ſicut debuiſſes? Reſpondeat fateor.Itē credis,ꝙ ꝑ te eſt mortuus filius Dei uiui Ieſus Xp̄us? Rñdeat,Etiā. Item credis reſurrectionem mortuorum? Rñdeat,Etiā.Tunc hortetꝰ infirmum dicens: Age age ergo pœnitentiā dum eſt anima in te, hñdo uerā contritionem: & ī morte Xp̄i ueram fiduciā conſtitue.Huic morti te totum cōmitte.Hac morte te totum contege & inuolue.Et cum Dñs Deus tuus uoluerit te iudicare.ſ.iuxta peccata tua,Dic,Dñe,mortem dñi nrj Ieſu Xp̄i obijcio inter me,& iudiciū tuum,aliter te cum non contendo. Si dixerit Deus quòd mereris damnationē,dic:Attendo crucem domini no-

ni noſtri Ieſu Xp̄i,nulla merita mea , ipſiusq́ meritum offero pro merito meo,modo,quod ego habere debuiſſem,non habeo.Iſtis ſic habitis audiat eius confesſionem : qui cũ confeſſus fuerit,non eſt ei imponenda quantitas pœnitẽtiæ,ſed innoteſcenda.26. q.7. ab infirmis. qui poſtquam conualuerit, illã pęnitentiã ſeruare debebit.Dicat ergo ei confeſſor,Bone fili, ecce tu pro iſtis peccatis tm̃ deberes pati,ſi ſuperuiueres: unde ex quo iam non potes ſatisfacere pro eis in præſenti uita,doleas ſaltem quãtum potes:roga tñ amicos ad faciendum ꝓ te orationes & eleemoſynas.Si autẽ conualueris,accedas iterũ ad me,& ego iniungã tibi pœnitentiã ſalutarem . Quare autem innoteſcenda eſt pœnitentia taliter decedenti? Archidia ĩ dicto cap.ab infirmis.dicit quòd ꝑꝑ duo.ſ. ut ſciant amici quã recompenſationem facere debeant, et ut iſte ſciat qualiter pœnitere debeat , ſi ſuperuixerit. Et idem ponit uerba qualiter tales ſunt admonendi, dicens: Talia peccata qualia tu perpetraſti,tot annorum à nobis pœnitentiã accipiunt , ſed te interim quouſque euaſeris forte,expectamus ut tunc tibi congruã pęnitentiã imponã.Si autẽ dñs noſter uitæ terminum tibi dare uoluerit,per authoritatem Petri

&

& Pauli principis, cui datæ ſunt claues regni cœlorū, abſoluo te à peccatis tuis p̄dictis, & ſacrificia & p̄ces, necnō eleemoſinas, & ieiunia, necnō & cætera opa pietatis, q̄ ꝓ te fient tibi profutura in redemptionē animæ iudico, &c.

Quando ſacerdos ſe habere debeat erga infirmos.

VT autem practicam habeat ſacerdos circa p̄dicta, ſic ꝓcedat, ueniēs ad infirmū præmiſsis iſtis interrogationibus ſupradictis, audita cōfesſione, nō iniungēdo, ſed īnoteſcēdo pœnitētiā eo modo quo ſupra dictū eſt, ſic eū abſoluat: Miſereatur tui Deus oīpotēs: & dimittat tibi peccata tua, & pducat te in uitā æternā. Dominus noſter Ieſus Xp̄s te abſoluat ab oībus peccatis tuis q̄ cōmiſiſti, cogitatione, locutione, opere, & omisſione: & authoritate dn̄i noſtri Ieſu Xp̄i, qua fungor iu hac parte, Ego te abſoluo ab oībus ſententijs excōmunicationis minoris & maioris ab homine uel à canone in te latis, & ab oībus peccatis tuis Deo & mihi cōfesſis & contritis & oblitis: & reſtituo te in gremium ſanctæ matris eccleſiæ, & participationi ſacramentorum, In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen. Si uero decedens habet bullam papalē à pœna & à culpa ī

in

agone tm̄,tunc obſeruetur forma bullæ, & ab ſoluat̄ ſic: Et primo tã in iſto caſu,quã in omnibus ſupradictis ꝓmittat decedẽs ſatisfactione oĩbus,quibus tenet̄, uel à quibus illicitè aliquid recepit ꝑ uſuras,uel aliter iniuſtè. Et hoc faciat per ſe, ſi ſuperuixerit,intra certum tẽpus ſibi aſſignandum,uel per ſuos hæredes, quos tunc obliget.Et tunc deinde abſoluatur p̃mittendo ſicut prius,Miſereatur tui oĩpotẽs, &c. & authoritate dñi nr̄i Ieſu Chriſti, & ſanctorũ Petri & Pauli,& authoritate dñi.N.papæ mihi in hac parte uigore gratiæ tibi factæ commiſſa, Ego te abſoluo ab omnibus ſententiis excommunicationis maioris uel minoris, ab homine uel à canone in te latis, concedoq́ꝫ tibi omnium peccatorũ tuorum, de quibus contritus es,& cõfeſſus plenã remisſionem, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.Amen.

Circa p̃dicta tñ eſt ſciendũ ꝙ quilibet ſacerdos ſimplex in mortis articulo hẽt plenã authoritatẽ abſoluẽdi decedentem ab oĩbus excõicationibus & peccatis, ſeruata tñ forma eccleſiæ. Vnde quantũcunqꝫ unus ſit excõicatus à iure uel ab homine, dummodo fuerit in forma eccleſię abſolutus ſepelietur in cœmeterio, niſi ius ſibi ſpecialiter denegaſſet ſupulturam,

ram,& inhibuiſſet,ut patet de torneamentis,ꝑ totũ,& ſic de aliis. Forma autem eccleſiæ circa iſtos ſeruãda,eſt hæc: Primo ſi eſt excõicatus ꝑ cõtumaciã, promittat ſtare & parere iuri. Si autẽ eſt excõicatus pro debito,promittat ꝙ ꝙ̃ cito cõualeat,ſatisfaciat creditori, ſiue ſint uſuræ,ſiue rapinę,ſiue ſpolia,ſiue quodcunq; aliud debitũ.Quod ſi cõtigerit eum decedere,tũc ponat hæredes ſuos,uel alios habẽtes ibi bona,fideiuſſores ſuos, qui pro ipſo ſatisfaciant cũ effectu, & hoc ipſi fideiuſſores debent facere & promittere antequã abſoluat. Dicendũ eſt etiã ei ꝙ ſi ſuperuixerit,& intra tẽpus ſibi aſſignatũ,poſtquã cõualuerit,nõ ſatiſfecerit, reincidet in ſentẽtiã eãdẽ excõicationis,ut patet in.c.eos qui.de ſenten. excõ.lib.6. Si autẽ eſſet pauper, qui nõ poſſet facere uel habere fideiuſſores, ſaltẽ promittat ꝙ poſtquã ad pinguiorẽ fortunã ueniet,uult ſatisfacere,et ſufficit.de ſolutio.cap. Odoardus.Oĩbus autẽ p̃miſſis, ſacerdos corã teſtibus poteſt eũ ſepelire in cœmeterio uel in eccleſia eo modo quo dictũ eſt ſupra.Vnde ſic dicit Grego.papa.9.c.ult.de ſepul. cuilibet curator Parochiano tuo, qui excõicatus eſt pro manifeſtis exceſſibus,uidelicet prohomicidio, incẽdio, uiolẽta manuũ iniectione in perſonas

eccleſiaſticas,uel eccleſiarũ uiolatione,uel inceſtu,dum ageret in extremis, ꝑ p̃sbyterũ ſuum iuxta formã eccleſiæ abſolutus,nõ debẽt cœmeteriũ & alia eccleſiaſtica ſuffragia denegari, ſed eius hæredes & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipſius,ut pro eodem ſatisfaciant, cenſura eccleſiaſtica ſunt compellendi.Hæc ibi.

Et quia multi dubitãt,utrũ taliter abſoluti ĩ agone,poſtea debẽt abſolui ꝑ iudicẽ ſuperiorẽ: ex quo fuerũt excõicati: eſt ſciendũ ꝙ ſi p̃dicti infirmi cõualeſcunt, & faciunt ea q̃ eis iniungũtur, nõ debent ulterius q̃rere ulteriorẽ abſolutionẽ ab aliquo iudice,à quo fuerũt excõicati: ſed cõtẽti erũt abſolutiõe ſimplicis ſacerdotis, ꝑ quẽ fuerũt in agone abſoluti. Aliàs enim ad quid ualeret illa forma circa eos obſeruata? Illa enim abſolutio circa eos facta dũ tradebatur in agone, licet nõ deceſſerit, eſt ualida intantũ, ac ſi per illũ iudicẽ, per quẽ fuerunt excõicati, fuiſſet facta,quia in tali articulo quilibet ſacerdos eſt papa.de pœni.diſt.1.quẽ pœnitet.et de ſentẽ.excõ.non dubitet,et eo.tit.eos qui.lib.6. Sciat autẽ ſacerdos, ꝗ abſoluit uſurariũ, uel raptorẽ,uel incendiariũ,ſacrilegũ, homicidã,percuſſorẽ,clerici, uel ſimilẽ in agone ſine forma ſupradicta: puta nõ accepta ab eo promiſſione

ne uel cautione fideiuſſoria ſufficienti, q̧ ipſe ſo las ſoluat illis, quos negotiũ tãgit. Tenet̃ enim ex quo non ſatisfecit formæ ſtatutæ ab eccle- ſia, et illis ſubtraxit perſonã, cõtra quã reſtabat eis actio. Ad hoc facit clemen. eos, qui. de ſe- pul. in fi. nec puta ipſum abſolutũ fuiſſe quo ad actionẽ, quia eccleſia nõ habebit eũ pro abſolu to, niſi alias ſacerdos ſatisfecerit pro eo.

Regulæ quibus peccata mortalia atq; ue nialia ſunt cognoſcenda.

EXpeditis modis cõgruis, quibus ſe cõfeſſo res circa audiẽdas cõfeſsiones regere debẽt, utile iudicaui cõfeſſoribus occaſionem dare ali quã cognoſcẽdi, etſi nõ certitudinaliter, conie- cturatiuè tñ peccata mortalia & uenialia. Pro quo primo eſt ſciẽdũ q̧ peccatũ mortale ſic de finit̃. Eſt cõmisſio ſiue omisſio uolũtaria recte rationi cõtraria, rõne cuius & de ꝑ ſe perditur grã. Vnde ex hoc nõ plus accipe, niſi q̧ pecca- tũ mortale eſt cõuerſio inordinata per delecta tionẽ ad creaturã ſupra Deũ, uel æqualiter cũ Deo. Veniale autẽ fit per delectationẽ in crea- tura circa Deũ, uel ſub Deo. Et dicit̃ mortale, quaſi magis dignũ morte, quia infert mortem culpæ, & aufert uitã grãæ. Veniale autẽ, quia ue nia dignũ. Et cõmittit̃ ueniale ex impotẽtia &

 inani-

inanimaduertentia, et ignorãtia. Et cũ nullum iſtorũ procedat ex malo ꝓpoſito ſiue malitia, ergo dicit̃ uenia dignum. Ponã igitur aliquas regulas de notitia peccatorum mortalium.

Prima eſt, Q̃ñcunq; hõ p̃fert creaturã creatori, ut puta magis ei intendendo, ſibi plus credendo, de ipſa plus cõfitẽdo, q̃ de Deo, aut ei maiorẽ honorẽ exhibendo q̃ Deo, ſimiliter ei plus placẽdo q̃ Deo, & mãdatis eius prõptius obediendo, aut ei ſubiiciendo, aut difficiliora ꝓ ea, q̃ pro Deo ſuſtinendo, plus in ea, q̃ in Deo delectãdo, aut pro ea diuina mãdata trãſgrediẽdo: aut in ea ſufficientiã ſuã ponendo, tunc ſp̃ p̃ſumit̃ mortale peccatum. Ex hoc ergo collige notabile dictũ ꝙ qñ amor uel affectio ad creaturã, ſiue ad ſe, ſiue ad aliũ tm̃ creſcit in homine uel eſt tã magna ꝙ ĩ ea cõſtituit̃ ultimus finis: ſic ꝙ aliquis nec actu nec habitu ordinat illã creaturã, nec eius dilectionẽ, aut etiã ſeipsũ ſecundũ Deum, ſed uellet cum tali creatura cõtentari, & non curat Deũ offendere, aut p̃cepta eius trãſgredi propter illã creaturã, uel nõ curaret de beatitudine dummodo poſſet hic manere cum tali creatura, oĩa iſta ſunt mortalia, quia includunt cõtẽptum Dei, licet nõ formalem, tñ interpretatiuũ: et eſt fruitio creaturæ, q̃ p̃ponit̃ Deo.

Deo. Hoc eſt contra illos curienſes, qui amore amaſiarum ſuarum debacchati dicunt. O ſi tecum poſſem in perpetuum manere, nõ curarẽ ſi Deus in cœlo reſideret, et me hic tecũ dimitteret. O miſer et omniũ miſerorum infelicisſime, qui nõ guſtaſti q̃ ſuauis eſt Dñs ſperãtibus in ſe, et quãta p̃parauit diligẽtibus ſe. Si tñ aliqs diligit creaturã plus q̃ debet, ſed tñ pp hoc Deũ nollet offendere, aut eius amicitiã perdere nec trãſgredi eius p̃ceptũ, aut eum propter hoc deſerere, tunc non oportet q̄ ſit mortale.

Secunda regula, Qñ aliquid cõmittit̃ cõtra dilectionẽ Dei uel proximi notabiliter, tũc eſt mortale. Illud autẽ eſt cõtra dilectionẽ Dei, per quod uiolat̃ amicitia inter Deum & hominẽ, ut cum fit aliquid cõtra eius prohibitionẽ, uel quod ſibi diſplicet. Illud uero fit cõtra dilectionẽ proximi, quod homo facit proximo, & tñ ſibi nollet hoc fieri, iuxta illud: nõ facias alijs, &c. & quod tibi rõnabiliter & ex debito uis fieri, &c. Et poteſt etiã attendi penes ſcãdalum actiuũ quod ego infero proximo meo per mala exẽpla. Sed quãtum ĩportat cõtra dilectionẽ uel quãtum ſit illud ſcãdalũ ad hoc q̄ ſit mortale, nõ p̃ciſè determinatum eſt: quia in modico facere cõtra proximum, aut in paruo ſcandalizare,

dalizare, nõ eſt mortale. Vnde quilibet atten-
dat ſeipſum ꝙd ſibi uellet fieri, et quid ſibi nol-
let fieri, et ꝑ qđ factum et nõ factum inter ſe,
et ꝓximũ amicitiã quã ſimul habẽt abſolueret.

Tertia regula, Qñ aliqs cõmittit uel omittit
cõtra p̃ceptum Dei uel eccleſiæ, uel legis natu
ræ, uel ſuperiorum, et p̃ſertim ſi ſunt p̃cepta de
neceſsitate ſalutis, uel facit cõtra uotũ publicũ,
uel cõtra iuramẽtum licitum, tale eſt mortale.

Quarta regula, Qñ aliquid fit uel omittitur
cõtra cõſcientiã uerè uel falſè dictãtem aliquid
eſſe mortale, uel contra cõſcientiã formidãtem
probabiliter & dubitatiuè an ſit mortale, ſi cõ-
ſciẽtia nõ ſit ſuffi cienter inſtructa, eſt mortale.

Quinta regula eſt de actibus intus manenti
bus, qñquidẽ quis habet ſolã cogitationem de
aliquo quãtumcunq; turpem uel malã, abſq; tñ
cõplacentia ſeu delectatione uel conſenſu, tunc
nunquã eſt peccatum mortale, ſed uel ueniale,
uel nullum. Qñ uero eſt cõſenſus in actum, q
eſſet peccatum mortale, tunc ſp eſt mortale, qa
Deus uoluntatẽ pro facto acceptat. Qñ autem
cum cogitatione aut cõplacentia eſt delectatio
moroſa in aliquo turpi, & ſpecialiter in libidi-
noſis, tunc eſt mortale ſecundum dictum Au-
guſt. eſto ꝙ nõ ſit cõſenſus in actum, ſed in ſolã

moro-

moroſam delectationẽ, et hoc bene eſt attẽdendum. plures enim hîc decipiuntur. Ex his ergo iã ponamus practicã de ſingulis peccatis mortalibus. Et primo de ſuperbia, q̃ tunc eſt peccatum mortale, ſecundum primã regulã, q̃n quis ſubtrahit ſe à ſubiectione et obedientia diuina, et totã uitã ſuã ordinat ad laudẽ humanã, et ad uanã gloriã. Talis enim ex quo non curat hoc facere ad laudẽ Dei, ſed potius humanã, uidet hoĩes plus diligere q̃ Deũ quia illis plus uult cõplacere, q̃ Deo. Siſr eſt mortale per regulã ſecundã cum quis pro ſua ſuperbia faciendo facit extorquere pauperes proximos pro ſuis tunicis põposè faciendis. Simiſr cum quis nõ curat ſcãdalizare proximos, ſicut ſunt mulieres ornãtes ſe, q̃ p̃bent occaſionẽ uidentibus ad cõcupiſcendum eas. Vel cum quis p̃ſumptuosè trãſgredit̃ p̃cepta Dei, uel p̃cepta legis naturæ, ut faciens alteri quod ſibi diſplicet, tũc eſt mortale, per tertiã regulã. Q̃n uero quis appeteret humanã laudem uel uanã gloriã aliis modis, tunc eſt ueniale. Itẽ auaritia eſt mortale peccatum, per ſecundã regulã, q̃n aliquis appetit diuitias habere, nõ curãdo an per fraudem, mendacia, uſuras, periuria, p ludos illicitos, uel emptiones, uel uenditiones exercens illicitas uel

detinẽdo debita aliorum,uel mercedem ſeruorum ſuorum, peccat mortaliter. Similiter per primã regulam eſt peccatum mortale, ſi nimis magna ſpes in eis conſtituitur. Eſt etiã per tertiã regulã peccatum mortale qñ pro eis acquirẽdis negliguntur p̃cepta ſalutis, ut foriſando die dñico uel feſtiuo. Item per quartã regulã fit peccatum mortale, qñ dubitat̃ de cõtractu an ſit licitus,& tñ exercet̃. Qñ uero appetunt̃ diuitiæ plus quam ſunt neceſſe,ſed tñ nollet eas acquirere malo & iniuſto modo,ueniale eſt peccatum, ſecundum Auguſt. in libr.de purgatorio. Vel qñ nollet offendere Deum, nec in eis cõfidere,tunc etiã eſt ueniale,&c. Item gula eſt peccatum mortale per primã regulã,qñ quis tãtã delectationẽ in comeſſatione uel potatione habet, ꝙ propter ipſam nõ curat Deum offendere,aut miſſas negligere, uel ieiunia frangere. Itẽ qñ homo ſe grauat potu,intãtum ꝙ uſum rationis amittat,obliuiſcens ubi ſit, ei redditur ut beſtia,uel cum aliũ ſtudioſe inebriat, & hoc eſt peccatum mortale, per ſecundam regulam. Et hoc eſt uerum, ſi ſcit fortitudinem potus. quia ſi neſcit, & bibit excesſiuè cauſa cesſionis uel collationis amicorum & ſociorum, eſt ueniale. Item per quartam regulam eſt mor-

tale,

tale, ſi quts contra conſcientiam ſibi dictantem bibit: quia talẽ potum liberè immoderatè, eſt deſtructio capitis, uel quia hoc eſt peccatũ tali die, uel quia inde ſcãdalũ oritur: eſt peccatũ mortale. Hoc attẽdat p̃sbyter uiſitans tabernas: ex cuius uiſitatione ſcãdalizãtur laici, ſi talis peccat mortaliter, iudicet ſe ip̃m. Si autem quis comedit uel bibit ex delectatiõe, uel ultra menſurã, uel pretioſos cibos ſumit, ſed tñ nollet ipſe ſibi ꝑ hoc ordinare aliquod impedimẽtũ ſanitatis uel ſalutis, licet ei eueniat dolor capitis uel infirmitatis: aliàs eſt ueniale. Itẽ ira qñ procedit uſq; ad odium proximi, ita ꝙ uult notabiliter nocere proximo in rebus, corpore, uel honore: eſt mortale, ꝑ ſecũdã regulã. Si autẽ ex commotione ſubita uult malũ proximo, non bene deliberatus quod tñ deliberatus nõ faceret: nõ eſt mortale. Itẽ inuidia, quæ eſt triſtitia de bono proximi, ſi procedit ex odio ꝑſonali: eſt peccatũ mortale, ꝑ ſecũdã regulã. uel ſi gaudet de malo proximi, & triſtatur de ipſius bono, & tñ ex hoc nullã habet utilitatẽ: ſemꝑ eſt mortale. Sed ſi ideo gaudet de malo, ne ſit ei nociuus: puta gaudet de ſui inimici depresſiõe ut ꝑ hoc ſit ſibi ad nocẽdũ minus potẽs: hoc nõ eſt peccatũ mortale. Similiter de-

trahẽs & infamans ex inuidia : eſt mortale. Itẽ luxuria, quæ eſt oĩs coitus extra thorũ matrimonialẽ ſp̃ eſt peccatũ mortale. Similiter cõcupiſcẽtia cũ delectatione moroſa, uel cõſenſus in talẽ actũ. Et oĩs actus turpis in locis impudicis ut oſcula, & alia, q̃ uerecundaretur homo facere corã hominibus, ſunt peccata mortalia. Similiter dicendũ eſt de amicitia & fauore uiri & mulieris, quidã dicũt ꝙ eſt mortale peccatũ, eo modo uidelicet dũ unus uult cõplacere alteri in actibus p̃ſcriptis, ſcilicet oſculis, motibus & tactibus inordinatis, dãs ſibi poteſtatẽ in ſe exercẽdi, uel habẽs animũ paratũ ad hoc, dũ alter nollet exercere. Et tales ſtãtes in tali periculo uel propoſito nõ ſunt in uia ſalutis. Itẽ Acedia eſt tædiũ de diuinis rebus & de rebus ſpiritualibus, uel tarditas & pigritia ad audiẽdũ de Deo & faciẽdũ ea, quæ ad Deũ ſpectãt : & eſt mortale. Vnde patet ꝙ diſtractio, cogitatio, uel occupatio exterior inter diuinũ officiũ eſt peccatũ acediæ. Et ſi eſt ſtudioſa applicatio ad talia impertinẽtia, ita ꝙ nõ curet homo à ſe repellere hmõi cogitationes, & dimittere occupationes : eſt mortale peccatũ. Et nota circa p̃dicta ꝙ aliud eſt mortale, aliud ueniale, & aliud criminale. Vnde ĩter mortalia & criminalia eſt

diffe-

differẽtia,ſicut inter genus & ſpeciẽ : nã omne criminale eſt mortale, ſed nõ ecõuerſo. Multa enim mortalia ſunt, quæ nõ ſunt criminalia, id eſt, capitalia : id eſt, quæ nõ inducũt decapitationẽ, ſiue depoſitionẽ, uel exiliũ, uel intruſionẽ carceris: licet quodãmodo omne peccatum uocetũ crimen. diſtinct. 25. unũ orariũ. §. criminis appellatio. Primũ peccatũ criminale eſt peccatũ hæreſis : ut errare in fide Trinitatis. 22. q̃ſtio. 2. primũ. Secũdũ eſt inceſtus : ut habetur. 32. q̃ſtio. 7. cap. adulteriũ. & capite, flagitia. Tertiũ eſt homicidiũ. l. diſtinctio. placuit. Quartũ, crimẽ læſæ maieſtatis. 6. q̃ſtio. 1. ſi quis. 3. quæſtio. 5. accuſatoribus. Quintũ, crimẽ ſacrilegij. 2. q̃ſtio. 1. in primis requirẽdũ eſt. 17. q̃ſtio. 4. ſi quis in atrio. & cap. frater. Sextũ, inceſtus. 3. q̃ſtio. 4. cõſanguineorũ. 35. q̃ſtio. 3. de inceſtis, & eodẽ cap. q̃ſtio. 8. hæc ſalubriter. Septimũ conſpiratio. 11. q̃ſt. 1. cõſpirationũ. & capit. ſi quis clericorũ. Octauũ, adulteriũ. 22. q̃ſtio. 7. quid ĩ oĩbus, & eadẽ cauſa. q. 4. Nonũ, falſum teſtimoniũ. 22. q. 4. nõ peierabis. 6. q̃ſtio. 1. quicũq;. Decimũ, eſt crimẽ ſimoniæ, reſpectu cuius oĩa crimina pro nihilo reputãtur : ut de ſimon. ſicut ſimoniaca prima. q. ſeptima, capite ulti. Vndecimũ, eſt uſura. 4. q̃ſtione. 3. c. pleriq;. Alia autem

peccata nõ uocãtur criminalia: quia nõ ſunt capitalia, licet mortalia ſint. ſunt enim diſpẽſabilia ſine decoloratiõe ſtatus eccleſiæ. 1. q. 12. diſpẽſatores. &c. & ſi illa ſecũdũ Archi. 25. diſtin. audire. Itẽ peccata mortalia ſunt oĩa cõtra decẽ p̃cepta cõmiſſa, q̃ enumerat Apoſtolus ad Roma. 1. ut idololatria, auaritia, inuidia, cõtẽtio, dolus, ſuſurratio, detractio, contumelia, ſuperbia, elatio, inuẽtio malorũ, inobediẽtia. Nã qui talia agunt: digni ſunt morte. Itẽ ad Gal. 5. enumerat alia dicẽs: Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt, fornicatio, immundicia, impudicitia, luxuria, auaritia, ueneficia, inimicitia, cõtentiones, emulationes, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes. Et ſequitur: Qui talia agunt, regnũ Dei nõ conſequẽtur. At iſta autẽ reducũtur oĩa alia mortalia. Sed peccata uenialia enumerat Aug. 25. di. qualis. ut cũ aliquis plus accipit in cibo uel potu quã ſit neceſſe: plus loquitur, quã oportet: plus tacet, quã expedit: quoties pauperẽ importune petẽtẽ exaſperat: uel ſi ſanus aliis ieiunantibus prãdere uelit. Aut ſomno deditus, tardius ad eccleſiã ſurgit: aut uxorẽ excepto deſiderio filiorũ cognoſcit, quod tamẽ ſæpe eſt mortale, quoties incarceratos tardius requiſierit,

rit,uel infirmos nõ uiſitauerit. Si diſcordes nõ cõcordare curauerit.Si plus filiũ, uxorẽ,uel ſeruũ exaſperauerit,ſeu increpauerit,aut correxerit.Si fuerit plus blãditus,id eſt, adulatus alicui ꝙ̃ expedit. Si pauperibus eſuriẽtibus nimis delicatũ cibũ ſibi p̃parauit.Si in eccleſia aut extra eccleſiã iocoſis uel fabuloſis uel otioſis uerbis inſtiterit.Si aliquid iurat incautè, quod poſtea implere nõ poteſt.Vel cũ ex facilitate uel temeritate maledicit.Hæc omnia pro tanto diutius protraximus,putantes multum eſſe utile circa hoc ſacramentum pœnitẽtię cognoſcere particulariter & ad oculum illa , ſine quorũ cognitione nõ bene poteſt expediri illud ſacramẽtũ.

De extrema unctione.

INfirmatur quis ex uobis? inducat p̃sbyteros eccleſiæ, & orẽt ſup eũ ungẽtes eũ olio in noĩe Domini.Iacobi.5.c.Quia,ut dicit glo. de apella.ca. qua frõte.homo pp peccatũ citius mori præſumitur.11.q̃ſt.3.ep̃i.&.12.q̃ſt.1. capitu.2.& 23.q̃ſt.4.ca uẽdicta.& gloſſ.ordi.ſuper uerbo thematis , dicit quod multi propter peccata plectũtur morte corporis.Hinc eſt q̃d Saluator prouidẽs de remedio contra peccata hominũ ſanorum, ut de pœnitẽtia : prouidere etiã eſt dignatus de remediis cõtra peccata hominũ

minũ infirmorũ, ut de extrema unctione: per quã quidẽ peccata uenialia dimittũtur, & etiã infirmitas corporis interdũ alleuiat. unde ſequitur in themate: Et oratio fidei ſaluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dñs. Gloſſ. interlin. id eſt, ſi eũ cõtigerit mori, ſic dimittentur. Et hoc bene expreſſum eſt in Apoſtolis, de quibus dicitur Mar. 6. quod ungebãt oleo multos infirmos, & ſanabant. Quod utiq; fit uirtute huius ſacramenti, & nõ alia ſimplici unctione. Nam Apoſtoli tũc ungẽtes conferebãt hoc ſacramẽtũ à Chriſto eis præceptum. Vnde dicit de Lyra ſup Mar. ubi ſupra, quod ex eo quod Apoſtoli ſic ungebant, patet ꝙ unctio extrema, q̃ eſt infirmorum, fuit inſtituta à Chriſto. Quod eſt cõtra multos dicentes ꝙ Iacobus Apoſtolus in uerbis pręmisſis eã inſtituerat: quod eſt falſum, cum nullus apoſtolus aliquod ſacramẽtum inſtituere potuerit, ſed bene publicare potuit inſtitutum. Et hoc fecit Iacobus in uerbis præmisſis noſtri thematis, dicens: Infirmatur qs ex uobis, &c. Vnde dicit Tho. in. 4. diſtĩct. 23. quæſtio. 1. articu. 3. quòd omnia ſacramẽta Chriſtus inſtituit per ſe, ſed quæ ſunt difficiliora ad credendum, illa per ſe promulgauit: alia autẽ ſeruauit Apoſtolis promulgãda, ſicut extremã,

tremã unctionem, & confirmationem. Vnde per iſta uerba thematis nr̃i à Iacobo fuit iſtud ſacramentum promulgatum, et nõ inſtitutum.

Definitur autẽ extrema unctio, ſic ſecundũ Scotum, ubi ſupra: Eſt unctio infirmi hominis facta in partibus determinatis corporis cũ oleo conſecrato ab epiſcopo, miniſtrata a ſacerdote certa uerba cum intẽtione debita proferẽte, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans curationẽ uenialium. Ex qua definitione ſatis patet euidẽter a quo debeat iſtud ſacramẽtum conferri, ex qua materia, & ſub qua forma. de quibus per ordinem eſt uidendum.

Et primo ſciendum eſt ꝙ materia huius ſacramẽti eſt oleũ oliuæ ab ep̃o cõſecratum, & nõ eſt oleum balſami, ſicut in confirmatione. Cuius ratio eſt: quia qui habet exire de uia, nõ oportet ꝙ habeat odorẽ bonæ famæ, quæ per balſamum deſignatur, ſed ſufficit ipſum habere bonã cõſcientiã. Nec poteſt aliquis hoc ſacr̃m cõferre, niſi ſacerdos, & ſi alius cõfert, nihil facit. Vñ ĩ definitione dr̃, à ſacerdote miniſtrata.

Secũdo ſciẽdum eſt de forma huius ſacramẽti, quæ eſt ſeptuplex, ad ſeptẽ unctiones principales. Circa quod ſciendũ, ꝙ in quibuſdã eccleſiis dicitur hæc forma in collatione huius ſacramenti:

cramẽti: Vngo oculos tuos oleo ſanctificato, in noĩe Patris & Filij & Spiritus ſancti. Similiter, ungo nares, &c. Et cõſequenter labia, manus, & pedes. Sed in rei ueritate iſta uerba, nõ ſunt uera forma huius ſacramẽti: ſed bene ſunt diſpoſitio ad formã. Forma autem huius ſacramẽti uera eſt hæc Per iſtã ſacrã unctionem, & per iſtã ſacratisſimã benedictionẽ indulgeat tibi Dñs quicquid deliquiſti ꝑ uiſum. Similiter reſumendo ſuper aures, nares, labia, manus, & pedes. Licet autem in hoc ſacro fiãt multæ unctiones: ultima tñ unctio, ſcilicet in pedibus, eſt forma reſpectu oĩum p̃cedentium, & agit in uirtute oĩum: & ideo in ultima grã infunditur quæ effectum ſacramẽti p̃bet. Vnde ſecundum, Th. in. 4. diſ. 23. ſi iam aliquę partes eſſent inunctæ, & p̃sbyter deficeret, ſicut cõtingit in peſtilentia: quod factum eſt, non debet iterari: ſed unctiones, quæ reſtant, per alium: ſacerdotẽ debẽt cõpleri. Sint ergo præsbyteri cauti, ut de cętero corrigãt libros ſuos, & agenda, in quibus cõiter habent formam ſacramenti, huius per illa uerba: Vngo oculos tuos, uel nares tuas, &c. Iſtud enim ſacramentum cõfertur per modum ſuffragii, ſecundum Th. & ideo datur per ſolã orationem, & per uerba optatiui modi.

modi. Vnde dicit Iacobus ĩ uerbis thematis: Inducãt p̃sbyteros, ut orent pro eo. Illa uero uerba Vngo oculos tuos, &c. non ſunt de ſubſtãtia ſacramẽti, ſed de bene eſſe, ſecundum Pet. de Tharant. diſt. 18. & Th. in 4. quæſt. 4. arti. 2.

Quibus autẽ conferendum ſit hoc ſacr̃um? Reſpõdeo ꝙ ſolum eſt dãdum ĩfirmis, & nunquã ſanis. nihil. n. efficit in eis. Et hoc patet ex definitione prius data, in qua dicit̃, ꝙ hoc ſacramentum eſt infirmi hominis. Nec debet dari iſtud ſacr̃um infirmis ex periculo exterioris uiolẽtiæ, puta armorum, uel ſubmerſionis, ſecundum doctorem ſubtilem in. 4 diſtinct. 23. Et ex hoc ſoluo unum dubium: de quo cum audirẽ Sentẽ. libros, dubitabat̃ à lectoribus, & formatis baccalarijs ſacræ Theologiæ, an ualeat uulneratis uel ſubmergendis hoc ſacr̃um. Patet. n. ꝙ non. Dico. n. probabiliter, ꝙ ſi quis eſt uulneratus, & ex uulneribus inflictis incidit in ĩfirmitatẽ longã, ex qua deſperat̃ de uita ſua: puto quòd ei dãdum, ſed alias recenter uulnerato iã decedenti: non eſt dandum. Similiter ſuſpendendo uel ſubmergendo nõ eſt dãdum: quia illi non dñr infirmi, nec moriunt̃ ex defectu naturæ, ſed ex euentu fortunæ, ſecundum Petr. Item non debet dari pueris, furioſis, &

amentibus,qui prius non petierũt hoc ſacrum
Si qs tñ ſenio deficeret:ſubito,in articulo mor
tis poteſt ei dari hoc ſacramentum.Sed tamen
adultis uſum rationis habẽtibus nõ datur, niſi
petant ſpecialiter.Sed tamen,qui in uita ſua ha
buit bonum ꝓpoſitum oĩa ſacra ſuſcipiẽdi ſi-
bi neceſſaria uel utilia,etiã ſi amitteret loquelã,
ungatur in noĩe Xp̃i.Nõ debet etiã quis inūgi
gi ſæpius in eadem infirmitate, niſi eadem in-
firmitas ultra annũ protrahatur:ita ꝙ uno an-
no ĩ eadem infirmitate nullus bis inungetur,
ne ſacramentum iſtud uileſcat. Iteratur tamen
hoc ſacramentum in diuerſis infirmitatibus,
uel in eadem recidiua: quia nõ habet effectum
perpetuum,eo quòd ſanitas corporis et mẽtis,
quę ſunt eius effectus,reiterari poſſunt,et amit
ti,et recuperari. Debet autem fieri unctio ſu-
per organa quinque ſenſuum, q̃ ſunt quaſi pri
mæ radices peccandi. Vnde oculi unguñt ꝑꝑ
uiſum quo peccamus:aures ꝑꝑ auditum,nares
ꝑꝑ odoratum, labia propter guſtum, manus
ꝑꝑ tactum,pedes uero propter uim motiuam,
quod non eſt de neceſſitate.Cor autem nõ un-
gitur, quia eſt principium immediatum uitæ,
et remotum actionis,nec genitalia,propter im
munditiam,et reuerentiam ſacramenti, nec lin
gua

gua p̄ꝑ abominationem. Item ſecundum Th. mutilati inungi debēt quanto ꝓpinquius poſſunt circa partes q̄ inungi debuerāt, quia quanuis non habent mēbra, tñ habent potentias, q̄ illis membris debent, ſaltem in radice, & ideo ĩterius peccare poſſunt, ꝑ ea q̄ ad eos pertinēt. Et effectus extremæ unctionis, ſecundū Tho. eſt quædam ſanatio ſpiritualis, quæ datur contra quandam debilitatem uel ineptitudinem, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali uel originali, contra quam debilitatem homo roboratur per hoc ſacramentum. Et quia hoc robur ſeu fortitudo gratiam facit, ſecum non patitur peccatum, ideo ex conſequenti ſi inuenit peccatum aliquod ueniale uel mortale oblitum, quo ad culpam tollit, dummodo non ponatur obex ex parte recipientis. Secundarius autem effectus eius eſt corporalis ſanitas.

Sed dices, quare non ſemper homo infirmus unctus ſurgit de infirmitate, ſed ſæpius moritur? Reſpondeo quòd in iſto ſacramento ſanitas eſt effectus ſecundarius, et ideo nō datur niſi ſecundū quod expedit ad ſanitatē ſpiritualē, quia tunc ſemper eam inducit, dummodo non ſit impedimentum ex parte recipiētis. Vnde patet quòd unctus in extremis, ſi non

ſurgit ab īfirmitate illa p̄ illā unctionē, ſignū eſt ꝙ ſanitas corporalis eſt ſibi nociua, & uult Deus potius eū ſic habere infirmū, q̄ ſanum, uel ſignum eſt ꝙ infirmus nō bene diſpoſitus eſt in conſcientia, ita ꝙ adhuc aliquid habet ꝙ impedit ne ſanitas corporalis ſibi reſtituatur, alias raro fallit. In hoc enim ſacramento unctio exterior eſt ſacramentum, ſed res ſacramenti eſt ſanitas corporis & animæ.

Res autē & ſacrū eſt unctio ſpiritualis interioris.i.mētis iucunditas uel ſolatium. Poteſt autem hoc ſacrū ſacerdos conferre cum uno clerico, qui ſibi rñdeat ad orōnes, & ad pſalmos qui ibi dicunt̄. Si tñ caret clerico, pōt ſolus expedire totum, ſecundum Guli. & Hoſtienſem. Si autem ungit̄ ſacerdos, non eſt opus clerico, qui reſpondeat ad pſalmos & ad orationes, ſed ipſemet reſpondeat ſolus, dicens cum dicit̄ in litania, Sancta Maria, ora pro me. Sancte Petre, ora pro me, &c. Similiter cum dr̄. A morte perpetua reſpondeat: Libera me dñe. Nec ungant̄ ſacerdoti manus in palmis interioribus, quia ibi unctæ ſuut per ep̄um in ordinibus, ſed exterius ungantur in ſuperficie. De hoc tamē non eſt magna uis qualitercunq; faciat, ſed tamen illud ſecurius eſt & tutius.

Pra-

Practica huius ſacramenti eſt facilis. Nam p̃mittit ſacerdos primo ueniens in domum inĩſirmi ſeptẽ pſalmos pęnitentiales cum litania. Deinde q̃rit ab ĩſirmo ſi poſtulat ſacrã unctionẽ. Tertio dicit orationes poſitas in libello ad hoc cõgruas. Quarto, ungit eũ forma ſupradicta. Quinto tergit cum ſtuppa cãnabis uel lini loca uncta, & ꝓijcit ĩ ignẽ. Sexto lauat manus ſale, & aq̃: & ſi͛r proijcit ad ignẽ. Septimo, alligat loca illa mundo panniculo uſq; ad tertiam diem quæ tertia die comburuntur. Octauo, relinquit ſignum paſſionis Chriſti, in cuius uirtute iſtud ſacramentum, ſicut & alia, habet uirtutem ſanatiuam animæ & corporis.

De ſacramento ordinis.

Regale ſacerdotiũ, gẽs ſancta, populus acquiſitionis. 1. Petri. 2. Et ſi Xp̃us deſcẽdẽs de cœlo ad terras humanum genus nõ ſolum à ſeruitute diabolica redemit, & libertati ac dignitati reſtituit, iuxta illud, Non. n. ſumus filij ancillæ, ſed liberæ, qua libertate liberauit nos Xp̃us, ad Gal 4. & Ioan. 8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Multo tñ meliori modo ſtatum ſacerdotalem ĩ illa libertate extulit & dignificauit, ita ut non ſolum ipſi ſacerdotes ſint liberi commodo communi, ut cæteri ho-

mines in communione unius fidei et participatione ſacrorum,ſed etiã ꝙ ſunt quaſi duces,prę ſides et reges diſpẽſatores et rectores diuinorũ myſteriorum. Vnde dñr ſacerdotes,quaſi ſacri duces,uel ſacra dantes,uel ſacramẽta ſacrificantes ſeu conſecrantes,quod utique maximũ eſt, et excedens cõem ſtatum fidelium. Vnde meritò Petrus neſciens eos comparare aliis quàm excellentisſimis perſonis in congregatione fidelium.ſ.regibus,dicit. Regale ſacerdotiũ. Ne ergo ſacerdotes putarent̃ eſſe tantum nobiliores ut reges:additur,Gens ſancta,ſcilicet ſpecialiter ſanctificata dño Ieſu Chriſto. Et ne leuis reputationis in ſanctitate æſtimarentur,ut cæteri,ſubiunxit.Populus acquiſitionis.i. ſpecialiter acquiſitus,et Deo appropriatus. Non.n.ſacerdotes ſolum ſunt populus Dei, et oues paſcuæ eius iure creationis,ut oẽs hoĩes, nec redemptionis ſolum,ut omnes Chriſtiani,ſed iure ſpecialisſimo & peculiari,quo uocauit eos, ut uirtutes,eius nuntient,ut dicitur.1.Pet.11. Quibus non ſuper homines ſolum,ſed & ſuꝑ ſeipſum quodammodo dedit ptãtem,dando uidelicet eis poteſtatẽ cõſecrandi et cõficiẽdi corpus ſuum et ſanguinẽ,ut dicitur Matth.26.

Circa igitur ſacrũm ordinis ſacerdotalis, uiden-

dendum eſt primò de ſubſtantialibus. Secundo de accidentalibus. Tertio de cautelis. Quãtum ad primum ſciendum quòd ordo ſic definitur per magiſtrũ Sentẽ. lib. 4. diſt. 24. eſt ſignaculũ quoddã eccleſię, ꝑ quod ſpiritualis ptãs tradit̃ ordinato. Ita etiã definit Hugo de s. Victore. Ordo aũt sacerdotalis ſecundũ doctores ſic definit ĩ ſpẽ. Ordo eſt ĩſtitutio in gradu eccleſiæ ſimpliciter ꝑeminẽte, diſponẽs hñtẽ ad cõficiendũ Eucharistiæ ſacrum, facta ab ep̃o certa uerba, cũ ĩtẽtione debita ꝓferẽte. Et ĩ ipſa ordinatione quoddam eſt ſacrum tm̃, ut ptãs, q̃ tradit̃ quoddã res tm̃, ut gratia q̃ confert̃, quoddam res et ſacramentum, ut character, qui ĩprimitur ĩ ſingulis ordinibus, ut ſtatim patebit.

Sunt autem ſex de ſubſtãtia huius ſacramẽti. Primũ, eſt poteſtas ordinantis, quia oportet ut ſit ep̃us. Secũdũ, eſt materia. ſ. unctio ĩ ſacerdotibus, et tactus illorũ, q̃ ſunt tangẽda. Tertiũ eſt forma uerborũ. Quartũ, eſt ſexus uirilis, q̃a fœmina ordinari nõ p̃ot, nec recipit characterẽ ordinis, ſi milleſies ordinarẽtur. Cuius ratio eſt, ſecundum Thoma. quia cum in ſacerdotio debeat ſignificari eminentia gradus, et fœmina tenet ſtatum ſubiectionis, ideo non eſt apta ad ſuſcipiendum hoc ſacramentum.

Quintum,eſt intentio debita,ut ep̄us intendat conferre,& clericus ſuſcipere.Sextum,eſt ꝙ ordinandus ſit prius baptizatus,alias non ſuſciperet hoc ſacr̄um,quia fundamentū oīum ſacramētorum & ianua eſt baptiſmus. Vbi aūt fundamentū deeſt, nihil deſuper ædificari pōt,de p̄sbytero nō baptizato,cap. miſerāte, & cap. ueniēs.Character aūt cōfirmationis non præexigitur de neceſſitate,ſed de congruo.

Vlterius eſt ſciēdū quod ſeptē ſunt ordines. Primus eſt oſtiariatus,cuius eſt cuſtodire locū cōfectionis ſacr̄orum ab immundis.ſ. infidelibus & excōicatis.Secundus,eſt lectoratus, cuius eſt legere ꝓphetias ad inſtruendū illos qui uolunt credere.Et ideo ſecundum Tho. ꝓphetiæ q̄ſi prima rudimēta eis legendæ cōmittuntur.Tertius,eſt exorciſtarum,quorū eſt arctare dæmones ꝑ adiurationē,ne dn̄entur in corpore nondum baptizato.Quartus,eſt acolytorum quorum eſt p̄ntare materiā, urceolum cū aqua & uino,& lumen accēdere.Alij uero enumerant adhuc alios duos ordines.ſ. Pſalmiſtarum & Cantorum qui tn̄ ſecundum Tho.in.4. diſtinct.24.quæſt.4.artic.2.non ſunt ordines, nec ſunt illa nomina ordinum,ſed officiorum: cum inter ordines largè acceptos computantur.

tur. Et iſti uocant̃ minores ordines, quos poſſunt abbates benedicti conferre incluſiue uſq; ad lectoratum, ut 69.diſt.qm̃ uidemus.ubi gl. dicit quod poſſunt facere pſalmiſtã, oſtiarium, & lectorẽ, & hoc licet abbati ĩ ſuo monaſterio. Exorciſtã uero aut acolythum facere nõ licet, quia iſti duo per ſolum epũm fiunt, ut dicitur ibidẽ in ca.non oportet. Hæc fuit ſententia Hugo. & Laurẽtii, quos ſequitur Archi. ibidẽ. Idẽ tenent Raymundus & Gofredus in ſententijs eorum, de epõ, qui renuntiauit epãtui. Et põt abbas taliter ordinare ſuprà dictos nõ ſolum ĩ q̃tuor tpibus, ſed etiã diebus dñicis, ſed tm̃ in ſuo monaſterio, alias alteri faceret p̃iudicium. Iſtã autem habet ptãtem abbas non ſolum ex ordine, ſed ex poteſtate bñdictiõis. Vnde licet abbas nõ conſecratus manum ĩponere nõ poteſt ordinato, ut in.c.qm̃ uidemus &.c.non oportet. &.c.cum contingat, de ætate & qualit. ordi. tñ manum benedictionis poteſt imponere. de ſupplen. negli. præla.c.i. ſcilicet recipiẽdo ꝓfeſſos et ſic non poteſt ordinẽ conferre niſi ſit benedictus. De hoc iam determinatum eſt de priuilegiis.c.abbates.lib.6.et de colla. ibidẽ. Imo pſalmiſtam et cantorem poteſt ordinare ſimplex ſacerdos, ut.23.diſtin. ubi dr̃, Pſalmi-

ſta et cantor pñt abſq; licẽtia epĩ sola iusſiõe pſbyteri officiũ ſuſcipe cãtãdi, dicẽte ſibi pſbytero: Vide ut quod ore cantas, corde credas & quod corde credis, opibus approbes. Lau. etiã. 92. diſt. nõ licet. exponit hoc c. cũ dicit ĩ eo, officiũ cãtandi ſuscipere, id eſt, ſus cepti officii executionẽ. Quod etiã probat Hoſt. in Summa, de ordinatis ab epõ, qui renuntiauit epãtui, circa principium. Raymundus uero in Summa, eodem tit. notauit hoc intelligendum de ſacerdotibus curã habentibus, qui ſoli hoc poſſunt. Videtur tñ quod cum nec alios ordines poſſet quis exequi ſine licentia eius, ita nec aliquid ſpecialitatis in psalmiſta hoc introducat. Sed Inno. Ber. et Petrus de Semprana dicunt hoc poſſe quemlibet sacerdotem. Et hanc ultimam ſententiam approbat Archid. in pdicto capi. pſalmiſta. Vtrum autem inſigatur character animę per hmõi ordinem, dicit ibidem Archidiac. ꝙ nemo ſcit, et ideo percutiens talem nõ incidit in canonem, quia, ut dicit Vincẽ. hic ordo non eſt de principalibus, nec dicitur ordo proprie, ſed large. Et iſtam ſententiam tenent Theologi, qui dicunt pſalmiſtatum, cantoratũ, et episcopatum non eſſe ordines. Credit tamẽ Archidiaconus ubi ſupra, quòd percutiens

psal-

pſalmiſtam incidit in canonem,nec ſuper eum ſeculare iudicium poteſt habere poteſtatem. Et dicit quod ſi omittatur ordo iſte,et cõferat̃ lectoratus et acolythatus, non eſt repetendus Hoſtiẽ.tñ in.c cũ cõtingat. de ætate et qualit. ordi.dicit quòd ſi repetendus.Hæc de iſtis.

Deinde ſequunt̃ ſacri ordines,qui dñr maiores Primus eſt ſubdiaconatus,ad quem ptinet, oblationes recipere ab offerẽtibus,et eas diacono offerre.Item legere epiſtolã,&c. Secundus, eſt diaconatus,ad quẽ pertinet hoſtias ordinare in altari,ſimiliter legere Euãgeliũ. Tertius, eſt pſbyteratus,ad quẽ ptinet conſecrare corpus Xpi,et ſanguinem,et hic eſt actus principalis,alius aũt conſequens.ſ. ſoluere,et ligare, per quem actum præparatur corpus Chriſti myſticum,ſcilicet fideles Chriſtiani,ut ſint apti ad corpus Chriſti uerum.

De epiſcopatu autem an ſit ordo eſt diuerſitas inter Theologos et Iuriſtas. Nam Theologi dicunt eum non eſſe ordinem .Iuriſtæ uero cõiter tenent quod ſit ordo.de quo Io.And. in nouella Sexti notat pulchrè circa proœmiũ.Et hoc idem tenet doctor ſubtilis ĩ.4. Sẽtent.diſt.24. arti.2. In quolibet autem ordine character imprimitur,cum eis per epiſcopum por-

porrigitur liber cum forma uerborum. Acolytho, cum dat̃ candelabrum. Subdiacono, cũ datur calix uacuus cum aliis uaſis. quorum uſus eſt in confectione euchariſtiæ. Diacono & p̃ſbytero, qñ ep̃us imponit manũ capiti, et hæc ĩpoſitio cõfert plenitudinem gratiæ. Thomas tñ dicit diſtin. 24. q. 5. art. 2. quod ſubdiacono imprimit̃ character in datione calicis tm̃, cuius actus principalis eſt circa uaſa, tm̃, et non circa contenta in uaſis. Vnde non poteſt tangere corpus Chriſti ſine neceſsitate magna. Sed actus diaconi nec eſt ſuper uaſa tantum, nec ſuper contenta in uaſis, quia ille eſt actus ſacerdotis, ſed eſt ſuper corpus contentum in uaſe tantum. Vnde eius eſt diſpenſare corpus Xp̃i in patena, et ſanguinem in calice, ideo poteſtas eius ad actum nõ potuit exprimi p̱ dationẽ uaſis tm̃, nec materiæ tm̃, ſed exprimit̃ per actum in hoc quod dat̃ ſibi liber Euangeliorum, & in hac datione imprimit̃ character, ſecundum Thomã ubi ſupra dicens quod contactus iſte inſtrorum talium eſt de eſſentia ſacramenti, quia dicitur, Accipe hoc aut illud. Impoſitio autem manus nõ eſt de neceſsitate, et ſubſtantia huius ſacramenti, ut de ſacramẽtis iterand. c. ulti. Et licet iſti characteres in eſ-

ſentia

ſentia diſtinguantur, tamen in fine uniuntur, quia ad ultimum characterem præsbyteratus, et ſecundum Petrum in.4.diſtin. 24. quæſt.2. articu.1.et Ioan. Pariſien. non eſt credendum quod character unius ordinis p̃ſupponat characterem alterius ordinis. Nam ut dicit Thomas ubi ſupra in primitiua eccleſia aliqui ordinabantur in p̃sbyteros, qui tamen prius inferiores ordines non acceperunt, et tamen poterant quæ inferiores. Sed hodie ſtatuit eccleſia ut non ingerat ſe quis ad maiores, qui prius in minoribus officiis ſe nõ humiliauit, ideo hoc eſt de cõgruitate, et non de neceſsitate. Et nota ſecundũ Tho.in.4.diſt. 24.qu.2.art.2.ꝙ ep̃us primò p̃parat ordinãdos per tria.ſ.per benedictionem, per quam diuinis officiis mancipantur: per manus impoſitionem per quã dat̃ plenitudo gratiæ, per quã ad magna ſunt idonei: & ſolis diaconis et presbyteris fit manus impoſitio. Tertiò per unctionem ad aliquod ſacr̃um tangendum: quod fit ſolis ſacerdotibus, qui propriis manibus tangunt corpus Xp̃i. Vnde etiam calix et patena unguntur.

De accidentalibus huius ſacramenti.

EST autẽ ſciendũ ꝙ illa dñr accidentalia ſacr̃i, quæ requiruntur de congruitate, et non de neceſsi-

neceſsitate ſacramenti. Congruum eſt ergo primum, ut non ordinet̃ quis ad sacros ordines, niſi habeat ætatẽ legitimã. Aetas autẽ pro subdiacono eſt. xx. annorum, pro præsbytero. xxv. & ponitur in clement. de ætate et qualit. p̃fic. cap. generalem. Et, ut notat Ioã. And. in c. ei cui. de præbẽ. lib. 6. in glo. 4. nõ eſt opus seruare interſtitia longa tp̃um ĩ ordinibus suſcipiendis ſicut prius. Vnde habens ætatem legitimã laicus in carnispriuio põt cantare miſſam in sacerdotio conſtitutus in feſto paschæ. Si tñ quis in minori ætate recipit hoc sacrũm, tenet: ſed peccat, et debet suspendi ab executione ipſius et ordinator à collatione ordinũ, et cum hoc poteſt compelli ut ſibi prouideat de aliquo beneficio, ut de tempor. ordi. cap. uel non eſt. Hoc enim quòd huic imperfectus annis discretionis recipiat ſacramentum ordinis: licet secundum Thom. ſit propter honeſtatem sacramenti inſtitutum ita ut iam ſit ex neceſſitate præcepti: non tamen ex neceſsitate ſacramenti. Vnde ſi ordo ſacer confertur puero carenti usu rationis, tenet quantum eſt ex ui sacramenti. Dicit tamen Thom. quòd in illis sacramentis, ubi actus ſuscipientis requiritur: ibi usus rationis eſt de neceſsitate sacramenti,

ſicut

ſicut in pœnitentia & matrimonio. Sed in qui bus actus ſuſcipientis non requirit: uſus etiam rõnis non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſicut eſt in ordine ſacro; ubi ſolum ſpiritualis poteſtas dat:& ideo uſus rationis non requiritur.

Sciendũ ꝙ licet laicus ignarus nihil ſciens de litera ordinẽ poſſit ſacrum ſuſcipere, quãtũ eſt ex ui ſacri peccat tñ grauiter epus cõferens tali ordinẽ ſacrum. Nam dicit Tho. quòd tenetur ordinandus ſcire quod pertinet ad eius officiũ ſecundũ magis & minus. Vnde ſacerdos religioſus ex quo recipit poteſtatem tm̃ ſuper corpus Xp̃i uerũ cõſecrandi, ideo ſufficit ꝙ ſolũ ſciat, illa q̃ requirunt ad cõſecrationẽ corporis Xp̃i. Curatus autẽ ut plebãus tenet plus ſcire, quia ꝓmouet ſuper corpus Xp̃i myſticũ, quod eſt eccleſia. Vnde debet ſcire ea, q̃ ſpectãt ad populũ. Ad ep̃um uerò pertinet ſcire etiam difficiles quæſtiones ſacræ ſcripturæ. Quod ergo dr̃ ꝙ de ſubſtãtia ſacri ordinis ſunt eloquia diuina, ut dicitur. 38. diſt. oẽs pſallentes, exponendum eſt non de ſubſtãtia ordinis ſed de ſubſtantia executionis: quia ſcilicet talis exequi nõ poteſt ſacrum ordinẽ, niſi ſciat illud quod ad illum ordinem ſpectat exequendum.

Item licet ſex tempora anni ſint deputata ad conſe-

conferendũ ordines: tñ hoc non eſt de ſubſtan tia, ſecundũ Ray. Et hoc expreſſum eſt de tẽp. ord. ſanè. Cõ gruũ tñ ualde eſt ut non aliis, niſi prædictis ſex tpibus conferanť: ſcilicet q̃tuor tẽporibus ſingulis, ſabbatho, Sitientes, et ſabbatho paſchæ: ut dicitur diſt. 75. c. ulti. Poteſt tñ epus conferre minores ordines diebus dñicis: ſed non multis, ne uideatur generalem ordinationem facere: ut de tẽpo. ordi. de eo. Ideo autem ſabbatho cõferunť ſacri ordines: quia ſabbathum ſignificat requiem: per quod ſignificatur quòd qui ordinatur ad ſacros ordines irreuocabiliter, tranſit de labore in requiem: puta de laboř ſecularium negotiorum ad requiẽ, id eſt, ad uacandũ ſpiritualibus: ut diciť. 88. diſtinct. fornicari. Poſſunt etiam cõferri ordines ſacri in die dñico mane: ita tñ quòd ordinãdus et ordinator continuet ieiunium præcedentis ſabbathi: quia tunc mane dominicæ diei trahitur ad ſabbathum propter continuationem ieiunii. Sed hoc non faciat epiſcopus ſine neceſſitate: ut ſi forte infirmaretur ſabbatho, Poteſt differre in craſtinum. Et intellige de uno et eodem ordine, non de diuerſis. Nam nullus debet ſuſcipere duos ordines, uel minorem et unum ſacrum in eiſdem quatuor temporibus.

Pœna

Pœna autē ordinatorū extra dicta tpa, eſt ſuſpēſio ab executiōe illius ordinis, quē ſuſcepit: ut de tēpo.ordi. c.2. Poteſt tñ cū eis diſpenſari ut miniſtrēt, īpoſita eis pœnitētia: ut in.c.cōſultationi.ibidē. Ordinator uerò debet priuari authoritate ordinandi: ut ibidem patet.

De cautelis circa ſacramentum ordinis obſeruandis.

ET primò caueat eps ne ordinet alienū clericū uel laicū: ut de tempo.ordi.cum nullus. lib.6. Quod ſi fecerit, per annū a collatione ordinū eſt ſuſpēdēdus. Et interim clerici ſui abſq; licētia ſua à uicinis epis poſſunt ordinari: ut patet de tempo.ordi.libr.6. Clerici uerò, qui ſine proprij epi licētia ordinātur, ab executione ordinū ſuſpēdātur, tñ eps poteſt cū eis diſpēſare.9 q.2. Lugdu. de tēpo.ordi. quod trāslationē. Secūdo caueat eps ne ordinet aliquē ad ſacros ordines ſine titulo: aliàs ſolus ei prouidere tenebit de beneficio. Tertiò caueat ne ordinet per ſimoniā: ut de ſimo.p totū. Nec ſolus eps, ſed etiā notarius nō debet formatas uēdere. de ſimo.c.1. Quarto caueat ordinādus, ne recipiat ordinē aliquē ab epo, quē ſcit ſimoniacè in ordinē ſusceptū: ſiue ſit occultū, ſiue manifeſtū: quia nō recipit executionē, & indiget diſpenſa

tione.1.q.1.ſi qui à ſimoniacis.Dicit tñ Thomas.2.2.q.8.ꝙ ſi eēt ſimoniacus alia ex cā,poſſet ab eo recipe ordines,dũmodo ſit occultũ:q̃a talis eṗs nõ eſt ſuſpẽſus ad alios,ſed ad ſe tãtũ.

Quinto caueat ordinãdus ne tẽpore ordinatiõis ſit in peccato mortali: nã mortaliter peccaret.diſtin.11.multi.Et idẽ ſanctus Thomas.in.4.diſtin.24.nec talis poteſt uti ordine ſic ſuſcepto,ſecũdũ ipm,quia facit cõtra pceptũ illud Deuterono.16.Iuſtè quod iuſtũ eſt exequaris. Vnde talis quoties tale actu exercet,ſp peccat mortaliter. Dicit tñ Thomas ibidẽ,ꝙ ſubditus hmõi ordinatus in peccato mortali tenetur ab eo recipere ſacramẽtũ,ſi eſt occultũ,& hoc quã diu tolerat̃ ab eccleſia.Tñ dicit idẽ,Nõ eſt tutũ talẽ ad aliquẽ actũ ſui ordinis exequẽdũ inducere durãte cõſciẽtia ꝙ iſte ſit in peccato mortali,quam tamen deponere poſſet,quia in inſtãti homo poſſet à diuina gratia emendari.

Sexto caueat clericus ne ordinetur ſine examine,aliàs dicit̃ furtiue ordinatus,ſecũdũ Hoſt. ut.63.diſt.extra cõſcientiã. nec proſunt ei formatoriæ.Si tñ eſt dignus et notus nihil obeſt, quia tales nõ ſunt examinãdi.Archi.23.diſt.c. nullus.Sed ſi eſt indignus,deponi debet.de corpore uitiatis.c.expoſuiſti. Si etiam ſit ignotus,

quãuis

quamuis dignus.deponi debet.24.diſtin.c.ulti. & multo fortius ſi eſt indignus.l.diſt.ex pœni tẽtibus. Debet etiã cõfiteri publice ẽpo ſuo crimina ſeu notoria ĩpedimenta iuris uel facti, ut ibidẽ dicitur.Si autẽ ſubticet talia,etiã poſt pœnitẽtiã,ĩpediunt executionẽ.Nec etiã ſuſcipiat aliquẽ ordinẽ ſuperiorẽ omiſſo inferiori : quia hoc eſt p ſaltũ promoueri.Et talis debet deponi,ſi hoc taceret ex malitia:ſecus ſi ex ignorantia uel neglıgẽtia.diſt 48.ſicut olim. Ex diſpenſatione tñ ẽpi ad omiſſum ordinẽ poteſt promoueri : ſed ĩ ſuſcepto prius nõ adminiſtrabit. Datur autem gratia gratum faciens in hoc ſacramento : quæ neceſſaria eſt non ſolum ad digne ſuſcipiendum ſacramentum , ſed etiam ad digne miniſtrandum , ſecundum Thomam & Petrum in quarta diſtinct.4.

De ſacramento matrimonij.

PRopter fornicationẽ habeat quiſq; uxorẽ ſuã.1.ad Cori.6.& 32.q.2.c. his ita. Licet matrimoniũ in ſtatu innocentiæ ſit inſtitutum in officium naturæ. hoc eſt in propagationem & multiplicationẽ prolis ad Dei cultũ: quia tñ natura lapſa uitiata eſt ex originali pcõ adeo ut falcem propriã in meſſem nõ uereatur mittere alienã : quærens indifferenter quacunq; ſe

mina,cũ qua fornicationis expleat peccatum: ideo magnus doctor gẽtiũ,p̃dicator et rector, prouidẽs de remedio,dicit, Propter fornicatio nẽ euitãdã unuſquiſq; habeat uxorem ſuã. per quod dãnat peccatũ fornicationis: & cõmendat ſtatũ matrimonij coniugalis. In quibus uerbis primo Apoſtolus ſuadet uitare fornicatio nẽ,ibi: Propter fornicationẽ. Secundo cõſulit remedij adhibitionẽ: quia habeat uxorem ſuã. Per primũ dãnaĩ error illorũ,qui dicũt ſimplicẽ fornicationẽ nõ eſſe peccatũ: allegãtes ſanctos patres,ſcilicet Abraham,Iacob Dauid, & alios,qui habebãt cõcubinas nec tñ illa fornicatio ĩputata eſt eis ad peccatũ.Quibus reſpondetur ſecundum Thom.in.4.Senten.diſt.33.q.4. quia q̃libet fornicatio extra matrimoniũ q̃ tollit debitã ordinationẽ parẽtis ad prolẽ, quã natura ex cõcubitu intendit: eſt peccatũ.Ideo ſecundum ipſum ſine dubio ſimplex fornicatio eſt peccatum mortale: etiam ſi lex ſcripta non eſſet quod eſt multum notabile. Vbicunq; autẽ legimus aliquos patres habuiſſe cõcubinas: illud fuit pro ſpeciali diſpẽſatione Spiritus ſancti,& ad deſignãdum aliquid.Hoc enim quod filij Iacob ex liberis & ancillis fuerũt hæredes, deſignat quod Chriſto in baptiſmo naſcuntur

filij

filij & hæredes per bonos & malos miniſtros: ſic etiã alia oĩa in p̃dictis patribus ad myſterium pertinẽt:ut habet̃ latius.32.q.3. ca.1.2.et 3.de quo cui placet ſufficiẽter informari,uideat notata mea ſuper ſexto p̃cepto:ſcilicet,Nõ mœchaberis. Per ſecundũ dãnat̃ bigamia,cum dicitur. Habeat uxorẽ ſuã: & ſic unã tantum,non plures ſimul. Vnde Saluator repetens illud Geneſ. 11. Erunt duo in carne una. Matth.19.dicit Itaq; iam non ſunt duo ſed una caro.

De ſponſalibus hic prius agitur.

CIrca illud ſacr̃m primo uidẽdũ de ſubſtãtialibus: ſecũdo de accidẽtalib. iij. de cautelis.

Quãtum ad primum ſciendum eſt ꝙ quędã ſunt accidẽtalia matrimonij,ſcilicet ſpõſalia: & ideo de ipſis primo uidendũ eſt. Secundo quid ſit matrimonium. Tertio q̃ requiruntur ad matrimonium. Quarto q̃ impediunt ipſum. Quãtum ad primũ, ſponſalia ſecundũ Frãciſcum de Zabarellis ſuper rubrica de ſpõſalibus.ſic definiuntur: ſunt futurarum nuptiarum ſeu matrimonij promisſio. Et definitio illa trahit̃ ex canone.30.q.5.noſtrates. Dicuntur à ſpondeo ſpõdes,quia,ut dicit Gaſpar de Caldarijs,olim ſpõſus & ſpõſa mittebãt cautiones,quibus ſpõdebãt ſe in iura matrimonij cõſentire,& fideiuſ

ſores dabāt, quibus id ſe obſeruaturos obligabāt. Qūq; etiā ſpōſalia dicunt matrimonium: ſed tunc debēt intelligi, ſi ſunt ſpōſalia de pñti. Et fiunt ſpōſalia quatuor modis. Primo, nuda promisſione: ut cum dicit, Promitto te ducere in uxorē. Secundo, datis arrhis ſponſalitijs, ut pecuniæ uel alterius rei. Tertio, annuli ſubarrhatione. Quarto, interueniēte iuramento: ut cum alter alteri iurat, dicens: Iuro q̄ te in uxorē ducere uolo. Qūocunq; ergo quis iſtorum quatuor modorum promittit ducere aliquam, & poſtea non curat, peccat mortaliter: niſi legitimum impedimentum interueniat. Sciendū tñ q̄ ſi ſpōſi ſibi inuicē duplicent & diſſentiūt, ſi ſpōſalia nō fuerint iurata, poſſunt ſe mutuo abſoluere. Vnde notāt doctores in cap. p̄terea. de ſpōſalibus. Vbi inter cęteros Iacobus de Alberga notat quod qñ eccleſia uidet quod ſpōſi ſibi inuicē diſplicent, debet disſimulare: id eſt, nō debet cogere ſpōſum & ſpōſam ad perficiēdum matrimonium, pp malū quod poſſet inde prouenire. ſ. uxoricidium, uel mutua adulteria cōtrahentium. Et hoc placet Gaſpari. Si autē tm̄ alter diſſentit, dicit Gofredus, q̄ ex quo alter diſſentit: diſſentiēs pręciſe cōpellit, donec in eodē ſtatu permanet, ſed ſi cum alio contra

xerit per uerba de pñti: ceſſabit coactio. Idem uult Inno. titu. de ſpõſalibus. An autẽ ſpõſalia iurata poſſint mutuo partium diſſenſu diſſolui licet antiqui doctores dubitent de hoc, moderni tñ expedierunt illum caſum. Vnde Vincentius in c. præterea. de ſponſalibus. ponit diſtinguẽdo an iuramẽtũ dirigat in Deũ, an in hominem. Primo caſu, nullus poteſt abſoluere niſi Deus. Secundo caſu hõ, cui iurat poteſt abſoluere. Tunc autẽ dirigit in Deum, ſecũdum Io. Andre. qñ is, qui iurat, magis intendit placere Deo. quam hominibus: ſiue ſit in faciendo aliquid meritorium, ſiue in abſtinendo ab aliquo illicito. Exemplum primi: Iuraui abbati intrare monaſterium, hoc enim tm̃ Deum cõcernit nõ abbatẽ: unde abbas nõ poteſt me abſoluere à iuramẽto. Similiter iuraui nõ occidere hominẽ &c. Ad hominẽ autẽ tunc dirigit, ſi iuraui tibi ſcribere librum: ab hoc enim tu potes me abſoluere: quia te ſolũ cõcernit hoc opus. Licet enim oẽ iuramẽtũ cõcernat Deum principaliter, quia per religionem promittitur: tñ quia cõcernit cõmodum eius, cui iuratur: poteſt ab eo remitti. de iureiurãdo c. 1. Idem etiã tenet Gaſpar, dicens quod ſponſalia etiã iurata mutuo diſſenſu tolluntur: quia ſublata obliga-

tione ſublatũ eſt iuramentum : ſicut dicitur de ſtatuto & iurato : & notaẽ de p̃bẽdis.dilectio. Facit ad hoc regula,quod fauore.lib.6.Et notaẽ.31.q.3.c.1.in glo.penul. ubi dr̃ quod parentes ſicut poſſunt frãgere ſpõſalia filiorum:ſic et iuramenta remittere.Cõcludo ergo, et dico ſecundum Frãciſcum de Zabarellis, ꝙ ſi aliquis iurat ſpõſæ eius intuitu,poteſt ſpõſa ipſum abſoluere : ſecus ſi intuitu Dei, ſeu ob pietatem : ut cũ ſponſus eſſet diues,ſpõſa pauperrima. Tñ dicit Frãciſcus quod etiã in hoc caſu poteſt eũ ſpõſa abſoluere : quia licet iurauit intuitu Dei, tñ ex quo cõmodum cõcernit ſpõſam,ipſa poteſt remittere p̃dicta.Et ſic generaliter obſeruatur,nam eccleſia ſe non intromittit de ſponſalibus de futuro,nec ad inſtantiã alterius partis. Ambobus ergo diſſentientibus,etiam ſi iuraſſent,mutuo ſe poſſunt abſoluere.

Et nota ꝙ ætas ſeu tempus cõtrahendi ſpõſalia utrobiq; eſt ſeptẽnium. Vnde ſponſatio,q̃ fit in quinq; uel ſex annis, nulla eſt,ut de deſpõſatione impuberum.literas.Nã ex talibus ſpõſalibus inducitur publicæ honeſtatis iuſtitia. Eſt autem publica honeſtas, ſecundum Franciſcum in.c.iuuenis.de ſponſalibus, impedimentum,quod nec ex conſanguinitate nec ex affi-

nitate

nitate procedit, ſed ex quadã honeſtate q̃ ĩ ma trimonijs cõſiderãda eſt, ut ille qui prius cõtra xit ſpõſalia cum aliqua, ipſa mortua nõ ducat aliquã cõſanguineam ipſius infra quartum gra dum,ut in c.ad audientiã, et de ſpõſalibus. c.1. lib.6. Ratio autẽ huius cõſtitutionis eſt, quia experientia docuit graues rixas et inimicitias inter cõſanguineos oriri,q̃n uni deſpõſatam ali quis de cõſanguinitate ſponſi procurat habere. Sil̃r q̃n quis cõſanguineã ſpõſæ ſuæ ipſa mor tua,cum qua nõdum perfecerat matrimonium uult ducere, nõ eſt honeſtum cũ per hoc quaſi duo cõſanguinei uideãtur uni mulieri copula ri,quod honeſtas prohibet. Veruntamẽ ius cõ mune eſt,quod ſi quis deſponſat puellã ante ſe ptẽ annos,ſi interim ipſe moritur,poteſt eã fra ter ſuus ducere Similiter ſi moreret̃ illa puella anteſeptimum annum, uir duceret eius ſororẽ aut matrẽ.Et hoc totum habes de deſponſatio ne impuberum.literas.

Sunt autem octo caſus, in quibus ſoluũtur ſponſalia. Primus,ſi alter ſponſorum poſt de ſponſationẽ trãſeat ad religionẽ : quod etiã po teſt facere contracto matrimonio ante copulã carnalem : tunc enim mulier poteſt alteri nu bere,quaſi poſt mortem uiri,quia religio eſt q̃

dam mors ciuilis, ſecundum Thomã in.4.diſtin.27.q.3.Secũdus, qñ ſpõſus ſe abſentat per lõgum tẽpus, ſpõſa cum alio poteſt cõtrahere. Tertius, ſi alter eorum incurrat leprã uel paralyſim. Quartus, ſi ſuperueniret affinitas, ut quia ſpõſus cognouit cõſanguineã ſpõſæ. Quintus, ſi mutuo ſe abſoluũt. Sextus, ſi alter eorum fuerit medio tpe fornicatus: quia tunc redditur alteri ſuſpectus de fide poſtea nõ ſeruãda. Septimus, ſi ſpõſus cum alia contrahit per uerba de pſenti, uel etiã de futuro cum copula carnali. Si tñ cõtrahit cum prima ſine iuramẽto, cum ſecũda cum iuramento, debet adhærere primæ, & pœnitere de periurio. Octauus, qñ quis impubes cõtraxit ſpõſalia, & uenit ad ætatẽ adultã, & petit abſolui à uinculo ſpõſalium, & ſibi deri licẽtiã nubẽdi. In oĩbus autẽ iſtis caſibus debent ſponſalia authoritate eccleſiæ abſolui pterquam in primo, quinto, & ſexto, in quibus ſoluuntur ipſo iure. Addit etiam nonum caſum Hoſtien. ſcilicet ſi fama eſt quod inter os eſt canonicum impedimentum.

De definitione matrimonij.

Conſequẽter de matrimonio ſciẽdũ ꝙ ipm ſic definit: Matrimoniũ eſt uiri & mulieris cõiunctio, indiuiduã cõſuetudinẽ uitæ retinẽs.

nēs.Iſta definitio tradit.27.q̄ſtio.2.cap.1 . Per hoc ꝙ dicit̄, uiri & mulieris : excludit uiri cū uiro,uel mulieris cū muliere , uel unius uiri cū multis mulieribus : quia talis cōiūctio nō cau ſat matrimonium, ſed peccatū . Dicitur etiam, cōiūctio : ſcilicet amoris matrimonialis.Dicit etiā, indiuiduā uitę cōſuetudinē retinēs : quod eſt tm̄ dicere ꝙ neuter eorū abſq; alterius con ſenſu poteſt cōtinētiā profiteri, uel orōni uaca re,nec ſe alteri copulare , ſed ſibi inuicē ſeruare fidē,& debiti redditionem mutuā Similiter de bent eis mutuo de neceſſitatibus prouidere, & ſubuenire inuicē.Et hoc intelligēdū eſt de ma trimonio copula carnali cōſummato : quia nō cōſummatū tali copula , poteſt ſeparari per in greſſum religionis : ut de ſpōſalibus. commiſ ſum.Intelligit̄ etiā hoc de matrimonio fideliū : quia matrimoniū infideliū poteſt ſaparari,alte ro trāſeūte ad fidē. Ratio autē beati Tho.in.4. diſtinct.24.q.1 . quare cōiunctio matrimonij eſt inſeparabilis uſq; ad mortem inter homi nes,& nō inter alia animalia,eſt hæc,quia alio rū animaliū filij poſſunt ſibi uictū ſtatim habe re,uel ſaltē ad eorū ſuſtētationē unū ſufficit, ſi cut eſt de uacca,equa,aſina,et ſimilibus:et ideo ibi nō eſt certa cōiūctio certi maſculi ad certā fœmi

fœminã: nec etiã neceſſaria diuturna cõiũctio, eo ꝙ fœmina in eis ſufficit ad educãdũ fœtũ ſine maſculo. In his autẽ, quorũ filii indigẽt utriuſqꝫ, ſcilicet tam patris q̃ matris ſuſtentatione: alud eſt. Similiter ubi inuenit̃ aliqua determinatio quãtũ ad tẽpus ſuſtẽtationis, & educationis, ſicut in auibus. Vnde paſſeres, turtures, & colũbæ habẽt determinatas fœminas: quia habẽt educare pullos, & alter eorũ non ſufficeret ad q̃rendũ uictũ, cũ & ſe æqualiter nutrire debeãt. Non autẽ ſic eſt in hominibus: ubi filius indiget cura parẽtum ad magnum tempus. Et ergo matrimonialis cõiũctio inter ſolos homines dicit̃ indiuiſibilis ſecundum totã uitã alterius cõiugis. Oportet enim filiũ generari, educari, nutriri, & doceri, & ſibi de neceſſariis uitę a parẽtibus prouideri, eo ꝙ iuxta Apoſtolũ, oportet pr̃es filiis theſaurizare. 1 1. ad Cor. 12. Iſta autẽ requirunt magnum tẽpus. Et quo ad hoc dicit Lyra ſuper Mat. 19. ca. ꝙ matrimonium nõ ſolum eſt de iure diuino, ſed etiã de iure naturali: quia hoc natura dictat quòd uir & mulier cohabitẽt ſimul ꝑ totã uitã, ad educandũ & promouẽdum prolẽ uſqꝫ ad ꝑfectum ſtatum uirtutis. Dicit̃ autẽ matrimonium potius, q̃ꝫ patrimoniũ: quia maiora onera ſunt in ma-

tre,

tre, quã in uiro. Et dicit̃ a matre, quaſi matris munium, quia munitur a matre, & dat mulieribus eſſe matres: & quia etiã finis principalis matrimonij eſt bonum prolis, ĩ cuius procreatiõe mater magis laborat, & ideo ab ipſa denominat̃. Fuit autẽ matrimoniũ inſtitutũ à Deo ĩ ſtatu innocetiæ: ut dicit̃ de uoto. c. 1. lib. 6. Et hoc ꝑ illa uerba, hoc nunc os ex oſſibus meis. quæ uerba Adã Spirituſanto illuſtratus dixit. Gẽ. 1 1. in. fi. & 27. q. 2. lex diuina. Et ꝑ hoc reprobat̃ illa opinio, q̃ dicit ꝙ matrimonium ſit inſtitutum a Deo illis uerbis. Creſcite, & multiplicamini. quod uidet̃ incõueniẽs: cum etiã illa uerba prius dixerat Deus nõ ſolum ad homines, ſed etiã ad beſtias. Gene. 1. Et quãuis matrimonium etiã ſit inſtitutum tꝑe Moyſi, & tꝑe Chriſti: hoc fuit tamẽ diuerſis reſpectibus, Nã, ut dicit Tho. diſt. 26. in. 4. ſecundum quod ordinat̃ ad generationẽ prolis, quę erat neceſſaria: etiã ante peccatum inſtitutum eſt a Deo ĩ ſtatu innocentiæ, in hoc quod Deus formauit mulierẽ in adiutorium uiri: & hoc modo dicit̃ in officium fuiſſe inſtitutum: Sed inquãtũ eſt in remedium peccati, fuit inſtitutũ poſt peccatum tꝑe legis naturæ. Secundum autẽ determinationẽ ꝑſonarum habuit inſtitutionẽ in le

ge Moyſi, ubi nō niſi de certis tribubus copu-
labantur: Sed ſecundùm quod repſentat cōiun
ctionē Chriſti & eccleſiæ, ſic habuit inſtitutio
nē in lege noua: & ſecundū hoc dicit̄ ſacramē
tum nouæ legis. Et ex hoc habetur quòd duæ
principales ſunt cauſæ inſtitutionis matrimo-
nii, ſcilicet educatio prolis ad cultum diuinum,
& uitādæ fornicationis cauſa. Aliæ ſunt mul-
tæ cauſæ minus principales, ſcilicet pulchritu-
do uxòris, diuitiæ, reformatio pacis. Et pro-
pter iſtas cauſas, ſi etiam ducatur uxor, ſeruatis
uerbis de præſenti, tenet matrimonium.

Sciēdum autē ex quo, ut dicit̄. 7. Ethicorū,
in actu carnali priuat̄ hō magno bono, ſcilicet
uſu rōis: quia, ut dicit philoſophus, talis actus
furatur ītellectū ſapiētis. Et, ut dicit. Aug. 16. li.
de Trinit. ipſa uoluptas carnalis (qua maior in
uoluptatibus carnalibus nequit inueniri) mo
mento ipſo tp̄i quo ad eius pueniţur extremū,
pene oīs acies & uis rōis obruit̄. Nullus autē
ſecundum rectā rōnē debet ſe obligare ad ali-
quid, in quo tm̄ malum patit̄: niſi ſit aliquod
bonum recompenſans iſtud damnum. Vnde à
ſanctis patribus ponunt̄ excuſantia illum actū
tam dānoſum, ſcilicet bonum fidei, prolis, & ſa
cramēti. Fides hic ſumpta, eſt fidelitas, ſiue iu-
ſtitia

ſtitia ad actum, ad quē obligat ſe: ſcilicet ut ille nō q̄rat aliā: nec ecōuerſo. Similiter bonum prolis obligat quo ad cultum diuinum, ſcilicet ut religioſe, id eſt, ſancte, & deuote educet. Bonum autē ſacramēti eſt illa indiſſolubilitas inter uirum & mulierem: & ſignat indiſſolubilitatē coiunctionis Chriſti & eccleſię, & hoc eſt bonum intrinſecum matrimonii: quia pfectio prima eſt formalis: prima autē duo bona, ſcilicet fides & proles, ſunt bona extrinſeca matrimonii. Ex his patet ꝙ ex quo (ut dictū eſt) ſacramētum eſt bonum excuſans iſtum actū: uidet ꝙ actus ipſe matrimonialis nō ſolum eſt bonus, ſed etiā ſanctus: quam ſanctitatē habet ex indiuiſibilitate coiunctionis: ſecundū quā ſignificat coniunctionē Chriſti & eccleſiæ. Ita etiā dicit Tho. in diſt. 31. in quarto. q. 4. Ex quibus oībus infertur ſecundum Bonauent. ibidē ſecundo principali. q. 2. ꝙ qui coit cauſa fornicationis uitādæ in uxore, ne ſcilicet uxor fornicetur: ſic reddēdo debitum nullo modo peccat, ſed magis meretur: quia exercet opus iuſtitiæ, hoc eſt fidei, ad quā tenetur: & ideo omnis culpa excuſatur. Si uero coit cauſa fornicationis uitādæ in ſe ipſo, ſcilicet ne ipſe ſolus fornicet in hoc peccat uenialiter: & hoc ſi nō

pulſat

pulſat a carne. Nã ex quo nõ poteſt procreare
prolẽ,nec pp eã procreãdã coit, nec cõpellitur
ab uxore ad reddẽdum debitum, aliqua ſuper-
fluitas eſt ibi:& ideo peccat,ſed uenialiter: imo
dici poteſt ſecundum Petrum de Tharant. in
quarto,diſtinctione trigeſima, q̃ſtione quarta
principali.q̃ſtione ſecunda, articulo primo, ꝙ
q̃rens delectationẽ in cõiuge, ſiſtẽdo tñ intra fi
nes matrimonii,ſcilicet qñ cum altera muliere
id nõ faceret: ueniale eſt peccatum, licet etiam
fiat cauſa explẽdæ libidinis,Sed ſi q̃rat delecta
tionẽ in ea,nõ ut in cõiuge,ſed ut in alia mulie
re quacunqꝫ tũc eſt peccatum mortale. hoc eſt
cõtra Hugonẽ.31.q.1.qũo. ubi dicit uſum ma
trimonii nõ poſſe impleri ſine peccato, ſaltẽ ue
niali: quia põt etiã eſſe matrimonium,cùm fit
bono intuitu,ſicut fuiſſet in ſtatu innocẽtiæ,ſe
cundum Frãciſcum in rubrica de ſponſalibus.
Hoc idem innuit.Io.And.in gl.ſuper.c. alma.
de ſenten.excõ.li.6.ſuper uerbo, ſacramentis.
ubi dicit ꝙ datur gratia per iſtud ſacramentũ.
ſed nõ ſicut per alia ſacramenta. Confertur au-
tem in hoc ſacramento gratia adiuuans ad illa
opera,quæ in matrimonio requiruntur.Ratio
ſecundum Tho.in.4.diſt.26.q.4.quia ubicun-
que diuinitus datur facultas aliquid faciendi,
dantur

dantur etiam auxilia,ſine quibus nō poteſt cō uenienter uti illa facultate: ſed in matrimonio datur diuinitus facultas utēdi uxore: & per cō ſequens dat̃ gratia, qua idem conueniēter fieri posſit. Hæc ſanctus Tho. Et per hoc reprobatur gloſ. 1. quæ. 1. quicquid. Etiã dicit doctor ſubtilis ꝙ effectus iſtius ſacramenti ſunt duæ gratiæ in animabus contrahentiũ, & hoc niſi ſit obex mortalis peccati. Et.n. non ſufficit ad gratiã percipiendã ꝙ cōtrahens non ſit fictus reſpectu ſacramēti:id eſt, quòd nō ficte recipere intendit, ſed oportet ꝙ prius pœnituerit: qa illud ſacramentũ non dat pœnitentiã. Eſt ergo unus & totalis effectus iſtius ſacramenti. ſ. gratioſa coitio animorum. Hæc doctor ſubtilis. Pro iſto dicto eſt, c. unicum, de ſacra unctione. Vlterius eſt ſciendum de illis quæ requiruntur ad matrimonium ut ſit uerum.

Primò requiritur ætas debita perſonarum cōtrahentiũ. Nã uir debet eſſe quatuordecim annorum, & fœmina duodecim annorum. Vnde ſicut ſponſalia infra ſeptimũ annum non tenēt: ſic matrimonium etiam nō tenet infra. 14. annũ. Quantumcunq; enim fuerit matrimonium de uerbo de præſenti infra quartum annum, nihilò minus non eſt aliud niſi ſponſalia

de futuro uſque ad decimumquartum annum. Et iſta poſſunt rumpi poſtquam ſponſi uel alter illorum uenerit ad debitam ætatem.

Secundò requiritur cõſensus mutuus contrahentiũ pſonarũ per uerba de præſenti. Consensus autem ille, secundũ Bona. in. 4. diſt. 28. debet eſſe ĩ mutuã corporis ptãtem. Verba autẽ de pñti ſunt iſta ex parte uiri, Accipio ego te in meã uxorem. Verba autem mulieris sũt iſta. Ego te accipio in meum uirũ. Et ſunt iſta uerba neceſſaria: quia ſacramentum eſt res ſenſibilis: & ideo in eo requiritur ſignum expreſſiuum: quæ expresſio conuenientius fit per uerba de pñti, unde & iſte conſenſus poteſt bene per alia uerba expediri: uel exprimi inter homines uſitata quæ iſtis æquipollent dicendo. Consentio ĩ te, tanquam in uxorem. Similiter ſi præceſſit interrogatio inter aliquos de contrahẽdo, ſi alter eorũ dicat: Volo te de cætero habere in uxorem, & illa respondet Et ego te uolo habere in uirum. Vel, uolo ꝙ tu ſis uxor mea: & illa, et ego habeo te pro uiro. In oĩbus talibus cõtrahitur matrimonium. Sed ſi diceres, uolo te accipere in uxorem: uel uolo in te cõsentire, tanquã in uxorem: non eſſet matrimoniũ. Similiter ſi dicat uir, Promitto quòd

 te non

te non dimittã pro meliori uel pro peiori:etiã iudicandum eſt pro matrimonio. Item ſi poſt datam fidem dicant aliqui: Bibamus nomine matrimonii, & oſculemur nos. Gulielmus dicit quòd non eſt matrimonium, niſi uellent ꝑ hoc recedere à ſponſalibus et cõtrahere de præſenti,quia illud dictum ſignificat futurũ matrímoniũ.Sed ſi diceres, Bibamus pro matrimonio contracto:eſſet matrimonium.Franciſcus tamen dicit quòd illa uerba,bibamus nomine matrimonii,ſunt cõfesſio ueri matrimonii, & ergo eſt matrimoniũ. In omnibus autem iſtis ubi uerba dubia ſunt,recurrendum eſt ad intẽtionem contrahentium,& ad cõem uerborum uulgarium intelligentiam. Vnde credo quòd per illa uerba sponſi interrogati,ſcilicet in Polonia dicendo, N. placet tibi habere K. in uxorem.illo rñdente, placet: ſi mulier interrogata, rñdeat ſimiliter:contrahitur uerum matrimoniũ:arg.c.ex literis desponsalibus. Nã per illa uerba oẽs ĩ Polonia ĩtelligũt contrahi matrimoniũ.Ergo ſi ſic uicini cõiter intelligunt, debent etiã contrahentibus illa uerba facere eundem ſenſum. Nam ut dicunt doctores in capit.ex literis, de ſponsalibus in talibus recurrendum eſt ad intellectum uicinorum.Hoc ap

probat Franciſ.ibidē.Et dicit Hoſt.quod quāuis alter nō intellexit ad literā uel linguā: ſi tñ intellexit affectū uel ſenſum nutu uel ſigno:ſufficit.Et non refert an nutu uel lingua intelligat arg.de trāſ.epiſ.īter corporalia.44.di.ſit rector. Vnde ſi ſponſus dat annulum dicēdo in Theutonico ꝑ uerba de pñti, & ſpōſa Polona recipit annulū annuēdo:dr̄ conſentire,in.d.c.ex literis.Dicit ēt Frācıſ.de Zabarellis in capit. ex parte,de ſponſalibus,quod ſi dicat uir:Promitto quod te ducam in uxorē, & de cætero tenebo ut uxorē,ſi talis contrahit cum alia per uerba de pñti: adhærebit ſecundæ, ꝑꝑ uerba illa, ducam te.quæ ſunt de futuro,quæ etiam uerba reſtringuntur per ſequētia, cum dixit, tenebo te ut uxorem. Et dicit Inno. quod hæc uerba, ducam &c.non ſonant tantum actum, ſed etiā ius,ut ſit ſensus. Promitto quòd,tunc fiam tua legitima uxor, & hoc eſt, ſi ſunt uerba mulieris.Illa autem uerba,promitto quòd tenebo te pro uxore,habent ſenſum, ac ſi dicat uir. Habeo tecum matrimoniū, uel accipio te in meā uxorem,& promitto quòd de facto tenebo te pro uxore.Si autem dicat, promitto quod nūquam habebo aliam niſi te: licet iſtam non tenetur ſimpliciter accipere, ſi nullam uxorem

in uita

in uita ſua uult ducere: tamen ſi uellet ducere aliam, non poteſt, quia de communi uſu loquẽdi ſenſus eſt, Recipiam te & non aliam, ſi uxorem uoluero ducere. Item ſi concubina dicat alicui, nolo quod me cognoſcas niſi tanquam uxorem: & uir taceat, & cognoſcat dicit Ioannes de Lignano quòd eſt præsumptum matrimonium. Sed tamen Gaspar dicit quòd non, quia non expreſſerunt: & etiam quia tacẽs habetur pro contradicente in hoc caſu: cum agatur de obligatione ipſius, ſcilicet ſub conditione, uel ſub modo. Sub cõditione fit, ut cõtraho tecum, ſi patri meo placuerit, uel ſi inuenero te habere centum marcas, & ſic de ſimilibus, & talis cõtractus ſuſpendit matrimoniũ uſque ad exiſtentiam conditionis, id eſt, non prius tale matrimonium tenebit, niſi impleatur illa conditio. Si tamen interim conſenſus de præſentĩ, uel copula carnalis fuerit ſubſecuta, tenebit matrimonium: eò quod tales uidentur receſſiſſe à conditione ut de conditionibus appoſitis, de illis, & ca. ſuper eo. & ca. per tuas. Et hoc intelligendum eſt de conditione honeſta: quales ſunt duæ illæ ſupra poſitæ. Nam ſi eſſet conditio contra ſubſtantiam matrimonii, ut contraho tecum ſi non prolificabis: uel donec mihi aliã

inueniam:uel ſi te exponas pro quæſtu proſti tuendam,omnes tales nihil agunt. Si tamen quis dicat:Contraho tecum,ſi te uirginem inuenero,et poſt ea ſequitur coitus, nec inuenitur uirgo:dicit Bernar.et Hoſt.quod iudicabitur pro matrimonio,et hoc in foro iudicii: tamen in foro animæ non ſic iudicabitur:quia dignũ eſt ut mulier quæ mentita eſt ſe eſſe uirginem,maneat decepta et ut uiro ſubueniat, qui forte uult uitare bigamiam.Sed ſub modo con trahitur ſic:Do tibi tunicam,uel cinculum,uel annulum,ut contrahas mecũ,alioquin reuoco ꝙ donaui,talis contractus ſtatim tenet. Sed ſi non ſeruetur modus poterit reuocari. Dicunt tamen doctores quod licet poſſet contrahi ma trimoniũ sub conditione:non tñ sub mõ, hoc eſt tenendum. Matrimoniũ tñ ex cã cõtractũ tenet,ſiue cã ſit uera,ſiue falſa:ut,cõtraho tecũ, quia pulchra es, ſiue diues, niſi cã eſſet ita falſa quod contineret ĩ ſe aliquod impedimentum: ut contraho tecum,quia libera es. Nam ſi non eſſet libera:nõ teneret matrimoniũ etc.Et sciẽdum etiam quòd ſi quis contrahit cum aliqua cum cõditione : deinde tamen ante aduentum conditionis contrahit cũ alia purè debet manere cum ſecunda,eiiã ſi ſit conſanguinea primæ.

De impedimentis Matrimonij.

NVnc uidendum eſt de impedimentis matrimonii. Sunt autem duodecim Impedimenta, q̃ impediunt matrimonium contrahendũ, et dirimunt iam cõtractum, ſecundum Innoc. in ca. iuuenis desponsa. Primum eſt furor. 32 quæſt. 8. cap. neque furioſus, ubi dicit. Neq; furiosus neque furioſa contrahere pñt matrimonium: ſed ſi contractũ fuerit, ſcilicet ante furorem: non ſeparentur. ſ. propter furorẽ. Et ratio: quia tales non poſſunt conſentire. Si tamen habent lucida interualla: tunc bene poſſunt: ut dicit glo. ibidem. Secundum, ſi eſſet utroq; articulo, id eſt, teſticulo carens, uel impotens coire. 31. quæſt. 7. illi. Tertium, eſt affinitas, ut ſi quis ſponſam de præſenti conſanguinei ſui recepit in uxorem, et eam cognouit: impeditur contrahendum, et dirimitur contractum: ita quòd primo reſtituitur, ſed mulier non poteſt induci ad abſtinentiam propter publicæ honeſtatis iuſtitiam: ut de eo, qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ cap. diſcretionem.

Quartũ, eſt error in pſona: ut cum qs putãs cõtrahere cum R. cõtrahit cũ Vrſula. Quintũ, eſt error in cõditione ſeruili: ut ſi quis cõtrahit cũ aliqua, putãs eã eſſe liberã: cum tamen non

eſt libera:ut de cõiugio ſeruorũ.ca.2. Sed quid dicendũ eſt de Iacob,qui deceptus eſt in perſonã.ſ.qui putãs Rachaelem,cum qua contraxerat, inuenit Liam, & tñ tenuit matrimonium? Reſponſio ſecundum Gratianum. 29. quæſt. 1.quod illud matrimoniũ non tenuit ex præcedenti conſenſu.ſed ſubſequente: quia poſt copulam carnalem in eandem cõſenſis de nouo. Error tamen qualitatis nõ excludit cõſenſum matrimonii: ut ſi putatur bonus, qui tamẽ eſt malus,& ſi putatur uirgo, quæ tamen inuenitur corrupta.Similiter error ſortum: ut ſi putatur ſponſa diues,quæ tamen eſt pauper.In omnibus iſtis caſibus non dirimitur matrimoniũ contractum.Sextum,eſt uotum ſolenne:ut ſacri ordinis uel profesſionis: unde ſi quis ꝓfeſſione facta in religione uel ſacro ordine uxorem duxit:dirimitur matrimonium, ut qui clerici uel uouentes.c.inſinuante,& de uoto, cap. unico.libro.6. Alia autem uota ſimplicia licet impediant contrahendum:non tamen dirimũt iam contractum.Vnde ſi quis uouet ſimpliciter non uelle ducere uxorem , & poſtea duxerit:tenet matrimonium.Sed ille peccat mortaliter ſic contrahens , & non debet petere debitũ ab uxore ; ſed tamen tenetur reddere quando

peti-

petit̃ ab eo:ut notāt doctores in ca.rurſus, qui clerici uel uouentes.de quibus uide ibi materiā iſtam. Sed tamen ſi quis habens uotum ſimplex quærat à ſacerdote an poſſet contrahere: dat conſilium Hoſti. quòd poteſt dicere quod ſic.Si autem quærat ulterius an tale matrimonium tenebit,debet dicere quòd non, aliàs peccaret,quia daret occaſionem mortaliter peccandi.Septimum,ſi machinatus eſt in mortē prioris coniugis ſeu uxoris, uel eam ducere promiſit.de eo,qui duxit ĩ matrimonium quam pol. ꝑ adulteriū.cap.ſignificaſti.Et dicit Ioan.An.ĩ ca.laudabilem de conuer.infidelium, quòd qñ machinatio eſt ab utroque.ſ.à uiro,& à muliere in mortem mariti,tunc ſufficit ad dirimendum matrimoniū ſine adulterio. Quando uero machinatio eſt ab altero tantum , tunc non ſufficit ſine adulterio,ut de diuortijs. capit.j.& iſtud imprimendū eſt menti,quia raro iſte punctus bñ intelligitur.Octauū,ſi eſt alterius cultus,ut Saracenus uel Iudæus.28.q.1.caue. Nonū,ſi per uim coactus eſt contrahere,ut de ſpōſali.cum locū.Et intellige de ui uel metu.qui cadit in conſtantē uirum,ut dicit gl.1. ibidem. q̄ etiam dicit quòd minor metus excuſat fœminā,q̄ uirum.quod ſimiliter nota.Decimum eſt

ſacer ordo, ut qui cleri. uel uouen. cap. 1. & de uoto. cap. unico lib. 6. Vndecimum ſi eſt alteri nupta. de ſponſa. duorum cap. 2. Duodecimũ, eſt publicæ honeſtatis iuſtitia. de ſponſal. ca. iuuenis, et ca. ad audientiã. Sunt alia duo impedimẽta, q̃ impediunt, et nõ dirimunt. ſ. tempus feriarum, ut de feriis, cap. capellanus. Et interdictum eccleſiæ, ut de deſponſa impu. ca. ad diſſoluendum. De omnibus iſtis dantur uerſus p Ioan. And. in Sum. quarti ſub hac forma.

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, uis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, uel ſi coire nequibis:
Hæc ſociãda uetant cõnubia, iuncta retractãt.

Et de ultimis duobus dantur uerſus:

Eccleſiæ uetitum, necnon tempus feriarum.
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

De cautelis huius ſacramenti.

ET primo cauet uir, ne uolens à muliere extorquere carnalem commiſtionem fingat ſe eam ducere uelle, non habens tamen intentionem & propoſitum eam ducendi Nam talis ſi eam non ducat, grauiter peccat, licet in foro pœnitentiali non iudicatur pro matrimonio. Et licet mulier, quæ ſimplici animo ſibi cõſentit in peccato, excuſatur, tamen deceptor ta-

lis

lis ſi uult uerã pœnitentiam agere, neceſſe habet eam ſine fictione ducere, quãtum ĩ eo eſt, uel dare ſibi uirum conuenientem, uel aliter ſatisfacere. Et hoc ſecundum Tho. Et hoc ſi uir eſt æqualis conditionis cum illa. Nam ſi uir eſſet melioris conditionis, puta nobilis, & mulier ruſtica uel ribalda, poteſt probabiliter præſumi quod nõ fuit decepta, ſed ſe decipi finxit, & tunc in tali caſu ſi ille non animo ducendi cohabitauit cum ea, non tenetur eam ducere, nec ei ſatisfacere, ut dicunt doctores.

Secundo caueat ne quis ſponſam ſuam contractis ſponſalibus antequam ſolennitates matrimonii fiant. i. anteq̃ in facie eccleſiæ copulentur, audeat cognoſcere: nam talis peccat ſecundum Gul. Et hoc intellige in illis partibus ubi primæ nuptiæ benedicuntur. Vnde cum iſtæ non ſunt uirgines, nec alter illorum, poſt illã occultam commiſtionẽm ſi accipiunt benedictionem, quam ſolę uirgines uel alter ipſorum accipere conſueuit, peccant: cum ſecundæ nuptiæ non ſint benedicendæ. Si tamen non eſſet conſuetudo in aliquibus partibus primus nuptias benedicere, ſicut eſt in Polonia: credo quòd ſponſus cognoſcens ſponſam animo conſumandi matrimonium, antequam ĩ facie eccle-

eccleſiæ copuletur,non peccet niſi uenialiter. Hæc Tho.in.4.Senten.diſtinct. 28.

Tertio caueat uir,ne cum illa contrahat per uerba de præſenti,cum qua alter contraxit per uerba de futuro,& copula carnali conſumauit: quia nec uerum , nec aliquod cenſetur matri- monium, quod poſtmodum de facto eſt ſub- ſecutum:ut de ſponſa.is qui.

Quartò caueant parentes,ne cōtrahant pro filijs aut pro filiabus ſponſalia,uel matrimoniū cū adiectionæ pœnæ.Nā talis adiectio pœnæ nō ualet de iure:ut dicit̃ in.c.gemma.de ſponſa libus,eo quòd matrimonia debent eſſe libera. Et hoc eſt contrà noſtrates,qui ſtipulant̃ pœ- nas,niſi impleant filii eorum uoluntatē. Dicit tñ Franciſcus de Zabarellis,Io.And.Vincent. & Abbas in dict.c.gemma & Arch.30.q.2.c. uni.quòd bene poſſunt ſtipulari uel dari.pigno ra inter contrahentes:ſed non pœnæ. Ratio, quia pœna ſolum præmittitur, arrhæ uerò dā tur. Faciliores autem ſumus ad promittendū, quàm ad dandum. Item arrhæ fiunt in modi- ca quantitate,pœnæ uerò in magna:& ideo ti- more magnæ quantitatis poſſent quis cōpelli ad matrimonium.Vinc.tamen quòd ſi ſint ex tranei omnino, qui non habent contrahentes

per-

perſonas in ſua poteſtate: iſti poſſunt ſtipulari pœnas inter ſe,& perdunt eas,uel acquirunt,ſi ſponſi non ſtant in eorum promisſionibus.Inter uerò parentes uel alios,qui habent ſponſos in poteſtate,nõ habet hoc locũ de pignoribus. Etiã teneas ꝙ ſi datᷓ pignus loco arrhæ, tũc tenet:ſi aũt ꝑ pœna,tũc nõ.Itẽ ſi datᷓ ꝑ cõuentione,nõ tenet ſi aũt ꝑ traditionẽ,tenet .Hoc autẽ dr̃ ſecundum Iacobum de arrha,quòd ratio pignoris tenet,ſi traditᷓ,ſecus ſi cõſtituitur tantũ, quia quãdo conſtituitur tantum,tunc cedit loco arrhæ,ſed ſi traditur cedit loco pœnæ.

Quintò caueãt contrahẽtes, ne in cognatione carnali,ſpirituali,uel legali contrahant. Nã prohibentur cõtrahere conſanguinei uſque ad quartum gradum incluſiuè in collateralibus,in aſcendentibus aũt & deſcendentibus perpetuo. In cognatione autem ſpirituali prohibẽtur hi, ſcilicet,baptizatus & leuans. Baptizatus & filij leuantis.Item Baptizatus, & coniunx leuantis prius cognita. Item leuans, & parentes leuati. Et eodem modo dico de baptizato & baptizãte. Similiter inter confirmatum & tenentem & inter confirmantem & confirmatum. In alijs autem ſacramentis non contrahitur talis cognatio, ſcilicet in pœnitentia, quia pœnitentia

tentia non eſt ſacramentum collatum per mo dum generationis, ſed ſanationis, ideo per ipſum non contrahitur ſpiritualis cognatio.alias enim filius præsbyteri non poſſet inuenire uxorem in tota parochia,ſecundum Tho.in.3. Senten.diſtinct.22.q.1.artic.Licet enim inter ſacerdotem & confitentem cōtrahatur fœdus, non tamen deriuatur ad alios eorum cognatio.tamen cathechiſmus licet impediat contra hendum, non tamen dirimit contractum, ut de cognatione ſpiritu. per catechiſmum lib.6. Item cognatio legalis impedit uſque ad eman cipationem. Eſt autem cognatio legalis illa, quando quis adoptat in filium aliquem extra neum coram iudice.Et dico coram iudice,quia aliàs facta in priuato nihil ualet,ſecundum Hoſtien.de cogn.lega.c.unico, &c.Et quia iſta cognatio apud nos hodie non uiget, ideò de iſta ſuperſedeo.

Sexto caueat uir,ne dimittat uxorem ſuam propter quamcunq; cauſam, niſi propter fornicationem: ut dicitur in glo.c.quæſiuit. de diuortijs.Et intellige tam de fornicatione carnali,quàm etiā ſpirituali, ſicut eſt idololatria uel hæreſis.Similiter ſi mortem uiro machinatur. In iſtis tamen caſibus non ducet aliam, quandiu

diu uiuet quam dimiſit. 32.q.4. omnes cauſa-tiones. Ratio, quia licet quo ad coniugalẽ thorum ſit diuortium, non tamen quo ad uinculũ, quod eſt indiſſolubile & perpetuũ. Ex quo patet ꝙ mulier à uiro nõ ſeparatur pro furto, uel pro alio crimine, uel pro alio impedimẽto, ut dicit̃ in capi. quæſiuit. de diuortijs. nec etiã pro aliquo defectu corporali, ſcilicet pro ſurditate, cæcitate, ꝑ fœtore oris, &c. Et intellige etiam quòd quantuncunq; eſſet notoriũ crimen fornicationis in uxore, nõ põt uir ſine iudicio eccleſiæ ꝓpria authoritate eã dimittere, licet bñ põt debitum ſibi in priuato denegare. Archid. in cap. porrò, & cap. ſignificaſti. de adulterijs. In hoc tamen caſu quando alter fornicatur ſpiritualiter, ſcilicet ſi labatur in hæreſim, non põt is, qui remanet in fide, aliã ducere, illa uiuente hæretica. Secus ſi aliquis infidelis uel paganus conuertitur, cuius uxor non uult conuerti, uel non uult ei cohabitare ſine contumelia creatoris, quia talis poteſt contrahere, etiam uiuente tali uxore, ut de diuor. capit. 5.

Septimo caueat uir ne uxorem in adulterio deprehenſam interficiat, quia licet ſecundũ leges ciuiles non puniatur talis occiſor aliqua pœna, tamẽ ſecundum ius diuinum punitur

33.quæſt.2. inter hæc. ubi expreſſe prohibet tale uxoricidium.Debet enim eam potius cor rigere,& ſibi reconciliare, cum Deus paratus ſit accipere ipſius pœnitentiam,exemplo mu lieris adulteræ. Ioannis.8.ut dicit Bona uentu ra in quarto,diſt.23.quæſt.1.& Thomas quæ ſtio.1. Qui etiam addit quòd occidens uxorē propter adulterium uel odium ex ſtatuto ec cleſiæ contrahere cum alia non debet,& maxi me ſi occidat eam,ut cōtrahat cum alia. Secus eſt ſi non eo animo, quia tunc licet nō debeat contrahere, ſi tamen contrahit, tenet.

Octauò,ne aliquis habens aliquem ſacrum ordinē cōtrahat matrimoniū,q̄a tale matrimo niū nō tenet,ut deuoto.c.unico,lib.6.Similiter e cōuerſo caueat ne contrahens ꝑ uerba de pñ ti cum aliqua,ſacrum ordinem accipiat, quia talis debet reſtitui uxori:& ſi poteſt eſſe ſine ſcādalo uxoris,debet deferre habitum & coro nā clericalē.Nec poteſt contrahere poſt mor tē illius uxoris,& ſi cōtraxerit,nō tenet matri moniū,ſecundū Inn.Nec ēt poſt mortē uxoris poterit ī ſuſcepto ordine miniſtrare,ut ī extra uagāti Ioānis papæ uiceſimiſecūdi,q̄ incipit an tiquæ.Talis.n.reſtitutus uxori tenebitur red dere illi debitum,ſed non poterit petere.

Nonò

Nonò, caueant cōiuges, ne poſt benedictionē acceptā prima nocte cōmiſceātur, ut. 23. diſtin. ſpōſus. Alibi etiā dicitꝙ biduo uel triduo debēt cōtinere, ut. 30. q. 5. aliter. Sed hoc eſt cōſilium, nō p̄ceptū, & ideo ne quis obliget ſub p̄cepto ſpōſos ad talia, hoc pono pro auiſamēto, quia multi faciūt īdiſcretè cōſciētiam de talibus ipſis cōiugibus ꝑ modū p̄cepti, quod fieri nō debet, ſed per modum conſilij tantum &c.

Decimò, caueat uir uel fœmina ne ſine parētum conſilio uel conſenſu nubat, quia, ut dicit Ambr. in lib. de patriarchis. Nō eſt uirginalis pudoris, eligere maritū. Vnde & Euariſtus papa dicit quia aliter non eſt legitimū cōiugium, niſi à parentibus tradatur. Et Euripidion in ꝑſona cuiuſdā fœminæ legit dixiſſe. Spōſalium meorum pater meus curā ſubijt, maritū eligere nō eſt meū. Hæc oīa habent. 32. q. 2. nō omnis. §. cū ergo dr̄ &. §. honorant. Si tn̄ fecerit, tenet matrimoniū, quia hoc ſolū eſt de honeſtate, & nō de neceſsitate, maximè ſi habet annos legitimos, ſcilicet uir quatuordecim, & fœmina duodecim. Dicunt tamen leges quòd fœmina poſt uigintiquinque annos inuitis parentibus nubit, & uerum eſt.

Vndecimo, caueat ſacerdos ne clandeſtinè

aliquos copulet,hoc eſt,ne ꝑtermiſſis bãnis in eccleſia aliquos introducat,ſiue copulet. Nã talis ſacerdos ſuſpẽditur ꝑ triẽniũ, ut notatur de clandeſtina deſponſatio.c. cum inhibitio.

Duodecimo,caueat ſacerdos ne benedicat ſecundas nuptias, quia irregularitatẽ incurreret. Poteſt tñ per epm ſuꝑ eo diſpẽſari,ut in extrauagan.Ioan.22.quæ incipit, concertationi.

Tredecimo,caueat ne uir ſemper exigat uel reddat debitũ uxori,quia hoc ꝑceptũ de redditione debiti cum affirmatione nõ obligat niſi pro loco & tpe,ſecundũ Ioã.Pariſiẽ.quia obligat ſemper,ſed nõ ad ſꝑ,nec pro ſꝑ, ſed qñ poteſt eſſe debitè circũſtãtionatus,ſecundũ doctorẽ ſubtilem in.4.diſtĩ.24.quia fortiori uinculo obligat̃ ad nõ reddendũ,ut in hoc caſu, quia tenet̃ nõ occidere fœtũ in utero ꝑgnãtis,uel non eſſe cã abortiui. Siſr ſi redditio debiti uergit ĩ detrimẽtũ ſanitatis,nõ tenet̃ reddere,quia tenet̃ potius propriã ĩcolumitatẽ ſeruare,ꝙ iſtud detrimẽtũ uitare in cõiuge.Siſr nõ tenet̃ ſatisfacere uolũtati mulieris tpe mẽſtrui, ne proles naſcat̃ leproſa,q̃ aliàs poteſt procreari ſana, ẽt q̃a talis coitus inducit perpetuã ſterilitatẽ in muliere ſecundũ Aug.propter cõmiſtionẽ ſeminis cũ ſanguine.Vnde ſi contingeret naſci fœtũ,fit lepro

leproſus,ſcabioſus,cæcutiens,uel interdum caducus,uel obſeſſioni dæmonũ, tãq̃ uas ĩmundè cõpoſitũ,aptus. Et ideo in lege Moſaica accedẽs ad mẽſtruatã,morte moriebatur,q̃ mors nõ infligebatᷓ niſi pro mortali. Et ſi dicitᷓ,tñ leproſo uiro tenetᷓ mulier reddere debitum, licet nõ teneatᷓ ſecũ cohabitare, ubi tñ certiſſimũ eſt ꝙ proles naſcetᷓ leproſa, ergo ſimile eſt in mẽſtruata. Reſpõdeo ſecundũ doctorẽ ſubtilẽ ubi ſupra,quia in menſtruo poteſt expectari tẽpus cõgruũ ut naſcatᷓ proles ſana, in lepra uero nõ. Vnde melius ẽ ꝙ naſcatᷓ leproſa uel aliqualis,q̃ oĩno nulla,quia melius eſt ſic eſſe. quã nõ eſſe. Veruntamen dicit Tho. ubi ſupra q.2. artic.2. Si ẽ fluxus innaturalis & diuturnus,poteſt uir ad talẽ accedere,quia aliàs oporteret uirũ ꝑpetualiter abſtinere. Dicit etiã ꝙ mulier mẽſtruata poteſt reddere debitum uiro petẽti, debet tñ eum auertere precibus ut ſufferat,nõ tñ ita efficaciter debet auertere ꝙ poſſit ſibi eſſe occaſio incidẽdi ĩ aliquas peſſimas corruptiones, ſicut ad id pronus creditᷓ. Si autẽ credit ꝙ petit ignorãter,debet mulier aliquam occaſionẽ ꝓtẽdere, uel infirmitatẽ allegare, ne debitũ reddat,ne periculũ uiro timeatᷓ. Dicit autẽ Thomas,ꝙ accedẽs ad ꝑgnatã,nõ ſꝑ peccat,niſi timeatur abor

 tus,

tus. Dicit etiã ipſe quod ſi tunc uir p̃ter cõſuetudinẽ & modũ à natura inſtitutũ quãtum ad ſitum, exigit debitum à cõiuge, puta à parte poſteriori, uel ad latus, nõ ſemper eſt peccatũ mortale, ſed qñq; poteſt eſſe ſine peccato, dimittere autẽ proprium uas, ſemper eſt peccatum mortale & ſodomiticum, quia hoc eſt contra naturam coniugij, hæc ſanctus Thomas.

De expoſitione miſſæ.

HOc facite in meã cõmemorationẽ. Lucæ. 22. & de cõſec. diſt. 2. iteraẽ. Quia ſecundũ beatum Tho. in 3. Par. Summæ ſuæ. q. 83. arti. 4. myſterium noſtræ ſalutis totum cõprehẽditur in ſacro Euchariſtiæ, ideo tale ſacr̃m præ cæteris agit̃ cũ maiori ſolẽnitate. Quę quidem ſolẽnitas in miſſæ officio cõſiſtit, ubi recolitur ſingularis memoria dñicæ paſſionis iuxta qđ ipſe iturus ad paſſionẽ, fieri p̃cepit dicens. Hoc facite in meã cõmemorationẽ glo. id eſt, in memoriã mortis meæ. Et quia ſingulę partes miſſæ inenarrabilẽ dulcedinẽ redundant diuinorũ myſteriorum (deſignãt enĩ geſta, facta & op̃a Chriſti, qui operatus eſt ſalutẽ in medio terræ, & p̃cipuè circa myſteriũ ſuæ paſſionis, reſurrectionis, et aſcẽſionis) ideo de ſingulis particulis huius ſacri officij breuiter intendamus.

Circa

Circa quod ſciēdū ꝙ miſſa dr̄ primo à mittēdo, quia angeli ibi mittunt̄, ut dicit Greg. de conſe. diſt. 2. quod ſi ſanguis. Secundo rōne filij, qui ibi mittit̄ à Deo patre. Tertio rōne nr̄i, qui mittimus uota noſtra ad Deū per ſacerdotē, ut nobis Deus mittat benedictionē & gratiā. Quarto rōne ſcilicet cathecumenorū, qui, ut dicit Hug. antiquitus admittebantur uſqꝫ ad offertorium, & ab offertorio foras mittebant̄. Cathecumeni autē erāt nouiter credētes, nōdū baptizati. Habet autē multa noīe iſtud officiū miſſæ, ſeu ſacr̄m. Dicit̄ enim miſſa propter ratiões p̄dictas. Itē dicit̄ Euchariſtia ab εὐ quod eſt bonum, & χάρις gratia, quaſi bona gratia. Dicit̄ hoſtia ab hoſtibus uincēdis quia per eā nr̄i hoſtes uincunt̄. Immolatio dicit̄ ſecundum Iſid. 6. etymo. ab in & moles, quia in mole, id eſt, in cumulo altaris ſacrificatur. Cōio dicitur, quia eſca eſt omniū fideliū. iuxta illud. Oēs de uno pane & de uno calice participamus. Dicit̄ uiaticum, quia datur in hac uia præſentis uitæ ad ſuſtētationē. Dicitur ſacrificium, quaſi ſacrū faciēs, quia myſtica prece cōſecrat̄. in Pſal. Immola Deo ſacrificiū laudis, &c. Dicit̄ etiā actio ſecūdum Leonē papā, quia hic quaſi quodam iudicio agimus. Nam locus, eſt eccleſia, iudex.

Deus,actor,diabolus,reus.populus, cõſciētia, teſtis,ſacerdos, defenſor. Sic dicit Augu.de ſe in oratione quadã.Summe ſacerdos,qui me inter te & meum populum eſſe uoluiſti, &c.

Secundo uidẽdum eſt quis inſtituit miſſam. Reſpõdeo quod Petrus, Iacobus, & Baſilius Cæſarienſis eps.De Petro dicitur in chronicis ꝙ primus Antiochiæ primã miſſam celebrauit ſub tribus orationibus,ut dicit Hugo de sãcto uictore,lib.2.de ſacramentis.cap.8. De Iacobo & Baſilio habet de cõſec.diſt.2.Iacobus. Dicit autē Archidia. in dicto capita. Iacobus. quòd Iacobus inſtituit dicere ſecretam.Baſilius autē alia addidit. Pro quo ſciẽdũ ꝙ miſſa quõdã nõ cum tãto apparatu nec cum tãta ſolẽnitate dicebatur.Primo enim ab Apoſtolis dicebãtur tm̃ illa uerba in celebratione miſſæ,q̃ Dñs dixit, Hoc eſt enim corpus meum. Sed poſtea Apoſtoli addiderunt dñicã orationẽ.Et adhuc etiã Apoſtolorum cõſuetudo p̃ſentatur ſingulis annis ſancto die ueneris excepto ꝙ illo die nõ cõſecratur. Poſtea Apoſtoli uel eorum ſucceſſores inſtituerunt ꝙ epiſtola & Euãgelium legerentur ante ſacrificium.Primo autem legebatur Epiſtola,ſecundo Euangelium,tertio dominica oratio,quarto dicebãtur uerba Dñi, &

tunc

ſunc offertorium inchoabatur a lectore, q mos ſabbatho ſancto Pẽtecoſtes adhuc obſeruatur. Poſtea uero ſancti patres & Apoſtoli illas ſolennitates, q̃ nunc ſunt in miſſa, addiderunt, ut Alexander Gelaſius Gregorius, Leo Cæleſtinus, Damaſus, &c. Canonem autẽ dicit Grego. fuiſſe compoſitum a quodam ſcholaſtico. Apoſtoli tamen ibi multa addiderunt, ſicut infra patebit ſuis locis de quolibet iſtorum ſpecialiter.

Tertio uidẽdum eſt de p̃paratione ſacerdotis. Et quia ſacerdos eſt quaſi pugil, qui dimicare habet cum diabolo pro delictis populi in miſſa, ideo armat ſe primo orationibus, ſecundo ueſtibus ſacris, tertio ceremoniis debitis. Primo igitur dicit pſalmos, Quàm dilecta. Benedixiſti. Inclina. Credidi. et De profundis. Et hoc quãtum ad illos qui dicunt officium Romanum, quod Linus inſtituit. Dicuntur autem iſti quinq; pſalmi ſecundum Inn. propter tranſgreſſionẽ quinq; ſenſuum, & etiã quia in quolibet eorum ſit cõmemoratio de his, q̃ ſpectant ad iſtud ſacr̃m, & ad remiſſionẽ peccatorum. In primo dicitur de altaribus, Altaria tua, dñe uirtutum. In ſecundo de miſericordia Dei, ibi. Oſtende nobis Dñe, &c. In tertio de oratione, ibi. Venient ad te & adorabunt coram te. In

quarto de oblatione,ibi, Calicẽ ſalutaris accipiã, &c. In quinto de finali redemptione, ibi, Quia apud dñm miſericordia,&c.Secundo Sacerdos ornat ſe pectendo pilos, & purgando euulſos,per quod deſignatur cogitationum malarum mundatio.Tertio lauat manus, iuxta illud Iſaiæ,Lauamini, & mundi eſtote. Quarto induitur ſacris ueſtibus,

Circa quod ſciendum ꝙ aliter induitur epũs quã ſimplex ſacerdos.Nã eps ſecũdum Io.Beleth.primo induit ſandales uel ſotulares, quod deſignat ocreas pugilum.Ipſe enim tunc debet pugnare cum diabolo.Vnde accipit ſpiritualia arma.Alba pro lorica operitur. Cingulum ſumit pro arcu.Subcingulum pro pharetra.& dicitur ſubcingulum,quo ſtola ligatur. Stola circundat collum, quaſi haſtã cõtra hoſtẽ uibret. Manipulo pro claua.Caſula quaſi clypeo protegitur.Libro pro gladio utitur. Mitra quaſi galea caput protegit.Sed ſimplex ſacerdos primo habet calceos,ſine quibus nullus debet celebrare,etiã qui habet ex uoto profeſsionis incedere diſcalceatus.ſecundum Ber. de Parantinis. Et hoc ſignificat humanitatẽ Chriſti, quã Ioãnes Baptiſta calceum appellauit.Vnde in ſignum deſpõſationis Chriſti & eccleſiæ inceãmus

mus calceati. Et deĩde ſacerdos ponit humera le, quod deſignat uelamẽ Chriſti, quod habuit, cum ſibi dicebatur uelato capite, Prophetiza nobis Chriſte. Alba ſignificat ueſtimentum, in quo hæredes illuſit Chriſtum. Luc. 22. Cingulum ſignificat flagellum, quo cæſus eſt circa columnã, Ioã. 18. Manipulus funem, quo ligatus fuit. Ioã. 17. Cõprehenderunt & ligauerunt eũ. Stola ſignificat ligamẽ, quo ligatus fuit ad columnã. Caſula ſignificat purpureum ueſtimentum. Illa ſpiritualiter ſignificãt uirtutes in ſacerdote. Nã humerale ſignificat fidẽ, quã Apoſtolus appellat galeã, ad Ephe. 6. Alba ſpem, quæ totum contegit. ad Rom. 8. Spe ſalui ſumus. Cingulum, iuſtitiam. Iſaiæ. 11. Erit iuſtitia cingulum lumborum eius. Manipulus ſignificat forti tudinẽ cõtra ĩpetum diaboli. Stola ab utroq; humero ſignificat prudẽtiã, et tẽperãtiã. Caſula, quæ totum operit, ſignificat charitatẽ, Habet ergo ſacerdos ſimplex ſex indumenta, quia habet ſex officia, ſcilicet baptizare, p̃dicare, catechizare, ligare, abſoluere, et conſecrare. Ep̃s uero habet nouẽ, ſcilicet caligas, ſandalia, ſuccinctorium, mitrã, dalmaticã, tunicã, chirotechas, annulũ, et baculum, quia ep̃s habet plura officia, q̃ ſacerdos, ſcilicet uirgines cõſecrare, ec-

re,eccleſias dedicare, clericos ordinare,ſynodũ celebrare,chriſma cõficere, ueſtes, uaſa, et alia ſacra eccleſiæ ornamẽta cõſecrare & cõfirmare.Cõſecrationẽ autẽ ueſtimẽtorũ ꝑdictorum Stephanus inſtituit anno Domini.257.

Deinde ſacerdos accedẽs ad altare dicit, Auſer a nobis Dñe,cũctas iniquitates nr̃as,&c.ſignãdo ſe in facie, ꝑ quod petit oĩa impedimenta a ſe auferri,ſeu remoueri. Tãdẽ obſculatᷓ reliquias in medio altari,dicẽs,Oro te dñe.ꝑ merita oĩum ſanctorũ tuorũ, & eorũ,quorũ hic oſſa recõdita ſunt, ut eorũ interceſſione nobis dignẽris indulgere uniuerſa delicta nr̃a . ꝑ quod petit ſanctorũ ſuffragiũ , q̃ſi ex ſe ſit indignus. Deinde oſculatᷓ librũ,dicens,Dignus ſim,Dñe, accipere librũ,& aperirᷓ ſignacula eius, qm̃ occiſus es pro nobis,& redemiſti nos Deo in ſanguine tuo Oſculũ illud quod facit in medio altaris,ſignificat Iudaicũ populũ , Euãgeliũ uero gẽtilẽ,qui ꝑ Euãgeliũ credidit. Vnde quia Xp̃s utriq; populo ueniẽs ĩ Mũdũ dedit pacẽ, ideo utrũq; oſculatᷓ.Quod autẽ prius ſacerdos accedit ad dextrum cornu altaris,ſignificat ꝙ Chriſtus predicauit Iudæis,deinde Gentilibus.

His expeditis uidẽdũ eſt de ipſo officio , q̃d habet ſex partes. Quarũ prima uocatᷓ præparatio,

tio,et durat uſq; ad epiſtolã.Secũda,inſtructio, & durat uſq; ad offertorium.Tertia oblatio,& durat uſq; ad præfationẽ.Quarta, conſecratio; & durat uſq; ad Oremus prçceptis . Quinta,ſacramenti perceptio , & durat uſq; ad cõmunionẽ.Sexta,gratiarũ actio, & durat uſq; ad finẽ.

De prima parte miſſæ.

ET quia populus debet primo uenire cũ mẽtis deuotione ad eccleſiã,ideo in miſſa primo incipitur ab introitu.Pro quo ſciẽdũ quòd olim miſſa inchoabat a lectiõibus,ſicut adhuc in ſabbatho Paſchę & Pentecoſtes. Vñ Celeſtinus primus natione Romanus anno dñi.427. inſtituit ut ab introitu inciperetur. Poſt quem Gregorius primus anno dñi.509.cãtualẽ ĩtroitũ cõpoſuit : & ſignificat deſideriũ ſanctorũ patrũ,qui incarnationẽ Chriſti deſiderabãt,clamãtium deuotè & dicẽtium Emitte agnum,Dñe, dñatorẽ terræ,de petra , &c.Et iterum : Vtinã diſrumperes cœlos . Per uerſum autẽ deſignatr deſyderii numeroſitas : quia diuerſi diuerſimodè clamabant. Ideo autẽ (ut cõiter) introitus ſumitur de pſalmis: quia olim cãtabãtur in prĩcipio miſſę 150.pſalmi.Sed quia tędioſum populo erat, ideo Pelagius ſtatuit ut ſolum aliqd de ipſis ſumeretur,ſcilicet introitus cum uerſu.

Aliqui

Aliqui tñ ſancti habent ſpeciales introitus in ſuis feſtis pp reuerētiā eorum. Additur etiam Gloria patri: quia licet ſolus filius ſit incarnatus: tñ tota Trinitas operata eſt incarnationē. quod Damaſcenus papa inſtituit. Omittitur tñ in miſſa defunctorum: quia illi nõ ſunt in ſtatu gloriæ, ſed pœnæ. Simile in dñica paſsionis Dñi: quia tunc non recolitur gloria, ſed confuſio in perſonam filij Dei facta. Reſumitur autē ītroitus ideo, qa tā p̃cedētes quā ſequētes sācti in fide Chriſti ſunt concordes. unde & qui p̃cedebāt, et qui ſequebātur, clamabāt, Oſanna.

Sciēdum autē ꝙ ſacerdos debet primo egredi đ ſacriſtia, qñ ītroitus īchoaī. Signat āt egreſſus ille Chri egreſſũ đ utero uirgīs glorioſę. de quo proceſsit tanquā ſponſus de thalamo ſuo.

Secundò populus debet uenire cum mentis humilitate: quod deſignat Kyrie eleiſon: quod etiā Grego. papa cantari nouies inſtituit. Et eſt Græcum, ſignificās tm̃ ſicut Dñe miſerere. Fit autē in Græco: ut inſinuetur Chriſti titulus in ſcriptis fuiſſe Hebraicè. Græcè et Latinè. Vnde Oſanna & Sabaoth Hebraica ſunt: reliqua uero Latina. Vel ut oīs lingua cõfiteatur Chriſti paſsionē. Et fit nouies, ut ad nouē ordinum angelorum cõtēplationem poſsimus peruenire.

Tripli-

Triplicat̃ autē ad laudē Trinitatis. Et rectè ſequit̃ poſt introitū. introitus enim ſignificat aduētū Chr̃i ĩ carnē: Kyrie eleiſon uero, in mētē. qđ ſignat̃ per hoc quod dicit̃, miſerere nobis.

Tertiò debet populus uenire cum mētis erectione: quod ſignat cãtus angelorum, ſcilicet Gloria in excelſis Deo. Et rectè ſequit̃ poſt illa duo, ad ſignificãdum ꝙ homo ad aduentum Chriſti in carne & mēte, debet gaudere gaudio ſpirituali, & uocaliter exprimere. Et primo incipit̃ a ſacerdote, ſecundo a choro cõpletur. per quod deſignatur ꝙ primo unus chorus, id eſt, unus angelus in natiuitate Dñi incœpit iſtum hymnum: poſt hoc alii multi ipm̃ proſequebant̃, ut dicit̃ Lucæ. 11. Et quia iſte hymnus dictus eſt ad laudē Dei in natiuitate, qui eſt mediator Dei & hominum, ideo in medio altaris dicit, uel quia in media nocte natus eſt. Et quia etiã iſte hymnus in ortu Chriſti in Mundum dictus eſt, ideo facie uerſa ad oriētē ipſe incipitur. Et quia iſtud cãticum eſt lætitię, ideo in aduētu nõ canit̃, quia ſancti patres nõ in re, ſed ĩ ſpe habuerunt præmium. Spes autē, quæ differtur, affligit aĩam. Prouerb. 12. Similiter in quadrageſima et ſeptuageſima, ubi recolitur lapſus primi hominis flebilis, nõ dicit̃, Vñ nouē ſepti

manis tacetur, propter noue chororum angelorũ cõſortii priuationẽ. Itẽ in die Innocentiũ nõ cãtat, quia fuerunt non in gloriã, ſed in uituperiũ Chriſti occiſi. Generaliter tñ dicit̃ iſte hymnus, qñ dicit̃ Te Deum laudamus, excepto ſabbatho paſchæ & cœna dñi propter ſpeciales rõnes. In cœna autẽ Dñi nõ dicit̃ niſi ab epiſcopo, ſed ſabbatho paſchæ ab oĩbus, quia illa miſſa eſt quodãmõ diei ſequẽtis, ſcilicet reſurrectionis Chriſti, uñ in nocte deberet celebrari, de cõſec. diſtin. ſecunda nocte. Deinde ſacerdos uertit ſe ad populum dicẽs, Dñs uobiſcum, quod ualet tm̃, id eſt, Dñs tribuat peccatoribus affectũ & uoluntatẽ bonã. Sed Eps dicit, Pax uobis, quia eſt uicarius Chriſti, qui dixit Apoſtolis ſuis poſt reſurrectionẽ ſuã, Pax uobis, quaſi diceret, In pñti detur uobis pax pectoris, & in futuro pax æternitatis. Et chorus reſpõdet, Et cum ſpiritu tuo id eſt. Dñs, qui eſt in corde tuo, ſit etiã nobiſcum in corde nr̃o. Et hoc uerbum, Dñs uobiſcum, ſumptum eſt de libro Ruth, capite ſecũdo. Sic enim legit̃ Booz ſalutaſſe meſſores ſuos, & propheta in Paralipomeno, Aſaregem, & qui cum eo erãt. Et angelus ſalutans Gedeonem dixit, Dominus tecum. Sed hoc uerbum, Et cum ſpiritu tuo, ſum

plũ

plũ eſt ab Apoſtolo, 1. ad Timotheũ ultimo.
Sciēdũ tñ ꝙ ſacerdos uertit ſe in miſſa quinquies, ad deſignãdum ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionē ſuã ipſo die reſurrectiõis quinquies apparuit ſuis electis. Primo Mariæ Magdalenę, ſecundo mulieribus, tertio Petro, quarto duobus diſcipulis in Emaus euntibus, quinto oĩbus diſcipulis abſente Thoma. Et quia populus cõuenit ad orãdum cum intẽtione impetrãdi, ideo ſtatim ſequitur collecta. Vñ dicit ſacerdos: Oremus. ſignificãs illud, quod Chriſtus dixit Apoſtolis, Orate ne intretis in tẽtationem. Per quod etiã reddit ſe indignum. Vñ conuocãs ad ſe fideles dicit: Oremus. id eſt, oẽs orate, ut quod petimus, facilius impetremus. Et tunc dicitur collecta ſeu orõ, quæ deſignat ꝙ Chriſtus dãs nobis exẽplum, orauit. Et dicĩ collecta, quia fit ſuper populum collectum, uel q̃ in ea colligiĩ populi orõ, ſeu deprecatio. Et fit in dextra parte altaris, per quã deſignanĩ bona æterna & ſpiritualia, quæ primo ſunt petenda, iuxta illud, Primum quærite regnum Dei. Fit etiã uerſus oriẽtem, iuxta Damaſcenum libro quarto, cap. 11. ut Paradiſum nos affectare monſtremus, qui eſt in partibus Oriẽtis. Secũdo, ut in Chriſtum crucifixum, q̃ uerſus Orientem

tem ſtans in cruce reſpiciebat, intēdamus. Ter
tio, ut ipsum iudicem inde uenturum ſignifice
mus. Qn̄q; autē dicitur una oratio ratione so
lennitatis. Aliqn̄ duæ uel tres usq; ad septena
rium,et nō ultra,quia ſecundum Innocen. Dn̄s
ſeptē petitionibus docuit orare. Et etiā quia ul
tra in tædium uerteretur. de cōsecr. diſt. 2. cum
oīa. Qn̄ autē īponunt̄ plures collectæ,tunc pri
mo īponant̄ duæ,poſtea tres,uel primo una,et
poſtmodum duæ,ita ꝙ maior numerus sequa
tur. Et semper fiāt in numero impari, quia per
sonæ diuinæ sunt impares in numero. Et diri
guntur oēs orationes Patri & Filio, et nō Spi
ritui sancto,quia cum ipse ſit donum, a dono
nō petit̄ donū,ſecundū Bernardo de Parātinis.
De mō autē concludēdi collectas dant̄ uersus.

Per dominū dicas, cū Patrē p̄sbyter oras.
Cū Chriſtū memoras,p eundē dicere debes.
Cū Chriſto loq̄ris, qui uiuis dicere quæras.
Qui tecum,ſi ſit collectæ finis in illo.
Si spiritus almus,eiusdem,dicere debes.

Hoc eſt, ubicunq; ad Deum patrē dirigit̄ orō,
& non eſt mētio de filio,dicat̄ Per dominum,
&c. Si autē ibi eſt mentio filii, dicat̄, Per eundē
dn̄m,&c. Si autem filium alloqueris,dic,qui ui
uis & reg. cum Deo patre &c. Si autem ibi eſt
mentio

mentio de Spiritu ſancto, dicatur, Per dominũ &c. qui tecum uiuit & regnat in unitate eiusdẽ Spiritus ſancti Deus, per oĩa ſecula ſeculorũ. Amẽ. i. per oĩa pñtia & futura. Nullus autem debet ſibi facere nouas collectas, quæ nõ ſunt ab eccleſia probatæ, quia hoc prohibuit concilium Aphricanum, cui interfuit Auguſtinus.

Sciendum etiam quòd ſi imponitur collecta defunctorum in miſſa uiuorum, quod illa debet eſſe penultima, & non ultima, quia finis debet ſuo principio conuenire. Nullo autẽ modo in miſſa defunctorum collecta pro uiuis debet interponi, quia mortui uiuos iuuare non poſſunt. Item collectas dici præcepit Symmachus natione Sardus, anno Dñi. 494.

De ſecunda parte miſſæ.

EXpedita prima parte miſſæ, quæ eſt ad populi præparationem, dicendũ eſt de ſecunda, quæ eſt ad populi inſtructionẽ & incipit ab Epiſtola, ĩ qua docetur populus in diuinis mãdatis. Et habet ſex partes. ſ. myſterialem ĩformationem, de qua in Epiſtola, pœnitentialem operationẽ, de qua in graduali, ſalutarem lamẽtationẽ, de qua in tractu, ſpiritualem exultationẽ, de qua in Halleluia, principalem inſtructionem, de qua in Euangelio, & ſpecialẽ fidei in-

ſtructionem,de qua in ſymbolo. Secundū autem Innocentiū epiſtola ſignificat officiū præcurſoris,qui præibat ante faciem Dñi. Et quia prædixit,Pœnitentiā agite,ideo ſequitur graduale.Sed quia poſt pœnitentiam ſequitur gaudiū,quia ipſe dixit, Appropinquabit enim regnum cœlorū,ideo ſequitur halleluia,quod eſt cātus gaudij. Et quia poſt Ioannis doctrinam ſecuta eſt doctrina Chriſti , ideo ſequitur Euāgelium , quæ eſt doctrina Chriſti , poſtquam ſecuta eſt fides Apoſtolorum,ideo ſequitↄ̄ ſymbolum.Epiſtolæ autē nō fiūt de libris moyſi, quia in illis promittunↄ̄ temporalia, in Epiſtolis uero Pauli æternalia.Et hac ratione lectiones de libris Moyſi terminantur in grauē accentum,ſed lectiones Epiſtolarum in acutum, quia ſurſum tendunt. Graduale ſecundum Innoc. dr̄ à gradibus,ī q̄bus cātabatur, & ſignificat cōuerſionē fideliū,pœnitentiū.Et īterponiↄ̄ uerſus,ad deſignādū,ꝙ nullus uerā pœnitentiā facit,niſi plene cōuerſus ſit ad Deū. Et omittiↄ̄ graduale ī feſtis paſchalibus,& loco eius diciↄ̄, Hæc dies, quia illi dies ſtatū eccleſiæ futurum felicem inſinuāt.ſ. ſtatum poſt reſurrectionē, ubi non erit pœna,ſed gaudium.Halleluia uox lætitiæ ſignificat gaudium pœnitētium, quod

 habent

habent ex promiſſo præmio. Et canitur etiam in aduentu, quia licet ſancti patres habuerint ſpem de incarnatione Chriſti, tamen quia certi de hoc erāt, ideo exultabāt. Sed in ſeptuageſima omittitur, quia tunc caſus primi hoīs deflectur, loco cuius canitur tractus cū prolixitate & aſperitate uocis, ſignificans prolixitatem miſeriæ præſentis incolatus. Et hoc Symmachus papa īſtituit, ſicut & collectas. Additur etiam quandoq; proſa poſt halleluia. ſ. quæ eſt uos exultationis, ad ſignificādum gaudiū corporis et animæ. Et eſt inſtituta à Nicolao papa. Prius enim cantabatur neuma quoddam lōgū poſt halleluia, loco cuius Nicolaus Papa in feſtiuitatibus præcipuis proſam cantari inſtituit. Significat etiā diutina protractio notarum ipſius halleluia gaudiū cœleſtis patrię, ꝙ eſt abſq; fine. Et fit ſine uoce ſignificatiua, quia tale gaudiū nulla lingua exprimere poteſt. Euāgeliū, quod legiť in ſiniſtra pte altaris, deſignat ꝙ ꝑ ipſum peccatores ſunt uocati. Et diciť uerſus Aquilonē, ad euitationē malorū, & imitationem bonorū. Mali. n. per Aquilonē ſignificanť. Nā per Aquilonē diabolus frequēter deſignať, cōtra quē eſt Euāgeliū. Et dř in loco alto. ſ. in pulpito, quod nō fit in epiſtola, quia al-

tus locus datur ſeruãtibus Euãgeliũ, quia cœlum. Et pp hoc etiã terminatur in altum. Præmittitur aũt ante Euangelium, Dominus uobiſcũ, ſalutatio populi, per quod diſponit populũ ad audieudũ deuote. Et chorus reſpõdet, Et cũ ſpiritu tuo.i.ſicut tecũ eſt Deus ad diſcendũ uerbũ Dei, ita nobiſcum ſit ad audiendum. Deinde ſignat ſe in principio & in fine. Primo in libro facit ſignum crucis, quaſi dicat, Crucifixum p̃dico, Secũdo ĩ pectore, quaſi dicat, Crucifixum credo. Deinde in facie, ac ſi dicat. Crucifixum p̃dicare non erubeſco. Similiter populus facit ne diabolus uertat facies ac mẽtes eorũ ab auditione uerbi dei ĩ principio, & ĩ fine, ne uerbum tollat de cordibus eorũ. Debet etiã populus ſtare, & nõ ſedere, in ſignũ ꝙ ſunt parati pugnare pro Euãgelio, & caput eleuare, in ſignũ reuerẽtiæ. Et hoc ſtatuit Anaſtaſius Papa anno Domini. 404. habẽt etiã de cõſecr. diſtin. 1. apoſtolica. Itẽ arma uel baculos ponere, in ſignum ꝙ iuxta doctrinã Euãgelicã parati ſunt non armis, ſed patiẽtia ſe defendere, iuxta illud. Si quis te percuſſerit in unam maxillam, præbe ei & alterã. Aliqñ autẽ thurificatur circa Euangeliũ, per quod ſignificatur odor bonæ operationis, iuxta illud, Sic luceat lux ue-

ſtra,&c.Datur etiam oſculum libri tantũ ſacer dotibus poſt Euangelium, & clericis, ad deſignandum quòd ipſis debẽt eſſe manifeſta diui na ſecreta,cęteris autem in parabolis.Lucæ.8. Poſt hoc canitur Symbolũ Nicenũ, qđ Martianus Romanus poſt Syluestrũ inſtituit anno dñi.339.Et dicĩt à ſyn quòd eſt com,& bo los,morſus,quaſi cõpoſitum p morſellos paruos.i.articulos.Eſt.n.collectum ex diuerſis lo cis ſacræ ſcripturæ,ĩ quo eſt tota fides.Cõpoſi tum eſt tñ pp maiorẽ cautelã.ſ. pp hæreticos, ne ſit difficile q̃rere articulos fidei in ſcripturis multis.Et eſt triplex ſymbolum.Primũ Apo ſtolorum.ſ. credo quod cõiter dicĩt in Prima, & in Completorio.Secundum Athanaſij,ſcilĩ cet,Quicunq; uult ſaluus eſſe. Et tertium Nicenum, quod in ſynodo Nicena fuit compoſitum. Iſtud autem potius canitur in miſſa, quàm aliud, quia conditum eſt tempore ueritatis propalatæ contra hæreticos inſurgentes, & clarius eſt determinatiuum fidei quàm ſym bolum Apoſtolorum , ideo potius canitur iſtud,quàm illud. Vnde licet eadem ſit ueritas utrobique, magis tamen claret in uno , quàm in alio. Canitur autem altè & expreſsè, ut om nes illud diſcant & ſciant.

De tertia parte miſſæ.

COnſequēter uidēdum eſt de tertia parte miſſæ, q̄ dr̄ oblatio, quæ cōtinet ſub ſe ſex partes, Prima, eſt populi exultatio ꝓ quibus offerri debet, & hæc ſignat̄ per offertoriū. Secunda, eſt oblationis præſentatio; ibi, Suſcipe ſancta Trinitas. Tertia, eſt altaris thurificatio. Quarta, cordis humiliatio, cum dicitur, In ſpiritu humilitatis. Quinta, ſequens oratio, ſcilicet ſecreta. Sexta, manuum ablutio.

Circa quod ſciēdū quòd ſacerdos poſt ſymbolum dicit, Dn̄s uobiſcum, ad ſignificandum quòd ex quo debet ad oblationē accedere, & nulla oblatio poteſt eſſe accepta ſine Deo, ideò dicit Dominus uobiſcum. Et quia tam ſacerdos quam populus debent eſſe ualde attēti circa oblationē hoſtiæ ſalutaris, ideo tunc quaſi excitādo populū ſacerdos dicit. Oremus. Non tn̄ ulterius proſequit̄ uoce alta, ſed ſub ſilentio dicit offertorium per quod denotat ſuam intētionem maximè recollectā ad Deum. Significat etiā illud ſilentium latibulum Xp̄i añ paſſionem, qn̄ Iudæi cōſpirauerunt contra eum, ut ſi quis eum confiteret̄, extra ſynagogam fieret: cantat tamen tunc chorus ualde letabunde, ad deſignandum hilaritatem offerentium, quia da

tore hilarem diligit Deus, & quia legitur etiã de Dauid quòd citharam cum cantoribus percutiebat. Tenentur autem fideles ad oblationes ſecundum conſuetudinem approbatam in aliquibus feſtiuitatibus, ut de conſecratio. diſtinct. 3. omnis Chriſtianus, quia dictum eſt à domino, Non apparebis in conſpectu meo uacuus. Licet autem hoc ſit præceptum, tamen quantum ad quantitatem, ut tantum uel tantum offeratur, non eſt præceptum, ſed conſilium. Exodi. 25. Ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas, ſcilicet oblationes.

SEquitur ſecunda pars tertiæ partis. ſ. oblationis pñtatio. Circa quod ſciendum quòd ſacerdos uolens pñtare oblationem Deo, parat primo materiam. Et primo pro hoſtia accipit panẽ triticeum azymum, mundum, & purum & pro ſanguinis confectione accipit uinũ bonum & ſapidum admiſta modica aqua, quę poſſit abſorberi à uino, quo facto dicit, Fiat hæc cõmiſtio uini pariter & aquæ. In noĩe Patris & Filii & Spiritus ſancti. Deĩde accipit calicẽ tenẽdo una manu in medio, & reliqua ſuſtentando pedem calicis, & alte ſubleuãdo dicit, Suſcipe ſancta Trinitas, hanc oblationem, quæ oratio de ſe indicat quid uel pro quo tunc

oratur, tunc enim orat eccleſia Deum.

Dicta autē iſta oratione debet calicem deponere deorſum, & patenā deſuper tollere, & panem ad pedes calicis collocare, uidelicet inter ſe & calicem ſecūdum modū magis cōem. Calix ſignificat Xpi diuinitatē, patena humanitatē, q̄ diuinitatem (ſicut patena calicem) contexit. Sed tunc patena ſub corporali obſeruat̃, quia diſcipuli relicto Xpo oēs fugerunt. Calix autem corporali operitur, quod ſignificat ſepulturam Chriſti. Debet autem corporale eſſe de lino mundo, & candido, ſecundum Hugonem, & ſecundum concilium Lugdun. ut etiā habetur in bocardo. lib. 3. Hoc inſtituit Sylueſter primus anno dn̄i. 315. Nec debet in eo alterius rei materia pretioſior aut uilior miſceri. Vnde dicebat Ioannes de Deo, ſecundū quod refert Archidiaconus, de conſecratio. diſt in c̄t. 1. conſulto. quòd illi grauiter peccant & offendunt, qui mittunt corporale cōfiſci cum farina ad hoc quod ſtet rigidum ſup̱ calicē. Nec tale corporale debet p̱ mulieres lauari, niſi p̱ ſacerdotem prius lauet̃ in uaſe ſpecialiter ad hoc deputato, in quo nihil poſtmodum eſt lauādum ut dicit̃ de conſe. diſt. 1. nemo. Significat autem hoc corporale ſecundum Archid. ubi ſupra, ęc

cleſiam

ecleſiam.Quod autem ſuperponitur calici,ſigni ficat quòd Xp̃i paſſionẽ eccleſia non deſinit imitari.Corporale autẽ multo labore candidatur,& eccleſia multo labore Xp̃o conformat. Item ſignificat ſindonem, in qua Chriſtus fuit inuolutus, & ideo fit corporale de lino, quia ſicut linum multis pulſionibus et tunſionibus ad candorem deducitur, ita eccleſia per illud ſignificata(quæ per corpus Xp̃i intelligitur) multis preſſionibus & paſſionibus ad candorem uitæ æternę perducit̃.Et ita etiam corpus Chriſti per illud ſignificatum per multas tribulationes uenit ad gloriam, ut dicit gloſſa in cap.conſulto de conſecr.diſtinct.1. Et quia dictum eſt quòd calix coopertus ſignificat Chriſti ſepulturam,hinc eſt quòd tunc Maria Magdalena uenit ungere Ieſum,&c.

TErtia pars eſt altaris thurificatio. Maria, enim Magdalena accepit libram unguenti nardi Piſticæ pretioſi,& unxit pedes Ieſu,et domus impleta eſt ex odore unguenti. Et ſacerdos in modũ crucis ſuperducit & circunducit incẽſum ſupra ſacrificiũ & altare,ut & crucis ſignaculo & thuris ĩcenſo diabolicæ fraudis malignitas extricet,& effugiat.Quod uerò tertiũ ſuperducit & circunducit incenſum, deſi

gnat ꝙ Maria ter exhibuit & adhibuit unguẽtũ circa corpus Ieſu. Primo cũ unxit pedes ipſius in domo Simonis Phariſæi. Secundo cum in domo Simonis leproſi ſuper caput eius unguentũ effudit. Tertio cũ emit aromata, ut ueniẽs ungeret Ieſum, &c. Voluntas n. reputatur pro facto, cum p ſeipſam non ſteterit, quo minus expleſſet quod incepit. Quod uero poſtmodum undique totum incenſatur altare, deſignat ꝙ factũ illud totã reſperſit eccleſiã, ſicut dñs ipſe teſtat̃ dicẽs, Amẽ dico uobis, ubicunq; &c. Matth. 26. Et Leo papa ſtatuit incẽsũ ſup oblatã fieri, quod & cõcilium Rothomagen. fieri ſtatuit. De alijs etiam thurificationis ſignificationibus plura uide in Rationali diuinorũ.

SEquitur quarta pars tertiæ partis de humiliatione, ubi ſacerdos dicit, inclinato capite. In ſpiritu humilitatis, &c. Et eſt ratio Dan. 4. c. ubi ſacerdos profundè inclinatur habens manus ante pectus, & circa hoc oſculat̃ altare ĩ ſignũ crucis, quia p paſſionẽ crucis reconciliati ſumus Deo, & ĩ eius amicitiã admiſſi. ad Eph. 2. Alii tñ non oſculantur hîc altare. Deinde ſequitur oratio, ubi ſciendum quòd ſacerdos uertit ſe tunc ad populũ, eos ſalutãdo, dicens hæc uerba, Orate pro me peccatore. per quæ uerba

ſacerdos implorat auxilium circunſtãtium p̃p̃ altitudinem ſacramenti. Et debent iſta uerba ſonoroſè & expreſsè dici. Et tunc uertit ſe ſacerdos ad alteram partem dicens, Domine exaudi orationem meam, quia tunc orat ſingulari oratione. Et in hoc multi errant ſuppreſſè illa uerba dicentes, & cum hoc nolentes ſe uertere ad populum, nec ad alterã partẽ altaris, quod non eſt ſine peccatò. Iſta autem conuerſio ad populum cum ſilentio ſubſequente, ſignificat occultam apparitionem Xp̃i, qua apparuit Petro, quia licet certum ſit quòd ei in die reſurrectionis apparuit, ut dicitur Luc. ulti. tamen incertũ eſt ubi, ergo fit ſub ſilentio. Vnde quinto ſequitur ſecreta, quia ſecrete dicitur, ut notetur mentalis cõuerſio ad Deum, ut ſit ſacrificium ante Deum gratum. Debent enim tot dici ſecrete quot fuerunt in principio collectæ, & eodem ordine poni, & concludi. Sed tamen in fine omnium dicitur expreſſe, per omnia ſecula ſeculorum, ſcilicet ad ſignificandum quòd licet ſacerdos orat ut perſona ſingularis, tamen ex quo pro toto populo orat, ideo occulte non debet finiri, uel ad innuendum quòd ſacerdos hic poſtulat auxilium populi, unde expreſſe reſpondet clericus, amen, ad deſignandum

dum quòd poſt Lazari reſuſcitationem Chriſtus publice prædicauit.

RESTAT nunc uidere de quinta parte tertiæ partis, quia dicit ſeques oratio, uel pfatio, quæ habet quatuor partes. In prima populus ſalutatur cum dicitur, Dñs uobiſcum. In ſecunda ratio aſſignatur ibi, Vere dignum, &c. In tertia laus diuina à populo cantatur, cum dicitur, Sanctus, ſanctus, ſanctus, &c. In quarto canon ipſe inchoatur, ibi, Te igitur clemen. &c. Quantum ad primum ſacerdos ſalutando populum primo excitat eum ad attentionem dicens, Dominus uobiſcum. Secundo ad mentis erectionem, ibi: Surſum corda. Tertio ad gratiarum actiones, ibi, Gratias agamus. Excitatur autem ad attentionem ꝑp reuerentiam ſacramenti, i. quo Chriſtus ſumitur, ipſe fons bonitatis. ideo ſacerdos dicit, Dñs uobiſcũ. Deinde dicit, Surſum corda, ad deſignandum quòd circa hoc ſacramentum debemus habere altitudinẽ contemplationis, & ea, quæ ſurſum ſunt, appetere, ut dicitur ad Col. 3. Et etiam quia iſtud ſacramentum non poteſt rite perfici ſine illo, qui eſt ſurſum à quo cuncta bona procedunt, ut dicit Gregor. & à quo omne bonum procedit, ut dicitur Iacob. 1. Et ad deſignandum

quòd

quòd hoc ſacramentum nõ prodeſt niſi haben tibus corda ſurſum. Ad quod ſtatim reſpõdet miniſter, Habemus ad Dñm. Et eſt ſenſus. i. ha bemus corda noſtra ad Dñm leuata. Sed forte in hoc multi mẽtiuntur habẽtes corda depreſ ſa, quos arguit propheta dicens, Filij hominũ, uſquequo graui corde? Tertio excitatur popu lus ad gratiarum actiones, ibi: Gratias agamus domino Deo noſtro. Vbi uide congruentiam laudis. Quia .n. eſt dñs. ergo à ſeruis uult lau- dari. Malachias. 1. Si ego ſum Dominus, ubi eſt honor meus? Et quia Deus, ideo uult coli: & quia noſter eſt: ideo ſpecialiter uult honora ri uel uenerari. Et quia tam innocentes quàm pœnitentes habent laudare Deum, ideo dici- tur rectè, dignum & iuſtum eſt. Et certe dignũ ratione ſuę maieſtatis, iuxta illud Apo. 7. Bene dictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum a- ctio, honor, et uirtus, & fortitudo Deo noſtro. Dignum etiam pro tantis beneficiis nobis im penſis. Dignũ ratione ſuperabundantis charita tis, ex quo proprio filio ſuo nõ pepercit Deus &c. Quarto ſtatim ratio huius aſſignatur à ſa cerdote cum dicitur, Vere dignũ. Et hic ĩcipit præfatio: quæ repræſentat illud gaudium pue- rorum cantãtium in die Palmarũ, Benedictus,

qui

qui uenit in nomine Domini. Tempore autē, quo cantatur præfatio, debent manus eleuari, ad deſignandum ꝙ tunc ſacerdos uult orare ꝑ cœleſtibus. Et per iſta uerba ſacerdos approbat primo Deum digne eſſe laudandum, ſecundo inuitat angelorum exēplo cum dicit, Quā maieſtatem tuā laudant angeli, quaſi dicat, ſecūdum Iuno. Dignum eſt, quia mera nos uoluntate feciſti. Iuſtum: quia mera miſericordia redemiſti. Aequum quia gratuitę nos uiſitaſti. Salutare: quia perpetuè nos ſaluaſti. Nos tibi ſemper, id eſt, in omni tempore, & ubique, id eſt, in omni loco, & ſi non actualiter, tamen habitualiter, non ponendo, uidelicet obicem mortalis peccati. Vnde non ceſſat orare, qui non ceſſat benefacere, ſecundum Auguſtinum.

Circa quod ſciendum ꝙ tm̄ decem ſunt prę fationes. Pelagius enim papa ſtatuit nouē, ſed Vrbanus papa anno domini. 444. addidit decimam de beata uirgine; Quotidianam aūt præfationem fecit Symmachus natione Sardus anno Domini. 493. Prima eſt de natiuitate, ſecunda, de Epiphania tertia de quadrageſima, quarta, de Reſurrectione, quinta, de Aſcenſione, ſexta, de pētecoſte, ſeptima, de Trinitate, octaua, de ſancta cruce, nona, de Apoſtolis, decima

ma, de beata uirgine. De hac habetur de conſecra. diſtinct. 1. inuenimus. Ex quo patet præfationem nouiter inuentã de dedicatione eccleſiæ eſſe ſuperfluã, & erroneè ĩtroductam, niſi alias interueniret authoritas papæ, de qua tñ uſque modo non conſtat. Vnde illi ea utentes grauiter peccant. Cum enim unam collectã minimã nõ poſſint mutare uel addere, multo minus tãſolennem præfationem pro ſuo libitu immutare quis præſumat. Deinde ſequitur, Sãctus, quod Sixtus primus anno Domini. 129. inſtituit. p q ſacerdos orat ut laus noſtra & uoces noſtræ laudibus & uocibus angelorũ aſſocientur, quia angeli ſemper cantant, Sanctus. Ter autẽ canitur ad honorẽ Trinitatis. Oſanna bis, ad deſignandum duplicem ſtolam, ſeu gaudium, corporis. ſcilicet & animæ & ſignificat tantum, id eſt obſecro ſalua.

SEquitur ſexta pars tertiæ partis principalis miſſæ. ſ. ablutio manuum. Primariò enim ſacerdos abluit manus, ad ſignificandũ quòd debet carere mortalibus, Sed & in hoc loco abluit, quia iuxta poſſe ſuum debet etiã carere uenialibus, & ideo ſolũ capita digitorũ pfundit. Et licet aliqui dicãt tunc uerſiculũ, Lauabo inter innocentes manus meas: tamen conuenientius

tius omittitur pp continuationem ſequentis canonis,qui incipit. Te igitur cuius præludiũ fuit.Sanctus.Senſus enim eſt. Te igitur clemẽtiſsimè,id eſt,te, qui ſanctus es Dominus Deus ſabaoth,deprecor. quod congruè fieri non poſſet interpoſitis aliquibus uerbis,puta, Lauabo inter innocentes manus meas, &c. quæ faciunt notabilem diſcontinuationem illarum orationum principalium, ideo cautius omittitur quàm dicitur.

De quarta parte miſſæ.

SEquitur quarta pars principalis miſſæ.ſ.canon.Ad cuius euidentiam ſciendum quòd canon Græcè interpretatur regula Latinè, qa multum regulatè cõpoſitus eſt.Dicitur autem quòd Gelaſius papa canonem principaliter ordinauit,& licet à pluribus ſit aliquid additũ in eo,tñ ab uno eſt cõpoſitus.Dicit aũt quòd Clemens ſecundus anno.71. poſt Cletum inſtituit canonẽ ante conſecrationẽ,& ita dicitur Canõ quaſi ex regulis ſanctorum Patrum editus & compoſitus. Dicitur etiam ſub ſilentio ſecundum Innocen. Primo ad ſignificandum quòd Xp̃s ſeceſſerat in Ephrem à Iudæis. Secundo pp maiorem conuerſionẽ mentis ad Deum, quia tunc ſacerdos debet intrare thalamũ cordis

dis: & oſtio ſenſum clauſo Deũ orare. Tertio pp periculi euitationẽ ne uſu quotidiano uerba ſacra uileſcãt. Quarto pp maiorẽ reuerẽtiã, quia quæ in publico fiunt, citius uileſcũt. Hæc Bernardus de Parantinis. Incipit autem ab illa litera, T. q̃ ualde repræſentat ſignum crucis, ad ſignificandum ꝙ hoc ſacrm̃ ſeu ſacrificiũ fit ad memoriã paſsionis Chrĩ in cruce. Et fit circa canonẽ imago crucifixi, ut tãto melius imprimat̃ memoria Chrĩ paſsionis in cruce ipſi celebrãti. Accedẽs autẽ ſacerdos poſt ablutionẽ primo benedicit ſe, ſecũdo cõpoſitis manibus oſculat̃ imaginẽ crucifixi inclinãdo ſe humiliter, deſignãs humilem inclinationem, quã fecit Chriſtus ante ſuã paſsionẽ, in qua factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis ĩ terrã, ſicut habet̃ Lucæ. 22. Alij autẽ oſculãtur altare, ad ſignificãdũ ꝙ p hoc ſacrm̃ acquirimus uerã dilectionẽ cum Chr̃o, quia miniſter non debet eſſe infidelis, ut Iudas. Deinde incipit dicens, Te igit̃. Circa quod notãdum ꝙ illa coniunctio igit̃, eſt illatiua reſpectu p̃cedentiũ, unde ex quo dixit prius, Sãctus dñs. nunc infert, Te igit̃ clemẽtisſime pater, qui eſt sãctus. Dicitur autẽ clementisſimus quaſi in miſericordia sũmè abundãs. Et hæc uerba dicẽs ſacerdos ſe

ſ incli-

inclinat, deſignãs, Chri humilitatẽ ſeu humilia tionẽ ad paſſionẽ. Addit etiã, per Ieſum Chriſtum filium tuum dñm nrm. Hoc fit ideo, quia Chrs docuit in ſuo noie oia eſſe petẽda: iuxta illud Ioãnis. 16. Amẽ amẽ dico uobis, ſi quid petieritis patrẽ in noie meo, &c. Deſcribit autẽ quadrupliciter. Primo ut ſaluator, quia Ieſus Matth. 1. Vocabis nomẽ eius Ieſus. ꝙ interpretat Saluator. Secũdo ut rex, q̃a Xp̃s, quod interpretat unctus. Pſal. Vnxit te deus tuus. tertio ut patri naturaliter dilectus, quia filiũ. Quarto, ut nobis p̃latus, quia dñm nrm, Supplices, id eſt, humiles rogamus. Secundũ Bernardum de Parãtinis, rogamus pro illis, q̃ nobis deficiunt ac petimus pro illis, q̃ ad ſalutẽ noſtrã nobis neceſſaria ſunt. Vti accepta habeas, id eſt, accipias, ſeu grata habeas, Et aliqui hic oſculantur altare, quaſi oſtẽdẽtes ſe cõpati Chro, ſed non eſt de eſſentia. Et debet produci illa dictio uti, in fine. nã licet idẽ ualet ut & uti, tñ uti plus eſt expreſſiua. Hæc dona. Dicunt dona, q̃ dãtur a ſupioribus, quia hoc ſacrificiũ fit uirtute ſupremi Dei, ideo dicit donum. Munera. dicuntur munera quia dãtur ſeu offeruntur ab inferioribus. Hoc enim ſacrificium miniſterio ſacerdotum offertur Deo patri. Hæc sãcta ſacrificia dicuntur,

cuntur, quia fiunt pro peccatis noſtris. Dicuntur autẽ illibata, id eſt, incorrupta non ꝙ illa accidẽtia nõ poſſint corrumpi, ſed quod cõtentũ ſub eis, ſcilicet corpus Chri & sãguis, nõ corrũpit, iuxta illud, Nõ dabis ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ. Fiũt ãt tres cruces in uerbis iſtis, Hęc dona, hæc munera, hæc sãcta ſacrificia illibata.

Pro quo ſciẽdum ꝙ ſacerdos ideo utitur ſæpius ſigno crucis circa hoc ſacrum magis quã circa aliud, quia iſtud ſacrm eſt magis memoriale paſſionis Chriſti, q̃ ad crucẽ eſt terminata. Fiunt autẽ hic primo tres cruces, ad deſignãdum triplicẽ Chriſti traditionẽ, quarum prima fuit gratioſa a Deo p̃re ex dilectiõe, q ꝓprio filio ſuo nõ pepercit, ſed ꝑ nobis tradidit illum.

Secunda fuit a Iuda, quæ fuit ex auaritia & cupiditate, eo quod pecuniam pro eo recepit, quam appellant mercedem iniquitatis.

Tertia fuit a Iudæis, q̃ fuit ex inuidia, quia ſciebat Pilatus ꝙ per inuidiã tradidiſſent eum. Quia igitur Deus pater dedit eum nobis in donũ, ideo prima crux fit cum dicitur, Hęc dona. Et quia Iudas pro munere tradidit eũ, ideo ſecunda crux fit cum dicitur, Hęc munera. Quia uero Iudæi ad mortẽ tradiderunt eum ut cruci figeretur ĩ ſacrificiũ illibatum, ideo tertia crux

fit cũ dicit̃,hæc ſãcta ſacrificia illibata. Vel etiã ſecundum Guliel. Manitinẽſẽ, tres cruces fiũt in reuerẽtiã eius,qui eſt trinus Deus in pſonis, cuius potẽtia fit cõuerſio panis & uini. Et ſecũ dum Bernar. de Parãtinis ſignificat crucifixio nẽ triplicẽ, quarum prima fuit in uoluntate & affectu,qñ collegerũt põtifices cõſilium. Ioã.11. & Matth.26. Secunda fuit in uocibus clamantium, Crucifige, crucifige, Luc.23. & Ioan.19. Tertia in crucifixione manuũ & pedum, Luc. 23. Eſt itaq; ſenſus iſtorum uerborum quantũ ad triplicẽ effectum. Nã quia Chriſtus datus eſt liberaliter,ideo dicit̃ dona pluraliter. Quia uero datus eſt utiliter,ideo dicit̃ munera. Et qa datus eſt ut nos ſãctificaret mẽtaliter, ideo dr̃ ſacrificia illibata,id eſt,ĩmaculata. Sed quare dr̃ pluraliter dona,munera,&c. & nõ donum,munus,&c. cũ hic nõ fiãt plura ſacrificia ſeu ſacra, ſed unum tm̃? Rñdet̃ ꝙ licet corpus et ſãguis Chriſti ſint proprie loquendo cõpoſita diſtincta, tñ dñr unum integritate ſicut comeſtio in una mẽſa, quãtũcunq; fercula ſint diuerſa aut potus diuerſi, nihilò minus dr̃ una comeſtio, et hoc unitate integritatis, quia cibus & potus ſimul integrãt refectionẽ, & habẽt unũ effectũ ſcilicet nutritionẽ. Et iſto mõ iſtud ſacr̃m dicit̃

unum.

unum. Qn̄ ergo dicuntur dona, munera plura-
liter, refert ad illas ſubſtãtias panis et uini, quę
plura ſunt cõpoſita per ſe, & nõdum ſunt cor-
pus et sanguis Chriſti unum. Vnde ſecundum
Gorrã ſup Matth. quãuis ibi ſint plura mate-
rialiter, nõ tn̄ formaliter, ꝓpter unã operationẽ,
quã intẽdunt, ſcilicet refectionem ſpiritualem.

SEquitur in primis, q̄ tibi offerimus, ubi po
nit operatio ſalutis eorũ, pro quibus offert
hoc ſacrificium: et cui, quia Deo patri. unde di
cit, in primis. id eſt, principaliter tibi. Secundo
quis offert, quia ſacerdos ex parte totius eccle-
ſiæ. ideo dicit, offerimus, nõ offero. Ex quo pa
tet ꝙ malitia ſacerdotis, nõ uitiat effectum cõ-
ſecrationis, quia nõ offert ex bonitate uel mali
tia propria, ſed ex officio quod gerit ex perſo-
na eccleſiæ. Tertio pro quo offertur, & primo
quia generaliter ꝓ tota eccleſia, quod dicit, pro
tota eccleſia catholica, id eſt, uniuerſaliter toto
orbe terrarum diffuſa, & fidei ſacramentis uni-
ta, nõ pro ſynagoga Iudæorum abiecta & di-
ſperſa ubiq; per diabolum. Quarto oſtẽdit quid
petit. unde dicit, quã, ſcilicet eccleſiã, pacificare
digneris, ut ſcilicet pacẽ habeat ab hæreticis et
ſchiſmaticis. digneris etiã eã adunare, id eſt, in
unitatẽ colligere: quæ diſperſa eſt inter perfi-

dos uel paganos. Vel ſecundum Gulieſ. Mantin. orat hic pſbyter pro inuicē diſcordātibus, ut Vniātur in charitate. Additur autē, et cuſtodire digneris, ſcilicet a uitijs & dæmonibus. & regere, ſcilicet in proſperis. Deinde orat pro pſonis ſingularibus, et primo pro capitaneis eccleſiæ, ſcilicet pro papa. q̃ uerba addidit clemēs, & poſtea Pelagius papa cōfirmauit. Vnde idē dicit, Cōſtat ab uniuerſo orbe ſeparatum eſſe, qui ob quālibet diſſenſionē inter ſacra myſteria apoſtolici pōtificis ſecūdum cōſuetudinem memoriā nō frequentat. Deinde pro epo proprio. Vnde dicit, Pro ātiſtite noſtro. quod eps celebrās omittit, cum ſit ipſemet antiſtes. Poſt hoc addit de ſeculari prīcipe, unde dicit, Et prīcipe noſtro. hoc enim eſt cōſilium Apoſtoli. 1. ad Timoth. 11. cap. ubi īquit, Obſecro primo omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulatiōes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, ut quietā et trāquillā uitā agamus in oī pietate & caſtitate. Debet autē intētio celebrātis ferri ad pſonā illius epi, in cuius diocœſi celebrat. Romæ tñ nō dicitur pro antiſtite noſtro, quia ibi papa eſt eps. Similiter dicēdum de principe illo, in cuius regno

uel

uel ducatu celebrat. Deinde deſcendit generali-ter orando pro oĩbus fidelibus. unde dicit, Et oĩbus orthodoxis, id eſt ueris catholicis, non ſchiſmaticis uel hæreticis. Vnde orthodoxus dicĩ ab orthos orthi, quod eſt rectũ, & doxa gloria, uel doctrina quaſi recta gloria uel doctrina. Qui ergo recte glorificant eum, & rectã fidei doctrinã ſequuntur, orthodoxi uocãtur, atq; apoſtolicæ & catholicæ fidei, id eſt ꝑ apoſtolos fundatæ & prędicatæ fidei cultores.

MEmẽto etiã Dñe ſamulorum famularũq; tuarum. Vbi iterum deſcẽdit ĩ ſpeciali ad memoriã certarum ꝑſonarũ. Vnde licet Deus noſcat oĩa, nec opus ſit ſibi demõſtrare perſonã pro qua orat pſbyter, cũ oĩa nuda ſint oculis eius. ad Heb. 4. tñ obliuiſci dr̃ illorũ, quibus gratiã ſuã nõ infundit. Sił dr̃ illorũ recordari, quibus gratiã ſuã & dona largiĩ. Et eſt modus uulgariũ, quo cõiter dicũt tribulati, Deus oblitus eſt mei. Petit ergo hic duo. Primo explicite ꝓ qbuſdã: ſecũdo pro oĩbus circũſtãtibus. Vñ dicit, Memẽto dñe ſamulorũ famularũq; tuarũ nõ dicit ſeruorũ, quia ſeruitus peccatũ deſignat Ioan. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et tales quãdiu ſunt in peccatis, obliuiſcuntur a Deo, iuxta illud: Pcõres non exaudit Deus.

Ioan.9. Sed famulus dicitur a fauore, quia eſt ĩ fauore & gr̃a Dñi, ut ſunt peccatores cõuerſi: & pœnitentes pro peccatis: & tales Deus nouit. unde petit præsbyter recordari talium. Et ſciendum ꝙ ſacerdos debet facere memoriã ordinate, ut ſcilicet primo oret ꝓ illis, q̃ ſunt maiori charitate diligendi: et qui ordinata charitas incipit a ſe, ideo primo facit memoriam, ſui ipſius, cogitãdo tantum mente uel exprimendo ut Deus ſui miſereatur, et dimittat peccata, & tribuat gr̃am. Deinde orat pro patre, & matre, parẽtibus & fratribus atq; ſororibus. Tertio pro benefactoribus. Quarto pro inimicis & perſecutoribus. Quinto pro infidelibus, ut cõuertãtur ad fidẽ. Et hic quidã faciunt ſibi diſpoſitionẽ in mente ſatis pulchrã, faci entes talẽ memoriã ad ſimilitudinẽ ordinis caſuum, quorum primus eſt nominatiuus, in quo ſuiipſius recordãtur. Secũdus genitiuus, & ſignificat genitorẽ, id eſt parentes, Tertius, datiuus & ſignificat datorem uel benefactorẽ. Quartus, accuſatiuus, & ſignificat accuſatorẽ uel inimicum. Quintus, uocatiuus, & ſignificat uocandos ad fidẽ. Sextus, ablatiuus: & ſignificat mortuos a nobis ablatos. Et de iſtis fit mentio in ſecunda memoria. Sed quare prius pro uiuis quã pro mor-

mortuis oramus? Reſpōdeo, quia uiui ſunt in maiori periculo, quia poſſunt dānari, mortui autē pro quibus oratur, ſunt in purgatorio de quibus non timetur. Et de iſta memoria debet ſe cito expedire, propter diſtractionem mentis & euagationem, nō ſicut quidā faciunt dormitantes in tali memoria, ita ꝙ quandoq; populares recedunt a miſſa tædio uicti. & hoc eſt ſcandalum & per conſequens fugiendum.

SEquit, Et oīum circūſtātiū: id eſt, audientiū miſſam, digneris eſſe Propitius, quos uides in te credere rectè, te deuotè diligere. Et ex hoc patet ꝙ ualde utile eſt intereſſe miſſæ: quia pro talibus ſpecialiter orat. Vñ ſtatutum eſt ut oēs fideles audiant miſſam dñicis diebus & feſtiuis diebus de conſecratio. diſtinct. 1. c. oēs fideles. &. c. miſſas. Et dicūt doctores hoc idē eſſe pceptū, ut ibidē patet. Sequit. Pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt. id eſt, nō ſolū illis digneris miſereri, pro quibus hoc offerimus ſacrificiū laudis ſed etiā illis, qui ſoli hoc offerūt pro ſe ſuiſq; oībus, uidelicet cōſanguineis & affinibus, familaribus, & amicis: p redēptione aīarū ſuarū quaſi dicat, nō pro tēporali lucro, ſed pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, id eſt, pro ſalute & incolumitate ſua ſperāda.

da. Et quia bona hominis triplicia ſunt: ideo pro æternis prius orat, ſcilicet pro ſpe ſalutis. Secũdo pro corporalibus ideo dicit, incolumitatis. id eſt, corporalis ſanitatis. Tertio pro ſpiritualibus, ideo dicit ſeu addit, pro redemptiõe aĩarũ ſuarum. Sequit̃, Qui tibi reddũt uota ſua æterno Deo uiuo & uero. Vota dicuntur illa, quæ uoluntarie promittunt̃. Dicunt̃ autẽ uota nr̃a, quia fiũt à nobis ex libertate arbitrij ſine coactione. Dicunt̃ etiã Dei: quia ꝑ gratiã eius fiunt, quã dat illis, qui uouẽt, ut poſsint etiã eã ꝑficere. Sed circa p̃dicta q̃rit̃, quare præsbyter non orat primo pro ſe, ſed prius principaliter orat pro papa, & ſe omittit? Ad quod dicendũ quod ibi orat ut perſona publica, ideo publicũ bonum ſeu commune præfert proprio bono: hic autem orat ut perſona ſingularis intrando memoriam ſingularium et priuatarum perſonarum & ideo præponit ſe omnibus.

COmmunicãtes. Poſtquã poſuit cõmemorationẽ illorũ, qui ſalute indigẽt: hic ponit illos, qui ad ſalutem adiuuãt: ut ſunt ſancti. Et primo ponit eos in generali: ſecũdo in ſpeciali Dicit ergo, cõicantes. Et hoc cõpoſuit Linus papa, cõicãtes, id eſt participantes cũ ſanctis in hoc quod Deum. uidemus licet differẽter, quia

nos

nos per fidẽ ipſi ad oculũ. Tũ ex quo idẽ obiectũ habemus cũ illis, ſcilicet unum Deũ: ergo participamus cũ eis. Et memoriã uenerãtes. id eſt, uenerãter colimus: in primis glorioſæ ſpoque uirginis Mariȩ genitricis Dei & dñi nři Ieſu Chriſti. ſed & beatorũ apoſtolorũ ac martyrũ tuorũ Petri, & pauli. Vbi ponit. 12. Apoſtolos. &. 12. martyres. Cõfeſſores antẽ nõ ponit, cuius rõ eſt, quia tẽpore quo cõpoſitus eſt canõ, nõ celebrabaẽ memoria cõfeſſorũ ita ſolenniter. Vel ideo ponunẽ martyres, quia imitati ſunt Chriſtũ in paſſione, & maximũ honorẽ oſtẽderũt pro ipſo moriẽtes. quod nõ ſecerunt cõfeſſores Hoc autem ſacrificium eſt maximi amoris. Ponuntur etiã aliqui martyres minus notabiles quod factũ eſt diuina diſpenſatione. Nã ut dicĩ, dũ ſancti patres deleuiſſent iſtos et alios ſcribere uellent, cras inuenerunt illos deletos aureis literis ſcriptos. uñ bonũ eſt etiã aliquã minus ſanctis reputatis reuerẽtiam impẽdere, & eorũ ſuffragia poſtulare, quia ſecundũ Tho. quibuſdã ſanctis datum eſt patrocinari ſpecialiter, & in ſpecialibus negotijs, ut beato Antonio cõtra ignẽ &c. Præponiẽ autẽ oĩbus ſanctis beata uirgo Maria, quia ipſa eſt ſalutis noſtræ pcipua adiutrix, & ipſa in cœlo primũ lo-

cũ tenet poſt Dei filiũ. Deinde ponuntur Apo ſtoli,quia ipſi tradiderũt nobis formã & ritum huius ſacrificij.Deinde martyres, qui pro illo qui eſt in hoc ſacro,ſe obtulerũt hoſtiã uiuẽtẽ. Petimus autẽ hic eorũ ſuffragium, ſignificãtes quod quandiu ſumus in hac uita,neceſſe habemus eorũ ſuffragia poſtulare cum ipſi Chriſto ſint in gloria propinqui uñ poſſunt nobis impetrare gloriã. Poſt eleuationẽ uero petimus eorũ cõſortiũ:deſignãtes per hoc quod poſt re ſurrectionẽ iũgemur ſanctorũ cõſortio, & nõ indigebimus ſuffragio. Non dirigimus autem orõnes nr̃as ad ſanctos, ut per eos impleantur quæ poſtulamus,ſed ut eorũ precibus nr̃æ ora tiones ſortianť effectũ.In quibuſdã libris poni tur hic ſignũ crucis,cum diciť muniamur auxi lio,ſed nõ habet fundamẽtũ, cum nõ petamus hic muniri ſigno crucis, ſed patrocinio ſancto rũ.Qũo autẽ ſancti uident orationes nr̃as, dicit hic.Bernar.de Parãtinis qđ nõ cognoſcunt eas cognitione naturali uel beata,ſed uirtute et reuelationis, per quã cognoſcunt orõnes nr̃as uocales ſiue mẽtales. Fit etiã additio in quibuſ dã feſtiuitatibus,quia ibi petimus protectionẽ diuinã ſpecialem,ut in Natali,in Epiphania,in Paſcha,in Aſcenſione,& in Pẽtecoſte, in qui-

bus

bus ſpecialia dona circa nos facta recolũtur, q̃
nobis dari tunc poſtulamus. In fine autem hic
nõ dicitur, Amẽ, quia angeli reſpondẽt, Amẽ.

HAnc igit̃ oblationẽ. Hoc addidit Leo Pa-
pa anno dñi. 444. ubi quaſi cõprehẽdẽdo
oĩa ſupradicta, ſummariè cõcludit̃. Petit ergo
quatuor. Primo petit acceptationẽ oblationis.
uñ dicit, hãc igit̃ oblationem ſeruitutis nr̃æ. Et
uide quare hic pręsbyter ſpecialiter appellat ſe
ſeruũ, ſuperius uero alios appellat famulos. Ra
tio, quia quilibet debet ſe reputare peccatorem,
& nõ alios. Dicit̃ autem hæc oblatio ſeruitus:
q̃a ſumus empti iſta oblatione, iuxta illud. Em
pti eſtis pretio magno. Sed & cunctæ familiæ
tuæ, quæ tibi famulant̃ & ſeruiunt, ut placatus
accipias. Licet enim Deus ſit ſemper placatus,
id eſt, miſericors quãtũ eſt in ipſo ſacrificio, tñ
ſæpe offendit̃ ex parte miniſtrorum, qñ ſunt in
peccato. Sequit̃ Dieſq; nr̃os, ubi petit fędus pa
cis, uñ dicit, dieſq; nr̃os ĩ tua pace diſponas. Et
loquit̃ nõ ſolũ de pace tẽporis, ſed etiã pecto-
ris, quæ eſt ceſſatio à peccatis. Atq; ab æterna
dãnatione nos eripi, ubi petit euaſionem carce
ris, ſcilicet dãnationẽ perpetuã. Et in electorũ
tuorũ iubeas grege numerari. ubi petit adiũctio
nẽ cũ electis. Per Ieſum Chriſtũ dñm nr̃m. Et
iſtã

iſtā particulā ſanctus Gregorius cōpoſuit Fit autē appoſitio iſtius particulæ certis diebus,ut in Reſurrectione & Pentecoſte. Ex quo enim petimus remunerationē, q̄ fit per reſurrectionē Chriſti, et Spiritus ſancti miſſionē, ideo tūc fit additio ſecūdū alios etiā in cœna Domini, quia per illud ſacrificiū tunc inſtitutum datī remuneratio, iuxta illud, Qui mādicat hunc panē, &c. hæc autē uerba dicens ſacerdos, ſe profunde inclinat, ſignificās quod legalis ſacerdos ſummo conamine obumbrabatur, ne uideretur, uel quia orauit Chriſtus profunde ſe inclinādo & humiliando ante horam paſſionis.

De ſecunda parte canonis.

QVā oblationē, &c. Hæc eſt ſecūda pars canonis, in qua ponitī ſacrificij conſecratio. Et habet tria dicta. Primo nāq; uirtus cōſecrādi petitī. Secūdo, ipſa cōſecratio perficitur, ibi, Qui pridie Tertio, rei conſecratæ cōmemoratio exprimitur, ibi, Vnde & memores.

Circa primū, primo ponit ſacrificij oblationē. Secūdo, oblationis benedictionē, ibi, quæſumus benedictā. Tertio, ſacrificij tranſſubſtātiationē, ibi, ut nobis. Dicit ergo, Quā oblationē, id eſt, terrenā materiā ad corpus filii tui deſtinatā, ſecūdū Gulielmū Manitinē. Tu Deus

quæſu-

quæſumus in oĩbus, id eſt tota cogitatione, tota cognitione, tota mente, & toto intellectu digneris facere benedictã, id eſt, per quã homines benedicebãtur. Aſſcriptã, id eſt per quã homines aſſcribanť in cœlo. Ratã, id eſt per quã de uiſceribus Chriſti eſſe cẽseãtur. Rõnabilẽ, id eſt, per quã à beſtiali sẽsus exuantur. Acceptabilẽ, ut q nobiſmetipſis diſplicemus, p hãc acceptabiles unico filio eius ſimus. Ita exponit Auguſt. de cõſecratione diſtin. 2. utrũ ſub figura. Sed Innocen. exponit referendo ad Chriſtũ benedictã, id eſt, ĩmunẽ à pcõ. Aſcriptã, id eſt, ſcripturis pnuntiatã et figuratã. Ratã, id eſt, nõ trãſitoriã, ſicut uetus lex. Rationabilẽ, id eſt, quaſi nõ peculiarẽ ſicut erat hoſtia legalis, q̃ nõ mundabat à peccato. Acceptabilem, contra illam de qua Iſa. & Ieremias dicunt. Obtuliſti hoſtiã nõ acceptã. Cõiter tñ hoc refertur ad differẽtiã oblationis Iudę, illa enim traditio fuit maledicta: ideo iſta ſit benedicta. Illa fuit proſcripta, uel deſcripta de libro uiuentium, ideo digneris facere aſcriptã iſtã. Illa fuit irrita, id eſt, iniqua et deteſtabilis, ideo Deus fac iſtam ratã. Item illa fuit irrationabilis, ideo Deus fac iſtã rationabilẽ, id eſt, ratione plenã, ut fiat rationabile nræ ſeruitutis obſequiũ. Ille reddidit ma-

la,p bonis, pp qđ reprobatus eſt ſed tu Deus ſac hāc acceptabilē,p quā tibi nos reddas acceptos. Fiūt aūt hic quinq; ſigna crucis, tres cōes ſup panē,et calicē ſimul, quarta autē super panē & quinta super calicē per se. Et ſignificant quinq; loca uulnerū eius. Vel ſecundū Innocē. tres ſignificāt triginta denarios,pro quibus uēditus eſt Chrs duę autē uēditionē et emptionē & duæ uēditorē & uēditū. Vel secūdum Bern. de Parātinis,&secūdū Gulielmū Manitinē. ſignificāt tria,q̄ Chrs fecit circa hoc ſacrm. Nā accepit,benedixit,& dedit. Ecce tria & ſpecialiter fit crux una ſupra oblatā,et una ſuper calicē,quia dixit. Hoc eſt enim corpus meū & iterū,Bibite ex hoc oēs.& sequitur,ut nobis corpus & sāguis fiat dilectisſimi filij tui dni nri Ieſu Chriſti. ubi petit trāſſubſtātiationē panis in corpus Chriſti per hoc uerbū cum dicit,Fiat illud.n.eſt uerbū creationis ſiue creatoris. Gene. 1.ubi dixit,Fiat lux. Et sequit̄,& factū eſt ita. Et nō dicit sacerdos. Vt faciā corpus Chri, q̄a nō eſt niſi miniſter huius cōuerſiōis,ideo nō ī propria persona, sed in perſona Chriſti dicit, Fiat. Dicit autē,dilectisſimi filij tui,quia nullus poteſt eſſe dilectus Deo,quātumcunq; sāctus, ſicut Chriſtus,ratione cuius dilectiōis propter ipsum

ipſum totius Mundi peccata indulſit. Fiunt au tem duæ cruces, una ſuper panem, alia ſuper ca licem, ad ſignificandum quod hoc ſacramentū ualet ad ſalutem corporis, & animæ.

SEquitur, Qui pridie. hæc uerba addidit Alexander. 1. anno Dñi. 122. Et hic pficitur cõſecratio. Circa quod primo repræſentat quid Chriſtus in cœna fecit unde dicit. Qui pridie, id eſt, una die anteq̃ paſſus eſt, uel una die præcedẽte ante paſſionẽ accepit panem. Et in hoc loco terſis digitis ſuper corporale, accipit ſacerdos hoſtiã reuerẽter. Et debet eã tenere ſubmiſſè, non oſtẽdẽdo populo uel miniſtro, ne uideatur aliquo modo ante conſecrationẽ, unde dicit, Accepit panem in ſanctas ac uenerabiles manus ſuas, & eleuatis in cœlum oculis ad te Deum patrem ſuū oĩpotentem. Et hic eleuat ſacerdos oculos ſupra cœlum, in quo Chriſtus ſignificatur, quia oculos mentis debemus eleuare in cœlum, unde ueniat auxilium nobis, ut dicitur in Pſal. quia omne bonū deſurſum deſcendit. Sequitur, Gratias agens, non pro ſe, ſed p noſtra redemptione. Bñdixit, & fit ibi crux ſuper hoſtiã, quæ ſignificat quod Chriſtus paſſus eſt in natura humana. ſ. in corpore & anima, quia dixit. Triſtis eſt anima mea uſque ad

mortem. Et ideo per ſe benedicitur hoſtia ; & per ſe calix. Et non intelligas, quod Chriſtus benedixit. i. crucem fecit ſuper panem, cum uirtus crucis nulla fuerit ante paſsionem eius, ſed benedixit. id eſt, uerba, conſecrationis. ſ. illa. Hoc eſt enim corpus meum, ſuper panē protulit, quorum uirtute uerborum facta eſt ſtatim benedicta tranſſubſtantiatio panis in corpus Xp̄i. Vnde expone, Benedixit. i. uim benedictionis uerbis per ipſum prolatis dedit, ut trāſſubſtātiaretur panis in corpus Xp̄i uerum. Sequitur, Ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens, Accipite & mādūcate. Vbi ſciendū quod licet hic dicat̄, quod Xp̄s prius fregit, & tunc conſecrauit, tn̄ ita nō intelligendum eſt quòd Xp̄s prius fregiſſet, & tunc benedixiſſet, ſed ꝙ Xp̄s poſt benedictionem & conuerſionem fregit. Vnde ſic conſtrue literā. Accepit panem & benedixit, ſcilicet dicens, hoc eſt. n. corpus meum & tunc fregit, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite, & comedite, hoc eſt enim corpus meū. Prius ergo protulit illa uerba, ut eis uim conficiendi tribueret. Deinde ea protulit, ut Apoſtolos formam conficiendi doceret. Ita dicit Guliel. Cōiter tn̄ dicitur ꝙ ſemel protulit Xp̄s illa uerba, tunc ſcilicet qn̄ uoluit dare Apoſtolis.

Vnde

Vnde dando eis:tunc benedixit ꝑ illa uerba iã dicta.ſ.Hoc eſt.n. corpus meũ. Ita dicit Gorra ſuper Matt.Et ita ꝑ illa uerba ſemel ꝓlata ſimul cõfecit,& formã conficiendi dedit,ut dicit Bern.de Parãtinis. Vnde ſenſus eſt.Benedixit, fregit deditq; diſcipulis ſuis,& tunc dixit.Hoc eſt.n. corpus meũ.Et iſte eſt uerus ĩtellectus.

HOc eſt enim corpus meum. Iſta eſt forma conſecrationis,uenerabilis ſacramenti Eucharistiæ,q̃ dicens ſacerdos habeat intentionẽ uerã cõſecrandi corpus Xp̃i.Non omittat autem illam coniunctionem,enim:quia licet non ſit de ſubſtantia ſacramẽti:eſt tñ de eſſentia præcepti:unde grauiter peccaret omittens eam.Aliqui uero dicentes iſta uerba tenet hoſtiã in manibus, ita quòd poſſit uideri à circunſtãtibus: quòd eſt graue periculum, quia tunc põt adorari per ſimplices ante cõſecrationẽ: quod erit graue peccatum idololatriæ. Et ideo teneat eã ualde depreſſe in altari,ne uideatur . Fit autem eleuatio hoſtiæ ſacratisſimi corporis Xp̃i : ut oſtendatur omnibus oblata eſſe ad ſalutem, iuxta illud:Ego ſi exaltatus fuero à terra,&c.Secundo , ut extunc populus cognoſcat ibi eſſe ueritatem ſacramenti,quæ non prius facta eſt, ſed modo ut iam ſciat ueraciter adorare Deũ

præſentem.Expoſitio aūt iſtius formæ uerbō rum requiratur ſupra in tractatu de ſacramen tis,circa ſacramentum Euchariſtiæ,ubi ſufficiē ter expedita eſt.Sequitur,Similiter,&c.ubi po nit forma conſecrationis ſanguinis Xp̄i. Vbi ſciendum ꝙ ſacerdos uolens proferre iſta uer- ba,debet ipſum calicem accipere ambabus ma nibus:& cū dicit,Benedixit, debet facere crucē ſuper calicem tenendo calicē in manu ſiniſtra: ne tactu uel impetu cadat.Crux ſuper calicem ſignificat paſsionem Chriſti in anima,ut dictū eſt:& etiā noſtrā ſalutem in aīa:& facta cruce, debet tenere calicem ſicut prius . Et hoc facto profert uerba conſecrationis, habendo inten- tionē conſecrādi ſanguinē Chriſti. Et ſi poteſt habere actualē,eſt tanto melius. Debet autem proferre uerba iſta ſine aſpiratione magna, nō ſicut qdā fatui faciūt,facientes anhelitū magnū ac peſsimum in hoſtiam uel calicē: ita ꝙ aſtan tes ſcandalizantur.Vnde dicit.Similiter poſtꝗ̄ cœnatum eſt, accipiens hunc præclarum cali- cem. Et ponitur hic continens pro contento, id eſt,uinum cum aqua miſtū in calice ad trāſ- ſubſtantiādum in ſanguinem ſuum.Dicit etiā, hunc calicē:quia idem eſt nunc , qui fuit tunc in ſpecie ſimilis,quantum ad materiam calicis:

quan-

quantum uerò ad contentum Chriſti ſanguinẽ idẽ eſt in numero nũc, qui fuit tunc. Addit autem, præclarum, q͂a iſtud ſacrificiũ inter omnia eſt præclariſsimũ: unde Pſal. Calix meus inebrians quã præclarus eſt: Sequitur, In ſanctas ac uenerabiles manus ſuas, quo tẽpore recipiat ſacerdos calicẽ in manus. Sequitur, Itẽ tibi gratias agens. quòd referas ad illud, quod dictum eſt, ſimili modo, & facit ſicut prius agẽdo gr͂as Deo patri. Sequit̃, benedixit, deditꝗ diſcipulis ſuis, dicẽs: Accipite & bibite ex hoc oẽs, &c.

HIc eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti myſterium fidei, qui ꝓ uobis & pro multis effundetur in remiſsionẽ peccatorum. Hoc totũ eſt de forma conſecrationis ſanguinis: & exponit̃. Hic eſt calix ſanguinis mei: id eſt, hic eſt ſanguis meus in calice contentus: noui. i. ultimi, & æterni, id eſt, perpetui teſtamenti: myſterium fidei. i. habens ſecretam & abſconditã intelligentiã tenendam per fidem, quia aliud uidet̃, & aliud ſub uiſis ſpeciebus firmiter eſſe creditur, qui pro uobis & ꝓ multis effundetur in remiſsionẽ peccatorum. Dicit notanter pro multis, & non dicit, ꝓ omnibus: quia licet pro omnibus effuſus eſt quantum ad ſufficientiam, ita ꝙ ſufficiens eſt ſaluare

omnes:non tñ quantum ad efficaciam:quia nõ oẽs efficiuntur ſaluati per ipſum. Dicit autem pro uobis.q. d. Iudæis: quia Apoſtoli Iudæi erant,& pro multis.ſ.gentibus in remiſsionẽ peccatorum.i.pp remiſsionẽ peccatorũ.His dictis eleuat ſacerdos calicẽ, ut populus adoret, ſciens iã ibi ueraciter eſſe ſanguinem Chriſti. Aliqui aũt eleuant tectum cal icem, aliqui diſcooperiunt:ſed non eſt uis.Nam coopertus deſignat occultum & difficile myſterium ſacramenti huius:diſcoopertus autem ſignificat ſeparationem ſanguinis Chriſti à ſuo corpore tẽpore paſsionis. Et ob hanc etiam cauſam ſeparatim conſecratur corpus Chriſti & ſanguinis,ut ſignificatio exprimatur, ut dicit Gorra ſuper Mat.26.c.Hæc quotieſcunq; feceritis,in mei memoriã facietis. Hæc clauſula,quia tam conſecrationis corporis quã etiam ſanguinis reſpicit complementum: ideo poſt utrunq; eſt dicenda.Sciendum etiam quòd tempore eleuationis debet fieri à populo deuota inclinatio: ut dicitur in.c.ſane.de celeb.miſ.& poſſunt dici hæc uerba à populo:ut dicit glo.ibidem:Salue lux Mundi,uerbum patris,hoſtia uera,uiua caro,deitas integra,uerus homo.Poſſunt etiam, dici iſta,Tranſſubſtantientur res iſtę in corpus

& ſanguinem tuum Dñe,ad honorem & laudẽ nominis tui,ad remiſsionem peccatorũ, & ad ſalutem animarum nr̃arum. Põt etiã dici tũc. Pater noſter, &c. Vnde & memores,Dñe,nos ſerui tui.ubi ponit̃ conſecratæ rei cõmemoratio. Quia enim Xp̃s dixit, Hoc facite in meã cõmemorationem:ideo & presbyter dicit. Vnde & memores nos ſerui tui.Hoc dicunt miniſtri cã humilitatis uocantes ſe ſeruos. Sed & hæc plebs tua ſancta.i.per baptiſmum ſanctificata eiusdẽ Xp̃i filij tui dñi Dei nr̃i tam beatæ paſsionis. Et hic ſacerdos manus extendit ad modũ crucis,ut per illam extenſionẽ manuum ſuarum extenſionem manuum Chriſti repræſentet in cruce.Contra quod tamẽ faciunt illi, qui uix mouent,uerecundantes manus extendere in hoc loco. Sed tu miſer ſicut & ego, ut quid uereris tanti dñi & Dei tui repræſentare figurã & diſpoſitionẽ,qua te redemit,& nõ uereris circa illicitas choreas,& forſan amplexus mulierum extendere manus,pedes,brachia, atque totum corpus,& repręſentare diaboli figuram? Sequitur. Necnon ab inferis reſurrectionis.ubi ſacerdos contrahit ad ſe brachia: & ſignificat ab inferis reſurrectionem: Sequitur. Sed & in cœlos & gl'oſæ aſcenſionis,ubi ſacer

dos erigit altius manus uſque ad humeros, in ſignum quòd Xp̃s eleuatis manibus ferebatᷣ in cœlum. Et ab hoc loco ſtringuntur digiti. ſ. pollices & indices utriuſq; manus: nec diſiunguntur, niſi quando opus eſt tangere: ſacramẽtum: quod fit ob reuerentiã ſacramenti, ne digiti aliquid tangant poſt contactum corporis Xp̃i: ne etiam eis incautè aliquid cohæreat, quod per diſiunctionem deperdatur: quòd eſſet magnum peccatum, ideo ſit ſacerdos ĩ hoc multum cautus. Sequitur. Offerimus præclaræ maieſtati tuæ. i. præ oĩbus aliis claræ. quia licet corpora ſanctorum erunt clara: tñ Deus præclarior eſt in ſua maieſtate, quia eſt ſpeculũ ſine macula. Sequitur: De tuis donis, quod dicit ratione ſpiritualium. ac datis: ratione tẽporalium in præſenti. Et quid offerimus? ſubdit: hoſtiã purã: quia Xp̃s cõceptus eſt ſine originali peccato de uirgine. ſanctam, ſine mortali. immaculatam, ſine ueniali. panem ſanctũ uitæ æternæ, panem uiatoribus pñtis uitæ pro uita æterna conſequenda præparatum, & calicẽ ſalutis perpetuæ, quia ipſe eſt reficiens & inebrians in patria, ſecundũ Bern. de Paran. Fiunt autem hic quinque cruces, ad deſignandum ꝙ Chriſtus in quinq; ſenſibus patiebatur uel etiã

plagas

plagas & uulnera,duas manuũ,et duas pedum, & unam lateris,ſecundũ Guli. Manitin. Facit autem tres communes ſuper utrunq;, ſcilicet corpus & ſanguinẽ,& duas ꝑ ſe quãlibet ſingu lariter,ſecundum autem Ber.de Paran. ſignificant quinq; effuſiones ſanguinis Chriſti.ſ. in circunciſione, in ſudore, in flagellatione, in crucifixione,& in lateris apertione.

Sequitur tertia pars canonis.

SVpra quæ propitio ac ſereno uultu,&c.Hic ponitur tertia pars canonis, in qua ponitur effectus ſacramenti,qui res eſt tantum.Et ſunt tres particulæ. Primo petitur donorum acceptatio.Secundo diuinæ miſericordiæ imploratio,ibi, ſupplices. Tertio collatio gloriæ, ibi, Memento dñe.Dicit ergo.Supplices te rogamus.Vbi ſacerdos cancellat manus in modum crucis eleuando eas,ita quòd aliqualiter ad miniſtrũ protrahi poſſunt.Et eſt ſenſus,ſupplices te rogamus ut ſuꝑ iſta dona propitio ac ſereno uultu reſpicerẽ digneris propitio.i.accipiẽdo ea tanq̃ gratuitè placita,ac ſereno.i.miſericordi,iuxta illud,Illuminet uultũ ſuum ſuper nos, &c. Reſpicere digneris.i. accepta habere digneris. Vnde ſequitur. Et accepta habere,ſicut accepta dignatus es haberẽ munera pueri tui iuſti Abel

De iſto Abel habetur hiſtória Gene.4. ubi dicit. Reſpexit dñs ad Abel & ad munera eius. Et ita fuerunt Deo accepta. Sequit, Et ſacrificiũ patriarchæ noſtri Abrahæ, qui filium ſuũ uoluit immolare Gene. 22. quod reputatũ eſt ei ad iuſtitiam. Sequitur, et quod tibi obtulit ſacerdos tuus ſummus Melchiſedech. De iſto dicit Ber. de Parã. ꝙ fuit primogenitus Noe qui uixit tẽporibus Abrahæ,& iſte obtulit panẽ & uinũ in ſacrificium, gratias agens Deo ꝓ uictoria Abrahæ conceſſa ſup quinq; regibus. Per q̃ oĩa deſignat iſtius ſacri grata Deo acceptabilitas. Nã ſicut Abel obtulit grata primogenita. ſic Chriſtus oblatus eſt primogenitus in multis fratribus. Et ſicut Abrahã unicũ obtulit filium: ſic Xp̃s unicus Dei patris oblatus eſt. Et ſicut Melchiſedech obtulit panẽ & uinũ, ſic Xp̃s ĩ pane et uino ſacramẽtũ hoc inſtituit, de quo dr, Tu es ſacerdos ĩ æternũ ſecũ dũ ordinẽ Melchiſedech. Vocat aũt Abel puerũ, nõ à pueritia, quia fuit uir. xx. annorũ, ſed à pueritia innocẽtiæ, Abrahã autẽ dr patriarca, id eſt, pr̃ fidei catholicę, quia primus in Deum credidit, & primus incarnationẽ pręcognouit. Io. 13. Vidit et gauiſus eſt. Sanctũ ſacrificium, immaculatã hoſtiã. Hoc addidit Leo Papa.

Sup-

SVpplices. Hic petitur diuinę gratiæ infuſio, unde dicitur, Supplices.i.humiles te rogamus omnipotens Deus. Vbi ſacerdos humiliter ordinauit cancellatis manibus poſitis ſup altare, q̃ cancellatio, ſicut et prima, ſignificat q̄d per crucẽ et paſſionẽ petit offerri iſta. Siniſtra autẽ ſupponit, per quã ſignificat paſſio Xp̃i. ſed dextera ſupraponit, per quã Xp̃i reſurrectio deſignatur. Sequit, Iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui, quod exponit Thomas in.4. Sententi.diſtin.13. non ꝙ Angelus iſta conſecret, cum poteſtatẽ nõ habeat. ſed orationem ſacerdotis et populi Deo p̃ntat, ſecundum illud Apocal.8. Aſcendit fumus aromatum in conſpectu dñi.i.uota uel ſupplicationes fideliũ, de manu angeli, quæ ſunt orationes ſanctorum. Exponit ergo, Iube hæc uota uel ſupplicationes fideliũ perferri per manus.i.ꝑ miniſteria angelorum in ſublime altare.i.in eccleſiã triumphantẽ, uel in plenã participationem deitatis, quod eſt ſublime altare, unde ſequitur, in cõſpectu diuinæ maieſtatis tuæ. Vel iube perferri hæc, id eſt, in eccleſiã militantẽ in ſublime altare, id eſt, in eccleſiam triumphantem, et hoc fac per manus angeli, id eſt, filii tui, ſequitur. Et præſta ut quotquot, ſcilicet fideles. Ex

hac

hac altaris participatione,&c.Et hic primo ſacerdos diſiungit manus, et oſculatur altare in dextera parte, per quod repræſentat oſculum Iudę.quod dedit Xpo cũ ſurrexit ab oratione, et fit hoc in deteſtationẽ ipſius Iudæ.Sequitur, ſacroſanctũ filii tui corpus,et hic facit crucẽ ſuper hoſtiã.Sequit, et ſanguinẽ et hic facit aliã crucẽ ſuper calicẽ.Sequit,Sumpſerimus,omni benedictione cœleſti et gratia repleamur . hic ſignat ſe ante faciem.Crux ſuper hoſtiam deſignat uincula,quibus alligatũ fuit corpus Chriſti.Crux ſuper calicem deſignat flagellũ, quo eductus eſt ſanguis de corpore Chriſti . Crux ſuper faciem deſignat ſputa in faciem Chriſti. Vel ſignant iſtæ cruces quòd Chriſtus ter orauit, uel etiam quòd tria uerba dixit in cruce. Primum, Pater,dimitte illis. Secũdum, In manus tuas. Tertium. Vt quid dereliquiſti me?

MEmento etiam domine famulorum famularumq; tuarũ,ubi petitur collatio glorię, et primo mortuis,poſtea uiuis,unde dicit,Memento Domine famulorum famularumq; tuarum. Vbi ſciendum quòd licet quidã mortui ſunt in cœlo,quidam in inferno, et quidam in purgatorio, tamen quia nobis non conſtat de ſingulis in ſpeciali, ideo quaſi æſtimantes eos

eſſe

eſſe in purgatorio, oramus pro omnibus, et ideo dicimus, Memento domine, etc. qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, id eſt, oſtenderunt aliquod ſignum fidei, puta habuerunt contritionem uel deuotionem decedẽtes. Nam de talibus adhuc eſt ſpes. Et dormiunt in ſomno pacis, id eſt ſine peccato mortali, ſecundũ Bernar. de Par. Et debet hic fieri memoria eodem mõ ſicut ſuprà, primo pro illis, pro quibus ſpecialiter miſſa legitur, uel qui in ſpeciali memoria ſunt tibi commendati. Secundo, pro parentibus mortuis. Tertio pro benefactoribus. Quarto pro omnibus fidelibus defunctis, non autem pro inimicis ſecundum quoſdam. Et hoc dico de illis, de quibus certum eſt quod non reconciliati deceſſerunt, quia pro illis nominatim non eſt orandũ, imo nec generaliter, niſi ſub conditione, inquantum ſunt ſuſceptibiles ſuffragii. Sequitur ſecunda memoria ipſis, et omnibus in Chriſto quieſcentibus, in fide Chriſti quieſcentibus locum refrigerii lucis et pacis ut indulgeas deprecamur. Et non eſt opus dicere, ipſis Domine: quia p̃mittit prius, Memento Domine: Vnde illud quod ſequit̃, ſcilicet indulgeas refertur ad illud, Domine aliter unum illorum ſuperflueret. Et dicit locum

refrigerij. Vnde regnum cœlorũ dicit̃ locus refrigerii reſpectu purgatorij, qui eſt locus ardoris maximi & caloris: quia ſecundum Auguſt. ibi eſt pœna maior, quàm aliqua, q̃ poteſt excogitari in Mundo. Dicit etiam, locum lucis: quia purgatorium eſt locus obſcuritatis. Dicit etiam locũ pacis: quia purgatoriũ eſt locus inquietudinis: quia nunquã aĩæ hñt pacem nec quietẽ. Nõ ſicut quidam fingunt, dicẽtes eos feria ſecũda quieſcere, aliqui uero dominico die. q̃ oĩa ſunt friuola, ac inſana, & ſacris ſcripturis contraria. Sequit̃, Nobis quoq; peccatoribus. ubi petit gloriæ collationem uiuis. Primo.n. petit collationem eiuſdem gloriæ. Secũdo gloriæ ſocietatẽ cum ſanctis Apoſtolis. Tertio ponit mediatorẽ, per quẽ hoc exequi poſtulat dicẽs: Per dñm, &c. Circa primũ nota ꝙ ſacerdos dicẽs iſta uerba eleuata modicũm uoce, tundit pectus ſuũ, ꝑ quod iuterrumpit ſilentiũ: ſignificãs ꝑ hoc cõfeſſionẽ & contritionẽ latronis pœnitentis ĩ cruce, qui increpans alium dixit: Nos quidẽ, ſcilicet tanquã peccatore, digna factis recipimus. Vñ ſacerdos dicit, Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miſerationũ tuarũ ſperantibus. ſ. ſicut ille latro ſperauit. Percusſio aũt pectoris ſignificat illam

tunſio-

tunſionē pectoris illorū, qui aderāt ad ſpectaculum paſsionis Xp̄i, & pcutientes pectora reuertebantr̄ in Hieruſalem. Exaltatio uero uocis ſignificat clamorem Centurionis dicentis: Verè filius Dei erat iſte. Sequitur, Partem aliquam & ſocietatem donare digneris. Licet enim Deus ſit ſimplex non habens partes: tamen dicit partem aliquam propter hoc: quia quilibet ſecundum meritum habebit diuinæ faciei uiſionem, ita quòd unus alio perfectius uidebit Deū:uel quia ſancti uidebunt eum totum,nō tn̄ totaliter.i. non ſecundum oēs modos,quibus eſt uiſibilis:quia eſt infinitus,& cū cōprehendi non posſit, ergo quaſi partē dabit nobis. Totaliter autē non eſt cōprehenſibilis Deus, niſi filio ſuo, qui eſt in ſinu ſuo:ut dicit Ioan.1.Sequitur:Cum Ioāne:ſecundum Bern. de Parantinis,ſcilicet Ioanne Baptiſta. Et præfertur Stephano.Nec mirum: quia & Apoſtolis præfertur. Adiungitur Stephano: quia iſti duo erant primi martyres noui Teſtamenti. Innocen. tamen dicit quòd hic repetitur Ioannes Euangeliſta propter priuilegium uirginitatis:quia uirgines ſequuntur agnum quocunq; ierit.Ante uerò cōſecrationem, ponitur, propter priuilegium Apoſtolatus.Sed credit Bernard.

nard. ꝙ melius intelligatur de Baptiſta: qui ꝑꝑ excellẽtiã ſingularis ſanctitatis nõ dẽt excludi à canone. Poſtea ponuntur duo Apoſtoli, ſcilicet Mathia et Barnaba: qui ideo poſt conſecrationem et non ante ponuntur: quia iſti poſt aſcenſionem Domini fuerunt electi. Deinde ponit, Ignatio: de quo legitur quòd cum eſſet deuotus Xp̃o et beatæ uirgini, poſt eius mortem inuentum eſt hoc nomen Ieſus aureis literis ſcriptum in ſuo corde ĩ omnibus partibus. Ponuntur autem quinq; martyres poſt mortem Chriſti ꝑꝑ quinq; uulnera Xp̃i. Item ꝑꝑ ſeptem dona Spiritus ſancti ponuntur ſeptem uirgines ibidem, quæ ſequuntur. Sequit̃. Non æſtimator meriti: quia non ſecundum exigentiam meritorum retribuis, ſed magis p̃miãdo q̃ quiſque meruit. Deinde cõcluditur, per Chriſtum dominum noſtrũ. Et non dicitur amen: quia ſecundum doctores illud reſpondent Angeli: quia fit cõtinuatio ad præcedentia: unde ſtatim ſequitur, in cuius uirtute hoc petimus, cum dicitur, Per quem, ſcilicet Chriſtum hoc ſacramentũ habet originem quo ad plura. Et primo quo ad eſſe naturæ dicitur creas. Secundo quo ad eſſe ſacramenti, unde dicitur, ſanctificas. Tertio quo ad eſſe uirtutis, unde

dicitur

dicit̃,uiuificas. Quarto quo ad effectũ gratiæ, q̃ eſt uita aĩæ,unde dicitur, benedicis. Quinto quo ad augmẽtũ gratiæ eiuſdẽ,et quãtũ ad operationẽ et uſum,unde dicit̃,et p̃ſtas nobis. Eſt ergo ſenſus,ꝑ quẽ,ſcilicet Chr̃m,tu Deus pater oĩa bona creas,cõdẽdo naturã,uiuificas, cõſubſtãtiãdo naturã, benedicis accumulãdo gratiã, & p̃ſtas nobis, quãtũ ad uſum. Oĩa enĩ creata ſunt ꝑ Chr̃m.Ioã.1.Oĩa per ipſum ſanctificant̃ quia de plenitudine eius accipiũt uniuerſi. Oĩa uiuunt,quia ipſe eſt uita.Ioã.14. Oĩa benedicũtur,quia ipſe eſt benedictus fructus uẽtris. Lucæ.1.Et aliqui dicũt,ꝑ quẽ hæc oĩa. Dñe,ſemper bona creas.Et eſt ſenſus,hęc oĩa,ſcilicet panẽ,& uinũ,et aquã, creas ſecũdũ cauſas primordiales,&c.ſanctificas ſecundũ cauſas ſacramẽtales uiuificas,ut trãſferãtur in corpus Chriſti et eius ſanguinẽ.Et ideo benedicis,ut nos per ipſa benedicamur: Secundũ alios hoc pronomẽ Hæc,nõ ponit̃ ibi,ĩ quo ſequẽda eſt cõſuetudo eccleſiæ.Sequit̃:Et p̃ſtas nobis.ubi ſacerdos remouet corꝑale de calice ad denotãdũ ꝙ Chriſtus emiſit Spiritũ, & uelũ tẽpli ſciſſum eſt, & aperta ſunt nobis abſcondita in lege myſteria. Accepta quoq; hoſtia dicit, & p̃ſtas nobis.per ipſum, ſcilicet tãquã mediatorem. Et hic facit

u unã

unã crucẽ per totũ os calicis procedẽdo ultra calicẽ.unde dicit, Et cũ ipſo,& hic facit minorẽ crucẽ,ſcilicet à labio calicis ad aliud. Poſt hoc dicit,& in ipſo, & hic facit adhuc minorẽ crucẽ,ſcilicet in calice. Tãdẽ ſubdit,eſt tibi Deo patri oĩpotẽti. ubi iterũ facit magnã crucẽ ſuper primũ labiũ calicis, incipiẽdo ab extremo calicis labio uerſus ſeipſum. Deinde ſubinfert, in uanitate Spiritus ſancti oĩs honor & gloria, & hic facit paruã crucẽ in pedẽ calicis. Eſt autẽ ſenſus uerborũ,per ipſum, tãquã mediatorẽ,cũ ipſo,tãquã cũ æquali,et in ipſo,tãquã incõſubſtãtiali. Vel hic ſignificantẽ tres perſonæ ſanctę Trinitatis,unde patri attribuitẽ authoritas, unde dicit,per ipſum.filio æqualitas, ideo dicitur cũ ipſo.Spiritui ſancto cõitas,ideo dicitẽ in ipſo. Signa uero crucis tria prius facta per illa uerba,ſanctificas,&c.q̃ fiunt cooperto calice,ſignificãt tres crucifixiones,ſecundũ Tho. Nã hora tertia crucifixus eſt linguis Iudæorũ clamãtiũ, Crucifige,&c. Hora ſexta manibus Gẽtilium, ut dicit Ioãnes. Hora nona emiſit ſpiritũ. Et q̃a poſt interuallũ triũ horarũ Xp̃s crucifixus eſt manibus gẽtiliũ,cũ milites crucifixerunt Ieſũ, ideo iterũ ſacerdos facit tres cruces ſuper calicẽ diſcoopertũ ſup̃ tribus uerbis,ſcilicet p̃ ipſum,

cũ ipſo, et in ipſo, deſignãs illã crucifixionem q̃ facta eſt poſt tres horas interpoſitas inter tertiã & ſextã. Quia uero ibi fuit diuiſio corporis & aĩæ, ideo iterũ facit duas cruces, ut dictũ eſt. Vel ſecundũ Gulielmũ Manitinen. tres cruces per illa uerba, per ipſum, &c. ſignificãt fidẽ Cẽturionis, qua credidit unũ Deum in Trinitate. Duæ uero aliæ ſignificãt duo ſacramẽta, q̃ fluxerunt de latere Chriſti, uidelicet aqua regenerationis baptiſmi, & sãguis redẽptionis generis humani. Vel ſignãt quinq; cruciatus Xp̃i, añ mortẽ tres, ſcilicet alapas, ſputa, & flagella, ĩ morte, crucifixionẽ, & poſt mortẽ, lateris aptionẽ. quarta uero ſignificat aĩæ à corpore ſeparationẽ: quinta deſcẽſum in lĩbũ. Sequitur: per oĩa ſecula ſeculorũ, quod debet dici alta uoce. ſed antequã hoc dicat, ponatur reuerẽter hoſtia ante calicẽ in ſuo loco. Et tunc ſtatĩ debet cooperiri calix: quo facto dicit, per oĩa ſecula ſeculorũ, et hoc alta uoce ad deſignãdum quòd Chriſtus clamãs alta uoce emiſit ſpiritũ. Et reſpondetur Amen. ad ſignificãdum clamorem mulierum lamentantium dominum. unde & tunc chorus lamentabiliter reſpondet.

Quinta pars principalis miſſæ.

ORemus: pręceptis ſalutaribus moniti &c.

Hic ponit ſacri perceptionẽ. Circa quã p̃mittũ
tur multæ p̃parationes,ſcilicet tã generales,ut
ſunt,Pater noſter,&c.quã ſpeciales,ut aliæ ora
tiones.Dicit ergo,Oremus: præceptis ſalutari
bus moniti. Circa quod ſciendũ quòd hæc ora
tio prius nõ dicebat̃ in miſſa, ſed Gregorius fe
cit eã dici quia nõ fuit dignũ eã omittere ĩ hoc
officio,cũ ſit noſtri ſaluatoris.Græci autẽ non
per ſacerdotem, ſed per ſe clamant eã in miſſa.
Apud nos uero ſacerdotes,hoc cũ magna reue
rẽtia. Vnde quaſi nõ p̃ſumẽs ſubito erũpere in
eã,p̃mittit p̃fationẽ,dicẽs. Oremus p̃ceptis ſa-
lutaribus moniti: nõ ſimpliciter nos noſtra au
thoritate,uel temeritate,ſed p̃ceptis ſalutaribus
moniti.p̃ceptis ſcilicet Dñi, et moniti ſcilicet
magiſtri noſtri,q̃ ſunt ſalutaria,id eſt, ad ſalutẽ
diſponẽtia.formati,id eſt,inſtructi intus et ex-
terius.Et dicit formati, q̃ informatio ſignificat
ſolũ exteriorẽ doctrinã.Ad oſtẽdẽdum autem
ꝙ ſumus a Deo formati, id eſt, inſtructi,intus
ſcilicet in intẽtione, et extra,id eſt,in operatio-
ne,ideo dicit, audemus dicere. quaſi dicat, ex
quo habemus p̃ceptum et monitionẽ de iſta
oratione dicẽda,& ex quo illa oratio eſt cõpo
ſita per illum,qui errare nõ poteſt, ideo aude-
mus cũ fiducia dicere.Dicit autẽ altè,q̃a Chri-

ſtus palã p̃dicauit. Vel ſecũdũ Ioã. Beleth, quia ſumpta eſt de Euãgelio, quod eſt p̃dicãdum ſupra tecta, et etiã oĩ creaturæ. Dicit etiam ſacerdos ſolus in fine, amẽ, ſub ſilentio cuius ratio eſt, quia in alijs orationibus, amẽ exprimit affectũ optãtis, ideo à populo uel à clero dicitur. In hac autẽ, amẽ, ſignat cõcluſionẽ affirmantis unde hic ualet tm̃, id eſt, exaudita ẽ oratio. Sed ne hoc uideat̃ p̃ſumptuoſè aſſerere, dicit ſub ſilẽtio, ad euitãdum oſtẽtationẽ propriã. Sequit̃ oratio. Libera nos q̃s Dñe. ubi petitur petitionis explicatio. quia enim in oratione tria mala petimus à nobis remoueri, ideo hic explicant̃ q̃ ſint. Vnde dicit, Libera nos q̃s dñe ab oĩbus malis p̃teritis, p̃ſentibus, et futuris. Et quia nos nõ ſumus digni hoc ex nobis promereri, niſi donet̃ nobis oratione beatæ uirginis Mariæ, & Apoſtolorũ Petri & Pauli, atq; Andreæ, et aliorum ideo eos hic in auxilium ĩploramus. Et rectus ordo eſt. Ex quo enĩ pacẽ q̃rimus à malis, meritò debet implorari uirgo beata, quę eſt mater ueri Salomonis pacifici, ſcilicet Xp̃i, cũ Apoſtolis tribus ſequẽtibus, qui ſunt teſtes pacis, ſcilicet Petrus, et Paulus, et Andreas. Et ponunt̃ ibi tres propter ſpecialẽ rationẽ. Nam Petrus propter priuilegiũ p̃rogatiuæ dignita-

tis, Paulus, propter priuilegium p̃dicationis et immẽſi laboris, & Andreas, propter nimium affectũ cõcupitæ crucifixionis. Dicit̃ autẽ ſub ſilẽtio illa oratio, quia deſignat quietem triduanã in ſepulchro, ubi tunc ſiluit à prædicatione. Cum autẽ ſacerdos dicit Da propitius pacẽ domine in diebus noſtris, accipit patenã de altari, & oſculatur, ſignum crucis faciendo, per quod deſignat̃ ꝙ ſumus recõciliati Deo per paſſionẽ Xp̃i. Tãdẽ ſacerdos in fine diſcooperit calicẽ, & hoſtiã reuerenter accipit, et eã ſuper calicem frãgit primo per medium, & tunc dicit ꝑ dñm nr̃m Ieſum Xp̃m filium tuum. poſtea medietatẽ, q̃ erat in dextera manu, ponit ſuper patenã, et frãgit illã, q̃ erat in ſiniſtra manu, per medium, dicens, qui tecum uiuit ac regnat. et coniungendo illam particulam, quæ eſt in ſiniſtra, ad illam, quæ eſt in patena, ad modum lunæ dicit in unitate Spiritus ſancti Deus. Illam uero ultimam, quam habet in dextera manu, tenens ſuper calicem dicit, per omnia ſecula ſeculorũ. Et tãdem erecto modicum calice cum illa particula, quam tenet in dextera manu, ſubiungit, Pax Domini faciens crucem magnam ſuper calicem à labio ad labium. Deinde ſubdit, Sit ſemper, faciens minorem crucem, tertio addit,

uobiſcũ,faciẽdo tertiã intra calicẽ. Et quia alta uoce iſta fiunt,ideo ꝑ hoc ſignat̃ gaudiũ, quod habuerunt Apoſtoli de reſurrectiõe dñi noſtri Ieſu Xp̃i,et ideo quia gauiſi ſunt uiſo Dño,populus clamat dicẽs,et cũ ſpũ tuo.Sciẽdũ aũt eſt de ſignificatione omniũ iſtorũ p̃dictorũ ꝙ per calicẽ paſſio Xp̃i deſignat̃, & æternæ beatitudinis fruitio. Vñ Pſal. Calix meus inebriãs ꝙ̃ p̃clarus eſt. Per patenæ rotunditatẽ ſignat̃ bonorũ operũ perfectio. Sacerdos autẽ uolẽs frãgere hoſtiã,primò eã ſuper patenã locat, deide eã tollẽs ſuꝑ calicẽ frãgit, ad ſignificãdũ quod nemo paſſionibus huius Mundi meritorie ſe ualet exponere,uel ad æternæ fruitionis beatitudinẽ admitti,niſi prius in bonorum operum perfectione fuerit, ſolidatus. Vnde Apoſtolus ad Ephe.6. Accipite armaturã fidei,ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in oĩbus perfecti ſtare. Patena ergo hoſtiæ ſupponit̃, & hoſtia ſuper calicẽ frãgit̃,quia Xp̃s, ex latitudine charitatis,q̃ ſignificat̃ per patenã, ſe ſuppoſuit paſſioni.Super calicem uero frangit,ne minutiæ aliqualiter ſpargantur. Frãgitur autem in memoriam eius quod Chriſtus fregit, & dedit diſcipulis ſuis,&c.Frãgitur autẽ primo in duas partes,ad ſignandum duplicem prædeſtinatorum

ſtatum, ſcilicet æternæ gloriæ, et temporalis miſeriæ. Subdiuidit̃ autẽ una medietas in duas partes, quarũ una offert̃ ꝓ illis, qui ſunt in pur gatorio: alia pro illis, qui ſunt in Mundo. Pars autẽ illa, q̃ poſt primã fractionẽ remanet ĩ manu dextera, & ponitur ſupra patenã, deſignat illos, qui iã ſunt in gloria, & iã tenẽt illã rectitudinem, cui nulla obliquitas admiſceri poteſt, & ideo dexteræ cõparant̃. Illi autẽ, qui adhuc ſunt in miſeria, per ſiniſtrã ſignãtur: ubi ſunt multa obliqua. Subdiuidit̃ autẽ illa, q̃ eſt in ſiniſtra, & nõ q̃ eſt in dextra, quia illi, qui ſunt in cœlo, ſtatum uniformẽ iã tenent, & una beatitudine fruunt̃. Illi autem, qui ſunt in miſeria, ſunt diuerſi ſeu diuiſi, quia quidã ſunt in miſeria purgatorij: quidã autẽ in miſeria huius Mundi. Particula autem illa, q̃ eſt in ſiniſtra, poſt diuiſionẽ addit̃ ad illã, q̃ eſt in patena, quia ſecundũ Aug. Deus habet duas manus dexterã, qua miſeret̃, & ſiniſtrã, qua punit. Illis ergo, qui ſunt in purgatorio, inquãtum ibi purgãtur, reſpõdet ſola punitio, & ideo particula, q̃ in ſiniſtra manu tenet̃, illos figurat. Illi uero qui adhuc ſunt in pꝛ̃ſenti uita, in qua eſt ſtatus merendi, conſequi poſſunt miſericordiã, & ideo ipſi per aliã particulã, quæ in manu dextera remanet, deſignant̃.

Quia

Quia uero abſq; dubio illi,qui ſunt in purgato rio,cõiungenẽ eis,q ſunt in cęlo ideo particula ſiniſtrę manus cõiungiẽ illi q̃ eſt in patena.Sed quia illi,qui ſunt in hac uita,egent multum paſ ſionis Chriſti ; quæ ex effuſione ſanguinis eius proceſſit: ideo particula quæ in dexte- ra manu remanſit quæ ſignat illos, qui ſunt in Mundo mittitur in ſanguinem Chriſti in calicem. Item ſacerdos dicens hæc uerba,tenet hoſtiã ſuper os calicis,p̃ quod ſignatẽ q uiuen- tes in corpore indigẽt miſericordia Dei & me ritis Chriſti paſſionis, Sacerdos autẽ uolẽs di- cere,p̃ oĩa ſecula ſeculorũ,exigit ſe ad ſignificã dũ q uult petere exiſtẽtiã ꝑpetuã dñi nobiſcũ. unñ ſubdit: Pax Dñi ſit ſp̃ uobiſcũ: ad ſignificã dũ q Dñs poſt reſurrectionẽ pacẽ dedit, Sed ſciẽdũ q ſacerdos dicẽdo, per oĩa ſecula ſeculo rũ.eleuat modicũ calicẽ, ad ſignificãdũ populo ut populus pacẽ cõſiderãs hoc intelligat, & di cet amẽ.Particula autẽ, quã tũc ſuper calicẽ te net, ſignificat quod uiuẽtes adhuc petunt iuua ri merito paſſionis & effuſiõis ſanguinis Chri ſti.Itẽ p̃ hoc quod ſacerdos altè dicit, Pax dñi rep̃ſentat perſonã Chriſti, qui poſt reſurrectio nẽ dixit Apoſtolis,Pax uobis.q̃ſi diceret, Do uobis pacẽ pectoris in uia, & pacẽ æternitatis

in patria. Eſt ergo sẽſus, Pax dñi. id eſt, pax pe ctoris, ꝙ eſt à uitiis, ſit in pñti uobiſcũ, & in fu turo pax ęternitatis. Illæ autẽ tres cruces ſuper ſanguinẽ Chriſti ſignificãt triduũ ſepulturę, uel tres mulieres q̃ erãt circa monumentũ Chriſti. Deinde ſacerdos mittẽs corpus Chriſti in ſan guinẽ, dicit : fiat hæc cõmiſtio corporis et ſan guinis dñi nri Ieſu Chriſti mihi & oĩbus ſumẽ tibus ſalus mẽtis & corporis, & ad capeſſendã uitã æternã ꝑparatio ſalutaris q̃ cõmiſtio ſigni ficat ꝙ aĩa unita eſt corpori Chriſti in reſurre ctiõe. Et bene hoc fit poſt pax Dñi, quia poſt quàm Dñs pacificauit oĩa, q̃ in cœlo & in ter ra sũt, primo uniuit aĩam corpori. Hæc omnia Guliel Deinde ſequit̃ Agnus Dei. Et ſciẽdum ꝙ antequã dicat̃ agnus Dei, fit modicũ ſilẽtiũ. dicẽdo hãc orõnem, Fiat hæc cõmiſtio, ad deſi gnãdũ illud manifeſtũ ſilentiũ Apoſtolorũ, qđ fuit ante reſurrectionẽ Chriſti antequã ſcirent Apoſtoli, nec eſſẽt certificati poſtquã apparuit mulieribus ſecundũ Bernard. de Paranti. Dicit̃ autẽ Chriſtus agnus, quia agnouit patrem ſibi obediẽdo. Itẽ matrẽ, in cruce pẽdẽdo. Vel dicit̃ ab ἁγνός Grecè, quod eſt pius Latinè, quia piè pro nobis ſe obtulit. Canit̃ autẽ tribus uicibus propter tres rõnes, ſecũdum Inno, ſcilicet pro

pter

pter obedĩetiã patris propter notitiã matris,& propter redẽptionẽ generis humani. Vel ſecũdũ Rauan.dicit̃ ter propter tres partes corporis Chriſti myſtici,ſcilicet in cœlo,in terra, & dormiẽtiũ, ſiue in purgatorio.Dicit̃ autẽ primo miſerere nobis, ultimo autem dona nobis pacẽ.ſecũdũ Thom.rõ eſt, quia per prima duo petimus amotionẽ culpæ et pœnæ. per tertiũ autẽ, ſcilicet per pacẽ petimus aſſecutionẽ oĩs boni. uel quis ipſe redemit nos à miſeria culpę & pœnæ, & dedit plenitudinẽ gratiæ. Illud tñ dona nobis pacẽ: additũ eſt propter ꝑſecutionẽ tyrãnorũ. Poſt hoc ſequitur orõ, Dñe Ieſu Chriſte qui dixiſti Apoſtolis tuis, pacẽ meam do uobis, &c. ubi poſtquã ſacerdos uenit ibi, Eãq; pacificare & adunare,& c etiã oſculat̃ patenã in ſiniſtra parte ad ſignãdũ ꝙ per hoc ſacrm̃ uult uniri in Chriſto in charitate:poſtquã uero cõpleuerit uerba oſculat̃ reliqas uel crucẽ, ſi habet.Si nõ hẽt,oſculat̃ altare in dextera parte,ꝙ fit ad ſignificãdũ ultimũ ritum, ubi prius ſingulis diebus cõicabant, ſed cũ nec hoc potuit fieri ſine ꝑiculo, ordinatũ fuit ut in tribus feſtiuitatibus cõicarẽt.ſ. Natiuitate, Paſcha, & Pẽtecoſte:reliqs tñ dieb.oſculũ pacis reciperẽt. & panẽ benedictũ.Sed quia hoc fieri nõ poſſet

ī q̃drageſima,ubi nõ põt ſumi panis b̃ndictus; ordinatũ fuit ut ꝓ eo fieret colecta in fine ſup̃ populũ dicẽdo, inclinate capita ueſtra Deo. Et ſciẽdũ ꝙ pax Dñi nõ dat̃ in miſſa defunctorũ, ſed dicit̃, dona eis requiẽ,quia mortui nõ indigẽt pace tẽporali, quia nõ ſunt in perturbatione huius Mundi : uel quia nõ ſunt in pace, ſed in pœnis,ſecũdũ Bern.de Parãt. ideo dicimus, dona eis requiem. Aliqui autẽ dicũt in officio mortuorũ,dona eis requiẽ ſempiternã, & locũ indulgẽtiæ. quod tñ diſſonat : quia ibi non eſt locus ĩdulgẽtiarũ, eo quod illi qui ſunt in purgatorio,ſunt extra locum militãtis eccleſię,ubi ſolum eſt locus merẽdi indulgẽtias.Vñ quia illi,qui ſunt in purgatorio,nullo mõ merent̃ eis per modum ſuffragii , utiq; ſatis ĩproprie optatur locus indulgẽtiæ. Si tñ illud dictum intelligat̃ ſic,dona eis locum indulgẽtiæ.id eſt , locum in quo indultis culpis,& pœnis eos collo ces,ſcilicet in cœlo , tunc bene poteſt ſuſtineri. Itẽ dicẽdæ ſunt illæ tres orõnes,ſcilicet Dñe Ieſu Chriſti filii Dei uiui, qui ex uolũtate patris. & dirigit̃ ad filium. & aliæ ſcilicet, Dñe pater oṕs æterne Deus , da mihi hoc ſacroſanctum corpus, &c.Et poſt hoc dicit. Dñe nõ ſum dignus , &c.Deinde ſumpto corpore Chriſti & ſangui-

ſanguine abluat calicē primo, & ablutionē ſumat. ſecundo abluat intus, & etiā ſumat. quod tñ in die natiuitatis Chriſti nullo modo facere debet, q̃ tunc nullā ablutionem dēt ſumere, ſi uult aliā miſsā celebrare: ſed dēt ablutionem dare cōicantibus ſubditis, uel reſeruet in uaſe mundo ſcilicet in ampulla, ſi nō habeat calicē.

Sexta pars miſſæ.

SExta pars miſſæ eſt quātum ad gratiarum actiones, q̃ dicunt̃ cōio, q̃ fit in memoriam eius, quod populus oīum ſingulis diebus cōicabat, ſecundum Io. Beleth. Vel ideo ut per eā cōicemus Deo & ſanctis. Dicitur autē cōplenda, quia per eā cōplet̃ miſſa. Sed tñ cōplēda potius dicit̃ collecta poſt cōionē. Tot autem fieri debēt cōplēdæ, quot ſunt orōnes ante epiſtolā. Et ſignificat gratiā ſubſequentem nobis neceſſariā. Et dicit̃ in dextera parte conuertendo librum, per quod ſignat̃ ꝙ adhuc in fine ſeculi Iudęi cōuertent̃ ad dexterā fidei, qui nunc ſunt in ſiniſtra: iuxta illud ad Roma. 9. Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. Deinde ſacerdos oībus peractis cōuertit ſe ad populum dicens, Dñs uobiſcum. Vbi ſciendum ꝙ ſacerdos ſalutat populū ſepties in miſſa, primo ante primā collectā. Secūdo ante Euāgeliū. Tertio poſt credo. Quarto in

to in principio p̄ſationis.Quinto poſt pax do
mini.Sexto poſt cõionẽ.Septimo hic ĩ fine miſ
ſæ,ad ſignificãdum ꝙ tunc eſt dñs nobiſcum,
qñ habemus ſeptiformẽ gratiã Spiritus ſancti.
Deinde ſacerdos uertit ſe ad populum cãtans,
Ite,miſſa eſt, & hoc tp̄e ſuo Cuius ſenſus eſt,ſe
cundũ Bernard.de Parã & Ioãnẽ Beleth: Ite ad
propria,quia miſſa eſt cõſummata. uel,Ite,miſ-
ſa eſt: id eſt,hoſtia cõſummata eſt.uel,hoſtia et
oblatio eſt miſſa: igitur ſequimini, et ite poſt
eã.Iſte autẽ regreſſus à miſſa ad propria ſecun-
dũ Ioãnẽ Beleth,ſignificat regreſſum populi Iſ-
rael de captiuitate Babylonica cum gratiatum
actione,ideo dicit̃,Deo gratias.Dicit̃ autẽ ſem
per:Ite miſſa eſt: qñcunq; Te Deum laudamus
dr̃.uel,Gloria in excelſis,Qñ autẽ nõ dicuntur
tunc dr̃,Benedicamus Dño.Et eſt ſumptum de
Apoſtolo,uel de Iudith cap.7.ubi dicunt capti
ui,Benedicamus dño.Et eſt ſenſus,Referamus
gratias uel laudes Deo. Et eſt uox humilior,
quã Ite miſſa eſt. Et ideo nõ uertit ſe ſacerdos
ad populũ dicẽdo,Benedicamus &c.ad ſignifi-
cãdum ꝙ nunquã debemus ceſſare referre gra
tias Deo.Melden.autẽ ſuper pſal.27. Berenga
rium dicit inſtituiſſe ita dicendũ, Benedicamus
dñm,et nõ dño: ꝙ benedictio nõ fit ad utilita
tem

tem Dei,ſed ad noſtrã. Nos autem dicimus ꝙ indiffereẽter vtrũqꝫ poteſt dici. Creatura nãqꝫ benedicit creaturæ bonum optãdo: creatura autẽ creatorẽ dupliciter, ſcilicet laudãdo, & bonũ ei tribuẽdo. creator autẽ creaturã, bonũ augendo, et hoc dupliciter. uel in numero, uel in merito. ſicut enim creſcit bonũ, ſic & merita Hæc Melden. Sed Bernardus de Parãtinis dat tres rationes. Prima, qñ celebramus de ſanctis in cœlo, dicimus: Ite miſſa eſt, quaſi prouocãtes populum. Ite, id eſt. feſtinate illuc ubi illi ſunt. Qñ autem pro uiuis in Mundo, Benedicamus dño: quia neſcimus an ſimus in gratia: ideo timere debemus ne effectus miſſæ euaneſcat in nobis. Sed cũ celebramus ꝓ mortuis dicimus, Requieſcãt in pace: quia eis hoc cõpetit. His expeditis benedicit ſacerdos populum dicens, Cœleſti benedictiõe. Primo ſtãs ante altare benedicit ſeipsũ: deinde dicit uertẽdo ſe ad populũ in dexterã partẽ altaris, Benedicat nos Pr: et cõſequẽter ad populũ ĩ medio altaris, et Filius. & ultimo redeũdo, et Spiritus sãctus amẽ. per quod deſignatẽ miſſio Spiritus ſancti in Apoſtolos. Cum ãt Spiritus ſanctus ibi tm̃ datus eſt: tñ quia tota Trinitas remiſſionẽ opata ẽ: ideo dicitẽ. Pater & Filius, et Spiritus ſanctus.

Poſt

Poſt hæc oĩa ſacerdos flectendo ſe corã altari humiliter dicit: Placeat tibi ſancta Trinitas obſequiũ,&c. Et deinde hymnum triũ puerorum,cum pſalmis et orationibus cõſuetis. Cõtra,hoc tñ multi ſacerdotes peccãt,qui nõ ſe flectunt dicendo iſtã orõnem. Placeat tibi ſancta Trinitas,&c.cũ tñ flectere congruit, pro eo ꝙ tunc gratiarum actiones referuntur ſanctę Trinitati pro beneficijs ĩ miſſa exhibitis. Et quod deterius eſt, aliqui emittunt hãc orationem,in quo grauiter peccant. Vñ legit̃ ꝙ quidã obſeſſus a dæmonę poſtquã adductus eſſet ad quendã ſacerdotem in eccleſia, ille uolens certificari a diabolo quid de eius uita ſentiret, q̃ſiuit de ipſo quaſi de alio: dicens: Quid tibi uidetur de Iacobo ſacerdote? Reſpondit dæmon: Olim fuit noſter, ſed iã eſt Dei. Deinde idẽ ſacerdos quæſiuit de ſocio ſuo,dicens: Quid tibi uidet̃ dę Bartholomæo ſocio meo? Reſpõdit dęmõ, Si nõ ſubtraheret,bonus eſſet. Ille uero fuit ualde admiratus quod diceret eum furem,cum tñ ſciret eum ſanctum hominem, Interrogauit igit̃ quidnã ſubtraheret, Reſpõdit dæmõ,Subtrahit Deo illã orõnem poſt miſſam,Placeat tibi,&c. ꝙ multum nobis placet,& Deo maxime diſplicet. Quę oĩa fuerunt ita cõperta ſicut

ille dixit. Ideo caueat ſacerdos ne aliquid omittat quod eſt de conſuetudine eccleſiæ circa miſſam obſeruandam.

Cautelæ ſeruandæ in celebratione miſſæ.

SEquuntur cautelæ circa miſſam obſeruãdę, & primo generales tã laicis q̃ clericis neceſſariæ. Prima igit̃ cautela generalis eſt, ut tã clerici quàm laici eccleſiam (præcipuè tempore celebratiõis miſſæ) humiliter et deuotè frequẽter quieta cõuerſatione Deo grata atque inſpiciẽtibus placita, proximũ nõ ſolum inſtruant, ſed et reficiant, de ĩmu. eccle.c. decet domũ.li. 6. Secũda, ut audiẽtes miſſam quoties audierĩt à præsbytero dici nomen dñi nr̃i Ieſu Xp̃i, flectant genua, et caput inclinent reuerenter: ut ibidem dicitur. Tertia, ut nulla profana, et multo fortius fœda colloquia proferãt: ut ibidem pulchrè dicitur. Quarto caueant ne aliquis ante finem miſſæ recedat ſine magna necesſitate. Item ſi exit de ſermone, quod ſi fecerit, excõicetur: maximè ſi hoc fecerit cõtemnẽdo ſacerdotẽ p̃dicantem tanq̃ minus ſcientẽ: ſicut ſolẽt facere quidã laici literari, dicẽdo: Quid audirem iſtum ribaldũ, cum ego plus ſciã de ſcriptura, quã ipſe? Cõtra quos eſt canon. 37. diſt. ſedule, & c. cum ex iniuncto, de hæreticis. ubi talia

prohibent. Sed quòd tales poſſint excõicari, habes expreſſe de cõſecr. diſt. 1. ubi ſic dicitur: Omnes fideles, qui cõueniũt in ſolennitatibus ſacris ad eccleſiã, & ſcripturas Apoſtolorum et Euangeliorum audiãt. Quia autem non Perſeuerauerint in orõne uſq; dum miſſa peragat, nec ſanctam cõionem percipiunt uelut inquietudines eccleſiæ cõmouentes, conuenit cõione priuari. Et iſte eſt canon Apoſtolorum. Et ibidem in cõcilio Carthaginienſi dicitur: Sacerdote in eccleſia uerbum Dei proponente, qui egreſſus fuerit de auditorio, excõmunicetur. Et ex cõcilio Agathenſi ibidem habetur: Miſſas de dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus: ita ut ante ſacerdotis benedictionem egredi populus non præſumat: qđ ſi fecerit, ab epiſcopo publicè cõfundatur. Vbi dicitur glo. hoc dico præceptum eſſe. Vnde cõtra pceptũ faciũt, qui diebus dñicis miſſam nõ audiunt. Hoc etiã eſt cõtra illos, qui uenientes ad miſſam, nõ audiunt quid ibi legit aut prædicat, ſed circumeunt eccleſiã, ſicut Iudæi ſynagogã, cum tñ dicat in Pſal. Stantes erant pedes nri in atriis tuis. Et de talibus poteſt dici illud Pſal. In circuitu impii ambulant. Contra quos expreſsè eſt canon Anaſtaſii papæ. de conſecr.

diſt.

diſt.1.apoſtolicã, ubi dr̃ ꝙ cum legit̃ Euangelium nõ ſedentes nec ſtãtes,ſed curui debemus audire.Si autẽ ſeſſio prohibet̃:multo magis diſcurſus et circuitus.Hoc idem habes in.c.quando autem,ibidem,ubi Cyprianus dicit eſſe ſtãdum ad orationem,et uigilandum et incumbẽdum ad preces toto corde,neque aliquid carnalis hominis,& ſecularis eſſe cogitandum. O ſi prohiberetur carnalis cogitatio : quanto plus carnalis locutio & cõfabulatio? Quinto caueat laicus,ne uacuus die feſtiuo ad miſſam ueniat, de conſecr.diſtinc.1.oẽs Chriſtiani , quia ſcriptum eſt :Non apparebis in conſpectu Dei uacuus,hoc tñ eſt conſilium ſecundum gloſ. ibidẽ diebus priuatis,ſed diebus feſtiuis ur̃ eſſe p̃ceptũ.Vnde ur̃ quòd oblationes ſint exigẽdæ, et quòd parochiani ſint ad eas cogẽdi,ut.16.q.1.ſtatuimus.Eſt tñ argumentũ cõtrà.12.qu.1. duo.Dicit tamen gl.in.c.omnes Chriſtiani.ubi ſupra quòd ſi ſacerdos eſt pauper : põt diuina ſubtrahere à parochianis niſi dẽt, ut ſimonia. cap.cũ ſit. Sexto caueat quilibet ne alibi,niſi ĩ ꝓpria parochia die feſtiuo miſſam audiat,alias poterit excõmunicari,ut de parochiis.c.i. Septimo caueat quiſque ne audiendo miſſam, prope altare nimis appropinquet, ut de uita &

 hone.

hone. cleri. capit. 1. Et iſta ſunt intimanda populo ſæpius, ut debita reuerentia circa ſacramẽta eccleſiaſtica habeatur.

SEquuntur nunc cautelæ clericis neceſſariæ. Et primo caueat ſacerdos ne ĩ ueſtibus uel ornamentis ſordidis celebret, ſed ornamenta p̃dicta iuxta meliorẽ diſpoſitionẽ mundet, & iuxta facultatẽ bonorũ eccleſiæ, meliora quæ poterit cõparet. Vnde dicit Stephanus eps̃ familiari amico Hilario, ꝙ ueſtimenta, eccleſiæ; q̃libet, dũmodo miniſtranĩ ſacramenta, debent eſſe munda, & honeſta. Hoc eſt cõtra illos, qui de bonis eccleſiæ comparant eis tunicas pro decem marcis, & ornamentũ ꝓ miſſa pro media marca, aut ſexagena. Nec debent in alijs calicibus q̃ aureis uel argenteis celebrare. Permittit tamen canon ſtanneum habere calicem propter paupertatem, de cõſecr. diſtinct. 1. calix. Secundo caueat ne plures miſſas celebret, præter diem natiuitatis Xp̃i (ubi tres celebrantur) & ſine magna neceſsitate. Et hoc fit in iſtis caſibus, ut ſi poſt miſſam celebratã de die, occurrit funus, tunc in prima miſſa non ſumendo aquã ablutionis, poteſt poſtea celebrare. Requiẽ.

Item ſi occurreret hoſpes magnus, ut princeps, uel magnus dñs. qui non audiuit miſſam.

Item

Item ſi occurrerint ſponſi uolentes audire miſſam. Item ſi aliquis habuerit plures eccleſias pp paupertatem uni commendatas. Item ſi superuenerint peregrini, adhibita ſemper pdicta cautela, ne aqua ablutionis prioris miſſę ſumatur. De his habemus capit. 1. de celebr. miſſa. capi. conſuluiſti. Dicit tñ Frãci. de Zabarellis ibidẽ, ꝙ hoc eſt fugiendum, niſi neceſsitas ſuaderet. Tertio caueat celebrãs ne ſine lumine & campana celebret, ut de celebra. miſſarum. capitu. 1. quia Chriſtus candor eſt lucis æternæ, ut ibidẽ dicitur in capi. ſanè. Quarto caueat ne plus ponat de aqua quando uino, quia dicit Ioan. Andre. in cap. pernicioſus, de celeb. miſ. ꝙ credere debemus quòd de latere Chriſti maior quantitas exiuit ſanguinis quàm aquæ, ut dicitur in capit. 3. ibidem. Quinto caueat ille qui ſolus eſt in eccleſia. ne propter miſſam peculiarem, id eſt, priuatam, ſeu ex deuotione celebrandam, omittat miſſam de die, ut dicitur in capit. quidã. de celebr. miſſa. Sexto caueat ne legat miſſam ad alicuius petitionem, pp hoc quòd haberet bonas ſegetes, uel ut ſibi in haſtiludio bene ſuccederet, quia iſta ſecundum Inno. reprehenduntur in ca. quidã. de celebra. miſſa. Multò autem fortius caueat ne legat miſſam ut Deus

aliquos perdat, quia talis grauiter peccat, & eſt deponendus ſecundum Ioan. And. in ca. quidã. ubi ſupra. pro quo allegat. 26. quæſt. 5. quicunque. Septimo caueat ne nimis mane celebret, ſ. ante diem, quia ſecundum ſanctum Thom. iſtud ſacramentum pertinet ad diem gratiæ, ſicut dicit Apoſtolus ad Romanos. 13. Nox p̃ceſſit, &c. cõtra illos, qui canunt, Rorate: ante diem. Cum tñ in aurora cantari debeat. Excipitur tñ natiuitas Chriſti in qua canitur miſſa poſt mediũ noctis: q̃ ſignificat ſtatũ ante legẽ, qui fuit in tenebris, ut dicit gl. de celeb. miſ. Verũtñ ep̃is cõceſſum eſt ut uidet̃ ſecundũ Ioan. An. qui ſunt in uia ꝙ poſſunt maturius quàm alii audire, ut de priuil. c. ult. lib. 6. Octauo caueat ne legat quis miſſam niſi poſt matutinũ, primã & tertiã. Ex quo. n. hora tertia Xp̃s dicit̃ paſſus & crucifixus linguis Iudæorũ. uidet̃ quod tunc eſt hora conueniens celebrandi ſecundum doctores modernos.

De dicendis horis canonicis.

OPortet ſemper orare Luc. 18. Sicut dicit Henricus de Vrimaria de perfectione interioris hominis. lib. 9. c. 1. cuiuslibet iuſti hoĩs ſui cordisq́ perfectio adiugem & indiruptam orationis perſeuerãtiã tendit. Et quantũ humanæ

næ fragilitati conceditur,ad continuã tranquil litatẽ mentis niti debet, & ad eius perpetuam puritatẽ,pp quam poſsidendã, & quãm laborẽ corporis,& contritionẽ ſpiritus indefeſſe quæ rimus,& iugiter exercemus.Et ſicut ad oratio nis perfectionẽ tendit ſtrūctura uirtutum , ſic ipſæ uirtutes abſque orationis iugitate & per/ ſeuarantia nõ poſſunt cõpleri. Quo circa Sal/ uator noſter nos admonens ut hanc perſeuerã tiã orandi teneamus dicit.Oportet ſemper ora re.Nõ eſt aũt intelligendũ,quod homo ſic quo tidie debeat orare, ut nec dormiat, nec come/ dat,uel nec laboret,ſed quod inſtãter tempori/ bus cõgruis oret.Vnde de Lyra dicit ſuper Lu cam ſuper loco thematis noſtri, quod hæc di/ ctio ſemper,non importat cõtinuitatẽ tempo ris ,quia oportet orationẽ interrumpi tẽpore dormitionis & aliquarũ aliarum neceſsitatum ſed importat conſtantiam ſiue inſiſtentiã ora/ tionis temporibus & horis ad hoc congruis. Hic dicit Beda ſuper locum iſtum. Dicendum eſt,eum ſemper orare,& nõ deficere,qui cano/ nicis horis rogare nõ deſiſtit.Pro quo facit il/ lud,ꝙ in collationibus patrum legitur de abba te Lucio qui iactitantes quoſdam monacos ꝙ ſiue intermiſsione orarent, & nullum aliud

opus facerent,corripiens dixit. Quando manducatis & bibitis, quis pro uobis orat? Quo audito illi obmutuerunt: Ille uero conſequenter ſubiunxit: Ego oſtendam uobis quia operãs manibus meis ſine intermiſſione oro. Sedeo.n.iuuãte Deo ĩfundẽs mihi paucas palmu las,& facio ex eis plectã,& dico Miſerere mei Deus,&c. Et illas plectas uendẽs ꝓ ſexdecim nũmis duos pono ante oſtiũ domus,& qui recipit, orat pro me tpe quo ego manduco uel dormio, atque ita impletur à me ꝙ ſine intermiſſione oro. Iſte pater laborioſus nihil aliud ſignificabat niſi ſtatum laicalem operoſum, & manuali labori inſudantẽ, qui(ut dicit Hoſt.) nõ ualens cõtinuis tẽporibus orationibus uacare,laborat manualiter,& corporaliter, & de labore ſuo bona tẽporalia, poſſeſſiones, oblationes, & multiplices reditus & prouentus per ſonis ſpiritualibus ꝑſoluit,hac utique ĩtentione ut eo deficiente uel deſiſtente à iugi oratione, ſpirituales Deum exorẽt,ut ſic ſemper orarĩ ui deaĩ. Qui quidẽ ſtatus ſpiritualis ſemper orare dicitur:cum horis tã nocte ꝙ̃ die cõpetẽter diſtinctis ſeptem uicibus horas canonicas per ſoluit,qua ratione iura canonica dictũ ſeptem horarũ canonicarũ officiũ,pẽſum ſeruitutis appellant

pellāt,ut in ca.1.de celeb. miſſa. Ex quo patet totū clerum in ſacris inſtitutū obligari ad horas canonicas ſingulis diebus dicendas.

Circa quorū cōſideratione͂,ut facilius memoriæ cōmendentur quæ ſequunt͂ ponuntur al q̄ dubia ꝑ quæſtiunculas breuisſimas,cū ſolutionibus earunde͂. Et primo q̄rit an oe͂s clerici in ſacris cōſtituti,tā bn̄ficiati quā non beneficiati ad horas canonicas teneant͂. Et dice͂dū eſt ſecū dū Io. And.in ca.1.de celeb.miſſa. & in glo.6. clem.primę de celeb. miſſa.ꝙ ſic.Ide͂ notat Archi.91.diſt.Eleutherius, ubi ipſe dat huius dicti rōnem,dicens q̄a ordini ſacro officiū eſt annexū,unde ſubdiacono dr̄ in ordinatione ſua. Vide ſi hactenus fuiſti ad eccleſiā tardus, modo ſis uelox ſi ſomnolentus,modo ſis uigilās. Et ſi dr̄.Tame͂ forte non habet bn̄ficiū de quo ſeruiat?Reſpondeo quod imputet ſibi & ep̄o, qui eum ſine titu.ordinauit. Verumetiam dicit Archi.92.diſtin.in cap.ſi quis p̄sbyter,ꝙ licet quis ſpōte ordine͂ accipiens ſe huic neceſsitati ſupponit,nō tn̄ tenetur i͂tereſſe eccleſiaſticis officijs,ſicut ille, qui eſt ad hoc deputatus,ſecūdū Hugo.qui etiā credit quod is,qui nō eſt alicuius eccleſiæ clericus,debet cogi i͂tereſſe diuinis officijs,& hoc ſi commode poteſt intereſſe.

Secundo quæritur, quid ſi clericus beneficiatus neſcit horas leger? Reſpõdeo, nõ excuſat, quia debet ſcire legere, alias priuat bñficio, cũ tales habere debeãt cõpetentẽ ſcientiã, ut dicit in cap. cũ in cunctis, de electio. Cõpetens autẽ ſcĩa ſecundũ Archi. 36. di. illiteratos. eſt ut ſciat canones pœnitentiales, pſalteriũ, & homilias, et hmõi. 23. diſ. cap. qui epus. Imo dicit Hug. 85. diſt. in ca. archidiaconus, & in ca. oẽs. 38. diſt. Non ſolũ requirit quod ſacerdos ſciat in libro legere pfectè, ſed etiã debet corde tenus p maiori parte ſcire pſalterium. Veruntamen dicit Inn. quod licet clericus cantãs cũ aliis nõ oĩa intelligit quæ canuntur, tñ non peccat mortaliter, dummodo cor ſuum ſurſum ad Deum habeat. Culpandus eſt tñ clericus, ſi iſta cõmunia ignorat, quæ ad eius officium ſpectant, ſecundum Hoſt. de ætate & qualitate ordi. eam te.

Tertio quærit quid ſi aliquis puer maior ſeptẽnio ex diſpẽſatione obtinet beneficium nõ curatũ, & neſcit horas legere? Rñdeo, põt cum eo epiſcopus diſpenſare ex cauſa neceſſaria, uel utili, ut aliquas alias orationes loco horarum dicat. Ratio magiſtri Stanislai de Scabin dñi mei in quadam poſitione ſua eſt, quia ex quo diſpenſat eps in principali, ſcilicet in beneficio, diſpen-

diſpẽſare poteſt & in acceſſorio ſcilicet officio.
Quarto quæritur quid ſi quis eſt infirmus, Reſpondeo ſecundum Innocen. de cele. miſſa. ca 1. ſi eſt talis infirmitas, quæ impedit a dicẽdo uel audiendo horas, excuſatur infirmus, nec tenetur poſtea aliquid dicere, nec pro iſto pœnitere, quia neceſſitas legẽ nõ habet, de obſeru. ieiunii. conſilium. Secus eſt, ſecundũ Hoſt. ſi eſt aliqua infirmitas, quæ ſolum impediret dicere, ſed nõ audire. tunc. n. ſacerdos debet aliquem alium corã ipſo legentem audire, ſi eum habere põt, uel ſi eſt ĩfirmitas leuis, ſicut uetus quartana in qua etiam ſua negotia procuraret, tunc omnes horas legere tenetur.
Quintò quæritur quid de illo, qui amiſit librũ in uia eundo? Reſpondeo, quòd ſi caſu hoc accidit, põt excuſari, pro illa uice ab horis, ſed nihilò minus dicat illa, q̃ ſcit, puta orões, uel Pr̃ nr̃: ne uacet otio. Ratio huius dicti q̃re iſti nõ ĩputat̃, q͛a p̱ eũ non ſtat: ergo ſibi nõ debet imputari, ex regula iuris, lib. 6. quod per me.
Sexto quæritur, an clericus beneficiatus in ſcolis ſtans de licẽtia ep̃i, uel peregrinãs ad curiã, excuſat̃ ab horis canonicis dicẽdis? R̃ndeo licet aliqui dicant tales excuſari, ſi per alios loco ſui in eccleſiis conſtitutos cõpleãtur: & hoc
ſi

ſi eſt clericus beneficiatus in minoribus cōſtitutus,prout recitat Archidia.91.diſt.Eleutherius,allegando dictū abbatis, & Petri, de Samprana,de celeb.miſſ.c.1.Tu dicas audacter qđ talis clericus,ſiue ſit beneficiatus, ſiue nōdum ſit ī maioribus cōſtitutus, ſiue in minoribus, nec pp ſtudium,nec pp laborem peregrinationis ab horis canonicis excuſatur,nec archiepſ nec epiſcopus posſit ſuper his diſpēſare, aut in aliud cōmutare, nec abbas cum monacho pp ſtudium.Ita ſcribit Archi.in dicto cap.Eleutherius,& Raymundus in Summa in tit.de offi. cleri.cap.nunqđ & ſequentibus. Ex his oībus ſumitur iſtud documentum,quod omittēs horas ex uoluntate, aut ex accurata negligentia, peccat mortaliter.Tenet̄ etiā eas reſumere, uel diſpēſatiue ī alio genere ſatisſactionis recōpēſare.Ratio,quia ex quo talis ſoluere tenetur,et nō ſoluit,neceſſe eſt ut ſoluat.Veruntā ſi fieret multitudo negligentiarū. pōt diſpēſari ſecum. ut cū alio die ſecus nō faciat, niſi ſatisfaciat: ut dicit Io.And.in.c.dolētes.& Inn.ī.c.1.de celeb. miſſ.Et idē dicit Hoſt.quòd ſi eſt tāta diuerſarū horarū negligētia, quod quaſi īposſibile eſt eas redicere,cōmutetur in aliā pœnitentiam.

Septimò quærit̄ an ille,qui ex occupatione

liciti

liciti operis,ut quia multum ſcripſit , uel audi-
uit confeſsiones,uel aliud fecit,per quod negle
xit horas,mortaliter peccet? Reſpondeo,non:
quia talis per ignorantiã probabilem excuſa-
tur,de cleri.excom.mini.apoſtolica.

Octauò quæritur, an tot quis peccata com
mittit mortalia,quot horas unius diei omiſit
uel neglexit? Rñdeo,ꝙ licet officiũ totũ unius
diei ſit quoddã totum ĩtegratum ex ſuis parti
bus,& uno p̃cepto præcipiat̃ & per cõſequens
tranſgrediens oẽs ſimul una die nõ peccet niſi
peccato uno mortali tñ ſi quis negligit:unã ho
rã,ut puta primã,uel tertiã,&c. & alias cõplet:
etiã peccat mortaliter:ſed nõ ita grauiter ſicut
omittens uel negligẽs oẽs horas : unde unum
peccatum mortale eſt grauius alio.Eſt autem
ueritas ꝙ pro negligentia horarum unius diei
integræ incurrit quis mortale grauius , quam
pro negligentia unius horæ canonicæ diei il-
lius.Ratio:quia maior eſt cõtẽptus diuinę lau
dis in toto quã in parte.Nono quęritur,an at-
tẽtio mẽtis in horis ſit neceſſaria? Rñdeo,ſe-
cundũ Tho.2.2.quæ.83.quòd duplex eſt attẽ
tio. Vna qua attẽdit ad uerba,ne quis in eis er-
ret. Secũda q̃ attendit ad finẽ orõnis,ſ.ad Deũ,
& ad rem, ꝓ qua oratur:quæ quidẽ maximè
eſt

eſt neceſſaria. Et hanc etiã idiotæ poſſunt habē re. Quãdo ergo euagatio m̃etis fit in oratione ex ꝑpoſito peccatum eſt mortale, & impedit orationis fructũ. Vnde p̃cipitur clericis ut officium diuinũ quantum Deus dederit ſtudiosè celebrent, pariter et deuote. de cele. miſſ. dolentes. Hoc autẽ cõtingit qñ horæ canonicæ tranſcurrunt̃ et ſyncopant̃, uel extranea et profana uana et inhoneſta coloquia intermiſcentur ut dicitur ex concilio. 1. Viennen. de cele. miſ. graui. in cle. Euagatio tñ, quæ fit præter intentionẽ, oratiõis fructũ nõ tollit: quia dicit Baſilius. Cum homo ex fragilitate nequit orare attẽte. Deus illud ignoſcit. Vnde dicit gl. 5. in. cle. graui primo allegata quòd in tali caſu ſatis eſt ex labiis ſuis ſeruire Deo in diuinis officiis, licet cor diuertat ad alia, ſecundum Inn. & Hoſt. de cele. miſſ. in. c. dolẽtes, qui tenẽt quod talis nõ peccat mortaliter, maximè cogitãdo ſpirituale quid uel tẽporale, quod de ſui natura nõ ſit malũ, ſicut illæ, qui ĩ ueſperis cogitat de ſermone faciendo poſt ueſperas, p̃cipuè ſi eſſet fatigatus de quo per Thom. 4. Senten. diſt. 15. Ex quibus oĩbus infert̃ quod ſi ſubeſt neceſsitas, quę dilationẽ nõ capit: poſſunt licitè. tũc alia negotia expediri Secũdo infertur ꝙ ſi quis ſtudioſè

incipit

incipit legere horas,et tãdem medio errat,ſed ĩ fine ſe recolligit,merito nõ fruſtratˇ apud Deũ. Ratio,quia ſemper nõ requiriˇ intentio per actus eſſentiales. Nã propheta Dauid de ſe dixit.Cor meũ dereliquit me.pſal. 39. Satis. n. eſt quod maneat per uirtutẽ: quod fit quando cũ bona intentione quis accedit ad orandum, licet in proſecutione mens ad alia rapiatur.Sẽ per.n.uis primæ intentionis manet: niſi tanta eſſet euagatio,quod attentio omnino periret.Et tunc notum eſt quòd dicit Cypria.lib. 6.de oratione dominica.Vt quid audiri poſtu las à Deo,cum teipſum non audis?& Caſſianus dicit:Nunquid orat etiã quiſquã flexis genibus ſi per diuagationem diſtrahiˇ. Hæc ĩ gl. magna in clemen.ſi dicendum? de reliq. & ue ne.ſanctorum.Ex quo patet ꝙ hic ſolum negligentia accurata & craſſa damnatur ſecundum Innọ.in.c.dolentis.

Decimò quæriˇ quid de illo, qui non inter fuit principio horę alicuius, ut quia neglexit, ſed nõ malitioſè: quia forte pulſum tã cito nõ audiuit,ut ſic ĩduatur:nunquid illæ debet prin cipiũ repetere?R.ñdeo quod nõ oportet à capi te incipere,niſi magnã partẽ omitteret: qa tũc deberet repetendo adimplere,ſecundum Inno.

Et

Et ſimiliter dico de fine horæ, ſi aliquis ex neceſsitate exit chorum, tunc.n.reſiduum ſuppletur per alios, quia omnes ſunt unum corpus in domino. de cõſtitu. cum omnes.

Vndecimò quæritur an ſi omiſſus uel neglectus eſt unus Pſalmus, debet fieri repetitio in choro? Reſpondeo ſecundum Inno. quòd non eſt tãta omiſsio pſalmi unius quòd deberet repeti, ſi ſcandalũ ĩ populo ĩmineret. Vnde melius eſt omittere, & nõ repetere, pp ſcandalum populi, quia meritò dicerẽt: Ecce clerici noſtri aut ſuffici ſunt, aut ignari: neſcientes quid cantandum ſit. Ex quo dictò arguendi ſunt illi cauillatores non cantores chori, qui pp unum accentum aut totum uariatũ aut erratum faciunt ſilentiũ, quod tñ ſæpe cõtingit, & malè, & iterũ reincipiunt, qui potius dicẽdi ſunt diuinorum turbatores, q̃ cantores, ueruntamen ubi hæc ſine ſcandalo fierent, ut ſi populus deeſſet: melius ſit repetitio pſalmi, quam omiſsio, ſecundum Ioan. Andr. in. d. c. dolentes.

Duodecimò quæritur an degradatus ab ordine, ſuſpẽſus, & excõicatus, et quilibet criminoſus, teneatur ad horas canonicas? Rñdeo ꝙ ſic, quamdiu toleratur ab eccleſia. Patet: quia non debet eſſe melioris conditionis malus, quam

quã bonus. Si ergo bonus obligat̃: multo ma gis malus. Vñ licet iſti amiſerũt honorẽ nõ tñ onus: aliàs ex malitia cõmodũ reportarẽt. Ta les tñ in horis nõ dñt dicere. Dñs uobiſcũ,&c.

Tredecimo q̃rit̃ utrũ quis habẽs plura bene ficia in pluribus eccleſijs, dẽt plures dicere ho ras? Rñdeo, nõ ſed ſolũ ſimplices. Nec obſtat illud Grego. Cũ creſcũt dona, rõnes etiã creſcũt donorũ. Illud enĩ fit pp ĩpoſſibilitatẽ facti, ad quod nemo obligat̃. Videant tñ tales, qui diui tes ſint: quia tales occupant et ſubtrahunt alijs pauperibus neceſſaria, ut in alijs bonis opibus recõpẽſent. Et debet dicere illius eccleſię horas, in qua maiorẽ habet dignitatẽ uel officiũ, uel ſi eſt decanus in una,& in alia canonicus, dicat il lius eccleſiæ horas, ubi habet decanatũ, uñ quia laudes dat ut unus hõ: ideo ſimplas, nõ duplas horas tenet̃ dicere. Si eccleſiæ diuerſæ ſunt eiuſ dẽ dignitatis uel aliqua alia beneficia habet in diuerſis tunc ſi eſt ab utraq; eccleſia abſens, eli gat quod officium uoluerit. Si tñ habet eccleſiã parochialẽ in una diœceſi,& in alia p̃bendã: di cat horas ſecũdũ eccleſiæ parochialis cõſuetudĩ nẽ,&c. Pro quo facit illud Ambroſij. Ad quã cunq; eccleſiã deueneris, eiuſdẽ morẽ ſerua. 12. diſt. illa. Ex quo infert̃ ſecũdum Guliel. Laudi-

nen.in.c.dignemini.de cele.miſ.in cle.ꝙ aduenæ comedẽtes carnes uel alia quarta feria, uel ſabbatho die in loco ubi nõ eſt cõſuetudo, peccarẽt: licet in patria ſua comedat̃ de cõſuetudine. Ratio, quia debẽt ſe cõformare his, cũ quibus conuerſantur. 12. diſt.c.1. & de ſta.re.c.2.

Quartodecimo q̃rit̃, utrum monachus exiſtens p̃latus eccleſiæ ſecularis reget eã in horis ſecundum cõſuetudinẽ illius eccleſiæ, uel ſecundum officium monachale? Reſpõdetur ſecundum Ioan. Andr. in cle.de celeb.miſſ. in uer. licite, ꝙ nõ reget ſecundum monachale officium, ſed ſecundum clericale. Hoc dicit placere Ioan. 16.q.1.c.3. Gofre. de ſtatu mona. in Sum.c. ſed nunquid, et Hoſtien. in Summa eiuſdem.c.2.

Quintodecimo q̃rit̃ q̃ ſit cõpetẽs hora pro qualibet hora canonica regulariter dicẽda? Reſpõdeo, ꝙ ſeptẽ ſunt horę canonicę: ſcilicet matutinũ, prima, tertia, ſexta, nona, ueſpera, & cõpletoriũ: ut in.c.1. de cele.miſſ. xc. diſtin. præsbyter. Et ſunt iſtæ horæ inſtitutæ in memoriã paſsionis Chriſti. Nã matutinum ſignificat detẽtionem Chriſti, q̃ fuit poſt cœnã in media nocte. Vnde tali hora dẽt quilibet dicere matutinũ, ut ei cõueniat illud. Media nocte ſurgebã ad cõfitẽdum tibi. Tho. tñ dicit ꝙ ſufficit matutinum

tinum dicere poſt tres partes noctis,id eſt,ante aurorã. Et hoc hodie approbãt quaſi p oẽs doctores. Quod tñ cõtra multos eſt, qui conſumpta nocte in potatione, gula & ebrietate, nõ niſi clara die dicunt matutinum : quos arguit illud propheticũ. Vbi eras, dum me laudarent aſtra matutina? Cõtra quos eſt decre. de celebr.miſſ.dolẽte.ubi dr̃ q̃ tales circa comeſſationes ſuperfluas & cõfabulationes illicitas (ut de alijs taceã) ferè medietatẽ noctis expẽdunt, & ſomno reſiduũ relinquẽtes, uix ad diurnum cõcẽtum animũ excitãt,trãſcurrentes undique continua ſyncopa matutinũ.Prima uero canit̃ in aurora orto ſole in memoriã reſurrectionis Chriſti: qui tunc dicit̃ reſurrexiſſe quãtum ad notitiã mulierum, q̃ orto ſole uenerunt ad monumẽtum. Prima etiã hora uiſus eſt in littore poſt reſurrectionẽ.Prima hora cõduxit procurator uineę operarios. Matth.20.Et ſignat laudẽ hominis,quã Deo ĩ pueritia impendit. Tertia canit̃ in memoriã ſuę crucifixionis,quia tũc eſt hora blaſphemãtium & accuſantiũ Iudæorum crucifixum. Tunc etiam Spiritum ſanctum miſit Apoſtolis.Et ſignificat laudẽ hoĩs in adoleſcentia. Sexta canitur in memoriale corporalis pasſionis, tunc enim tenebræ factæ

ſunt à ſexta hora uſq; ad nonã. Eadem hora diſcubuit cum diſcipulis in aſcenſione. Et ſignat laudẽ hoīs in iuuẽtute. Nona canit̃, quia tunc Xp̃s emiſit ſpiritum, et latus eius fuit perforatum, unde profluxerunt ſcr̃a.ſ. ſanguis in redẽptionẽ, & aqua in ablutionẽ. Et ſignat laudem hoīs ī uirilitate. Veſperæ dñr ī memoriã depoſitionis Xp̃i de cruce. Et ſignificãt laudẽ hoīs in ſenectute. Cõpletorium autẽ canitur in memoriã ſepulturæ Xp̃i. Et ſignãt laudẽ hoīs in decrepita. Vñ uerſus, ī matutino dãnat̃ tẽpore Xp̃s. Qñ ſurrexit, primam canit ordo fidelis.
Tertia cum canit̃, tunc eſt cruciamina paſſus.
Sunt ſexta tenebræ per Mundi climata factæ.
Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora.
Veſperæ claudunt̃ xp̃i ſacra mẽbra ſepulchro.
Chriſto biſſena cuſtodia ponitur hora.

Quãuis autẽ horis cõpetẽtibus et diſtinctis horæ canonicæ in eccleſijs cathedralibus uel collegiatis regulariter ſint cõplẽdæ, poteſt tñ ī horis canonicis dicẽdis ex cã rõnabili (ut quia plebanus habet uiſitare infirmos, et eis procurare ſacr̃a, uel habet audire cõfesſiones, et cum hoc aſpicere licitos labores corporales) oẽs horas incluſiuè dicere etiã ante diẽ. Similiter qui habet prædicare, uel aliquid legere in facultate

utili

utili ſcholaribus poteſt etiã ſimul ante diẽ oẽs cõplere. Qui uero hoc facit cũ laſciuiæ, ut ſcilicet expeditis horis ante diẽ, in die liberius uacet otio & uanitatibus ſeculi, non põt hoc facere ſine peccato, ſecundũ Tho. in quodã quolibeto. Sunt etiã aliqui, qui ante medium noctis oẽs horas euadunt. Et hi ſimiliter peccãt, cum adhuc nõ ſint digeſti, ut legit̃ in Vitis patrũ ꝙ quidam pr̃ qñ orabat ualde mane, angelus ſibi portabat uuas nõ maturatas, qñ uero nimis tarde, tunc portabat putridas. qñ uero competenti tempore, tunc portabat maturas & ualentes.

Sed quare in quadrageſima dicuntur ueſperæ ante prãdium ferialibus diebus cum miſſa? Reſpõdeo ſecundum Archi. de cõſe. diſt. 1. So let enim ieiuniũ quadrageſimæ magis celebrari ad imitationem Xp̃i. Et quia Xp̃s ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil comedẽs, deberemus nos toto illo tẽpore ieiunare, nulla die uel hora comedẽtes, ſicut ipſe nõ comedit. Et quia hoc facere non poſſumus, ꝑꝑ defectum naturæ, ſaltẽ toto die ieiunãdo uolumus eum, mõ quo poſſumus, imitari, & quia inſtãte & urgẽte famis neceſſitate, non poſſumus expectare ut finiat̃ dies, expectamus ſaltem ꝙ horæ diurnales finiãtur, horæ ſcilicet

q̃ in die ſunt celebrãdæ,quarum ultima eſt oſficium ueſpertinum. Cõpletorium enim quod ſequitur licet deputetur huic diei, quaſi cõplẽs ipſam,nõ tñ decãtatur in hac die, ſed poſt finẽ ipſius in principio ſequẽti diei, quia ſecundum cõputationẽ canonicã a ueſpertino tp̃e incipit ſequens dies: Arg.75.diſtin. quod a patribus. Et ideo ſtatutũ eſt ꝙ in quadrageſima ueſperę poſt miſſam noualem ſtatim celebrentur ſine interuallo,quod nõ fit in alijs ieiunijs,quæ non cum tãta diſtrictione ſeruantur. Hæc Archid.

De modo dicendi horas canonicas.

CONſequenter q̃rit de mõ dicendi horas canonicas.Eſt autẽ modus dicẽdi horas ſecũdum modum & formã & diſpoſitionẽ eccleſię cathedralis, ſi in ea habeatur ſpecialis rubrica. Alioquin recurritur ad metropolitanam eccleſiã,cuius rubrica ab oĩbus eſt ſeruãda, ut dicit in cõcilio Toletano, 12.diſt.de his.qua deficiẽte recurritur ad Romanæ eccleſiæ conſuetudinem.Hoc eſt cõtra multos Romipetas, qui in patrijs noſtris uolunt dicere horas canonicas ad modũ Romanæ curiæ, cum tñ habeant ſpecialẽ modum & formã & rubricã in eorum cathedralibus aut metropolitanis eccleſijs. Et hi incidunt in pœnã dicti cõcilij,ſcilicet ſuſpenſio

nis a cõione per ſex menſes. Nam licet eccleſia Romana ſequenda eſt in ſacramentis, nõ tamẽ in diuinis officijs, ut not. Ioan. Andre. de celeb. miſſ. c. i. Monachi autem orabunt ſecundum rubricam ſui ordinis, ut ibidem dicitur.

Itẽ quærit ubi horæ canonicæ ſunt dicẽdę? Reſpondeo, in cathedralibus eccleſiis dicendæ ſunt: imo etiã in parochialibus eccleſiis, ſi fieri poteſt cõgrue, iuxta illud, In eccleſiis benedicite Deo Dño, Verũtamẽ quia curati ĩ parochialibus debẽt occupari cõfeſsionibus & procuratione ſacramentorũ tã circa ſanos ꝙ̃ infirmos, ideo ſufficit eis orare priuatè in eccleſiis uel in domibus, dum tñ in loco honeſto ſit et quieto. Nõ ſicut quidã dyſcoli cõſueuerunt horas dicẽdo pellere ſcrophas uel uaccas ad paſcua, & in pellendo rũpere uerba horarũ per clamores & per minationes ſchropharũ uel uaccarũ. quidã etiã in lecto iacẽtes apodiati, & quod deterius eſt, iacẽtes ſupini in dorſo poſito libro uiatico ſupra pectus murmurãt horas. Alii uero de domo in domũ diſcurrentes per uillã uel oppidũ clamitãt in plateis ſonoroſè, ut more Phariſeorũ orare uideanẽ. Alii uero ante fores eccleſiæ ſtãtes, aut in cœmeteriis circũdãtes ſalutãtes ꝑſonas ad eccleſias deſcẽdẽtes, uñ fit aliqñ ut di-

 cãt,

cāt, Dn̄s uobiſcū. & reſpōdeāt, bonū mane dn̄a gratioſa. qui potius errare ꝙ orare dicēdi ſūt. Nā horæ cū magna reuerētia & etiā attētione dicēdæ ſunt. Quæ autē reuerētia eſt in talibus locis cū tātis ſtrepitibus? De quibus dicit Iſido. de ſum. bo. Quid prodeſt ſtrepitus labiorū, ubi cor eſt mutū? Sicut enim uox ſine modulatione, ſic uox pecorū, ſic orō ſine deuotione eſt uox boū. Et, quod deterius eſt, nonnulli inter iſta ſordida & abhorrēda & abominãda opa, ubi etiā cū cane loqui uerent, cū Deo in orōne loquūtur. Certè mētior, ſi nō audiui quēdā presbyterū uoce alta ueſperas dicere beatæ uirginis, ſedēdo in cloaca, & purgãdo aluū, quod nefas quātum pudoris habeat & culpæ, attēdere poteſt unuſquiſq; ſenſatus. Ideo corrigat tā inepta corruptela, ne Deus unde placari debuit, acrius prouocet. Verūtamen quod dictū eſt de attētione, interpretationē recipit mitiorē, quia dicit ſanctus Tho. 2.2.q.1. ꝙ licet in orōnibus priuatis debeat eſſe magna deuotio & attentio orātis (qn̄ enim ſentit abeſſe deuotio dimittēda eſt) nō tn̄ ſic eſt in horis canonicis, in quibus non requirit deuotio ex neceſſitate debiti uel pcepti eccleſiaſtici, ſed ex concilio. Vn̄ ſiue ſit deuotus, ſiue nō, nihilo minus ſunt horæ di

cedæ à pſbyteris.alioquin expectãdo deuotio nẽ,quæ nõ eſt in poteſtate nr̃a, rarò oraremus. Intẽtio tñ oĩno requiritur uel actualis uel habitualis, ut uidelicet intẽdat Deum orare pro ſalute propria & aliorum. Et ꝑ hoc patet etiã ꝙ ſacerdos orãs in peccato mortali, quanuis fruſtrat̃ deuotione et gr̃a Dei, tñ ipſe horas dicere tenet̃.qui licet nõ exaudit̃ pro ſe, tamẽ ex quo orat in perſona totius eccleſiæ, pro aliis exaudit̃. Vñ in hoc caſu cõparat̃ faci accenſę, q̃ ſeipſam cõſumit,& aliis lucet: & canali, quod aliis aqua influit,& in ſe putreſcit, & cineri ſeu luxiuio,quod alios mundat, & in ſe ſordidat̃.Pro iſto igit̃ facit quod ſcripſit in cle.Ioã Andre. ſi dñm in gloſ.magna,ubi quærit an orões malorũ proſint his pro quibus orãt. Et dicitur ꝙ ſic,niſi ſciẽter malum eligerẽt. Ad hoc etiam facit quod ſcribit Archid.3.q.7. in grauioribus. facit etiã ad hoc expreſſe glo.49.diſtin.c.1. ubi dicit̃ ꝙ ſi ex certa ſciẽtia malus eligit̃ a populo,& fit cõformis eorum moribus, nocet ſubditis, aliàs ſpiritus ſanctus æquè per malum ſicut per bonum operat̃ remiſſionẽ peccatorũ. ut.1.q.1 ſi fuerit. Argumen.ad hoc.6.q.1. ex merito.8.q. 1. audacter. Vñ illud dictũ Greg. in Paſtorali,qui dicit: Cum is,qui diſplicet, ad

intercedẽdum mittitur,mirati animus ad dete-riora prouocat̃.49.diſtinct.c.1. Sic intellige ſecundum Archidia.ad deteriora prouocatur, ſcilicet contra eum, qui mittitur,non contra eum qui mittit,niſi ſcienter mittatur indignus. Et ſic hoc uidenter intelligere Hugo, Laurentius, & Ioannes, maxime quando ſcienter ordinatur indignus, aut præſentatur ad ordines uel beneficium. His enim modis aliquis mittitur ad intercedendum pro populo.

Itẽ quæritur an horæ canonicæ legẽdæ ſint alta uoce,ut ab aliis audiantur, uel potius ſubmiſſa,ut a ſolo audiant̃.Reſpondeo,ſecundum Ioan.Andre.in dicta glo. magna ꝙ licet Deus agnoſcat cordis deuotionem,nõ tñ fruſtra uox adiungit̃.Vñ dicunt Theologi quod oratio fit per miniſtros eccleſiæ,id eſt,præsbyteros, qualis eſt ĩ horis canonicis ideo fit uocaliter et expreſſè, quia talis orat in perſona totius eccleſię ac populi. Vñ ut populo innoteſcat quod pro eo orat ſacerdos,merito fit expreſſe & uocaliter.orõ tamẽ nõ eſt ſic de illa, q̃ priuatè fit pro alio. De neceſſitate adiungit̃ tñ uox primæ ad excitãdum interiorẽ deuotionẽ. Verbis enim & ſignis noſmetipſos ĩterius excitamus ad sãctum deſiderium augẽdum,ut dicit beatus Au

guſtinus ad Probam, quæ fuit uxor Adariſi proconſulis, ut dicit Iſido. lib. 5. uirorum illuſtrium. Secundo ad redditionẽ debiti, ut ſcilicet Deo ſeruiat, orans ſecundum ſe totum in corde et corpore, de conſecratio. diſtin. 5. nunquid. Tertio ex quadam redũdãtia ab anima in corpus ex uehemẽti affectione. Vnde Pſal. 15. Lætatũ eſt cor meũ, & exultauit lingua mea, &c.

Et tunc quærit̃ an acolythi tenent̃ dicere ſeptẽ pſalmos? Reſpõdet̃ ſecundum Paulum Aluor. Ratiſpõ. ep̃m in tractatu ſuo de hæreſi, ꝙ ſic. Cuius rõ præcipua inter cęteras eſt, quia ex quo dicunt̃ clerici a cleros, quod eſt ſors quia in ſortem & in partẽ Dñi ſunt uocati, rõnabile uidet̃ ut dicant aliquid rõne ſui officij. Hoc tñ dependet à cõſuetudine an ſingulis diebus, an tm̃ feſtiuis dicere debeãt. Eſt tñ conſonum rõni ꝙ qui nõ ſtudent ĩ ſcholis aut ſtudijs, ut ſingulis diebus orẽt ſeptem pſalmos, iuxta illud Ambroſij: quia ſp̃ pecco, debeo ſp̃ habere medicinam de conſecratione diſtinctio. 2. in fine.

Itẽ quæritur an ſacerdos tenet̃ ad horas beatæ uirginis Mariæ? Reſpõdeo, ſecundum eundẽ ubi ſupra: ꝙ ſic: licet nõ de iure, tñ de optima cõſuetudine, q̃ iã pro lege putãda eſt: ut dicit Augu. ad cõſulariũ p̃sbyterum. 12. diſtĩ. in

his

his rebus. Vnde in hoc caſu non ualet illorum excuſatio, qui dicunt ꝙ horæ beatæ uirginis nõ p̃cipiuntur per aliquã cõſtitutionẽ authenticã eccleſiæ uniuerſalis, nec per ſacrã ſcripturã: ergo ſunt in beneplacito. Quibus rñdendũ eſt ꝙ multa fiunt in ecclaſia Dei q̃ nõ ſunt de inſtitutione eccleſiæ uel p̃cepto ſcripturæ, ſed ex ſolo cõſuetudinis uſu antiquo, q̃ p̃termitti nullo mõ debẽt ſine periculo ſalutis: ut ſignatio crucis, qua fideles ſignãtur: uerba prolixa orationis ſuper panẽ et ſuper calicẽ: benedictio fontis: trina unctio olei illorũ, quos baptizamus: q̃ oĩa (ut dicit Auguſt. 11. diſt. eccleſiaſticarũ.) obſeruata ſunt reuerẽter a patribus magis ſilentio, quam publicata ſcripto, ut dicit Paulus de Leazarijs Stephanus prouincialis Gentinus in cle. Graui. de cele. miſſa. dicit ꝙ ubi eſt cõſuetudo quod prælati & maiores eccleſiarũ dicunt horas beatæ uirginis, omittentes eas, peccant mortaliter, niſi ſubſit cauſa rationabilis.

An autẽ iſtæ horæ debeãt dici in feſtis beatæ uirginis, ex quo tunc totum officium eſt de beata uirgine. Dicendum eſt ꝙ ibi recurrendũ eſt ad conſuetudinẽ cathedralis eccleſiæ. Nã in quibuſdã eccleſijs dicuntur nõ obſtante officio ſolẽnitatis, in quibuſdã nõ. Et ſic ſtat cõſuetudini

dini eccleſiæ cathedralis, q̃ eſt mr̃ omniũ infe-
riorũ, aqua nõ licet diſcedere. 12. diſt. nõ licet.

Itẽ q̃ritur an oẽs ſacerdotes teneãtur ad uigi
lias mortuorũ. Reſpõdeo ſecundũ Guliel. ꝙ cu
rati tenenť ad uigilias mortuorũ ordinarias iu
xta cõſuetudinem eccleſiæ cathedralis. Vbi eſt
cõſuetudo ꝙ maiores p̃lati dicãt uigilias ſingu
lis diebus quadrageſimæ, in aduẽtu et in uigi-
lijs Apoſtolorum debent etiã ipſi curati dicere
ubicunq; ſint, ſiue circa eccleſias proprias, ſiue
in ſtudijs. Veruntamen ad extraordinarias nõ
tenentur (ſecundum ipſum) curati in ſtudijs
exiſtentes, aut alij beneficiati. Extraordinariæ
uocanť, q̃ dicuntur ſpecialiter pro anima cuiuſ-
libet defuncti, ad quas dicẽdas ſolũ illi adſtrin
guntur, qui circa eccleſias ſunt præſentes, ſimi-
liter qui in illis sũt ĩ anniuerſarijs defunctorũ.

Vñ ulterius quæritur an aliquis dicẽdo ho-
ras de ſanctis uel de martyribus quando dicẽ-
dę eſſent de feria, peccet mortaliter? Reſpõdeo,
licet ſecundum Guliel. nõ refert per quos pſal-
mos laudeť Deus tñ determinatio eccleſiæ ma
ioris eſt ſequẽda. Nã ſecundum cõſuetudinẽ ec
cleſiæ maioris iuſtum eſt ut unuſquiſq; inde ſu
mat regulas magiſterij, unñ honoris cõſecratio
nẽ accepit. duodecima diſtinctione, de his. Et
beatus

beatus Bernardus dicit Spiritus ſanctus illas horas gratas nõ recipit. qñ aliud quã debes, neglecto eo quod debes, obtuleris. Vnde iſtud uitium reprobatur expreſſe de cõſecratio. diſt. 5. in die. ubi dicit Greg. 7. quod illi, qui in diebus quotidianis tres tantũmodo lectiones legunt, nõ ex regula ſanctorum patrũ, ſed ex faſtidio & negligentia probantur hoc facere. Hæc ibi.

Itẽ q̃ritur de illis, qui dicunt nouas hiſtorias nõ approbatas per epm̃. Reſpondeo, quod peccãt mortaliter, ſecundũ Bern. ſuper Cãti. ſermone. 26. ubi dicit, quod quicquid ſine uoluntate ſuperioris fit: uanæ gloriæ deputabitur nõ mercedi. Eps̃ tñ poteſt inducere cõſuetudinẽ nouã in eccleſia ſua quo ad officia celebrãda. 12. diſtĩctione, nouit. & de cõſec. diſt. 3. c, 1. & expreſſe in glo. 91. diſtin. Eleutherius ſuper uer. uigilijs. Quod ſic intelligitur ſecundum Archidiaconũ ibidem, quod Epi in his, q̃ circa ſolẽnitatem eccleſię tantum conſiſtunt, quæ conſuetudine nõ præcepto maiorum ſunt introducta, mutare poſſunt & ſtatuere, ut dicit Iacobus de Alberga ſtatutum tamen ab epiſcopis uel ſanctis patribus non poſſunt immutare. Hæc ibidem.

Itẽ q̃ritur quid de illis, qui omittunt dicere ſuffragia sãctorum? Reſpõdeo, ꝙ peccãt, ſi hoc faciunt

faciunt cõtra cõſuetudinem eccleſiæ cathedralis, ut ſupra dictum eſt ſecundum dñm Paulũ Aluor, quia cõtemptores laudabilis cõſuetudinis ſicut & legis puniũtur. diſt. 11. in his. Et hoc ſi faciunt ex negligentia affectata, quia non curãt, uel ut citius percurrãt horas, ut uacẽt potibus uel otio &c. Sed quid de illo, qui prius orauit completorium quam ueſperas &c. utrum teneatur redicere uero modo? Reſpondeo ſecũdum dominum Paulum ubi ſupra, quod non tenetur, ſed cautè ſupplebit ueſperas quas incautè omiſit, & pœnitebit de negligentia.

Itẽ q̃ritur an dicere Pr̃ noſter: ante horas et poſt ſit præceptum? Rñdeo ꝙ hoc poſt horas expreſſe p̃cipit̃ in cõcilio Gerundenſi. de cõſe. diſt. 5. capit. ſemper ubi ſic dicit̃, Illud enim ſemper placuit obſeruari, ut omnibus diebus poſt matutinas & ueſperas oratio dominica à ſacerdote proferatur. Ante uero horas dicere Pr̃ noſter, licet non appareat eſſe pręceptum ſcriptũ, apparet tñ licitum dignũ & iuſtum. Nã prius inuocandus eſt omnium rerum pater, quo p̃termiſſo nullum rite bonum fundatur exordium ut dicit Boethius de conſolatione philoſophiæ li. 3. Rationabile aũt eſt ut prius orõ illa præcedat, quã author ſalutis dictauit & inſti-

tuit

tuit. quã illæ quas ſancti patres poſtea dictauẽ runt. Itẽ expedit prius petere ea q̃ ſunt magis neceſſaria et utilia ad ſalutẽ, quã q̃ ſunt minus neceſſaria. Magis autẽ neceſſaria ſunt, q̃ ponun tur in dñica oratione, & utilia, quã quæ ponun tur in alijs, cum ibi ſumma totius ſalutis & per fectionis cõſiſtat. Petimus enim ibi ſanctificari nomen Dei in nobis, & aduenire regnum cę lorum, quod primo eſſe q̃rendum Saluator do cuit, ut habetur Matth. 6. Itẽ conſiliũ eſt, ut illa oratio p̃mittatĩ, q̃ diſponit hominem, & aptum reddit humiliãdo ad effectum orõnis cõſequẽ dum, hmõi autẽ eſt orõ dñica, in qua petimus dimitti nobis debita noſtra, et à malo liberari, quibus nondũ expeditis, orationis effectus fru ſtraretur. Niſi enim nobis prius debita dimitte rent, et à malo culpæ liberaremur nullatenus impetraremus, cum dicatur Io. 9. Deus peccato res nõ exaudit. & Pſal. Peccatori dixit Deus; Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamẽtum meum per os tuum. Adiungitur ẽt Aue Maria in principio horarum, quia dignũ eſt ut illã ſalutemus in principio noſtri operis, per quã ſalus nr̃a exordiũ ſumpſit. Dicit enim Bernardus quia Deus nihil nos uult habere ſa lutis, quod per manus Mariæ non tranſiret.

Aliqui

Aliqui uerò incipiunt horas ꝑ illũ uerſiculum: Sancti ſpiritus asſit nobis grã. ſed non eſt uis. Ego ĩcipio ꝑ Aue Maria,iſta rõne,qa nec gratiã Spiritus ſancti me poſſe obtinere puto ſine Mariæ ſuffragio: ideoq; ad eã primo recurro, quia ĩpetrare per eius medium non dubito.

Cautelæ ĩ dicendis horis canonicis ſeruandæ.

SEquũtur cautelæ circa horas canonicas obſeruãdæ. Et primo ſeptẽ impedimẽta, qbus fruſtratur effectus orõnum: de quibus habetĩ cle. graui.dè cele.miſſ. Caueat ergo quilibet ne legat tranſcurrendo,ſiue ſyncopãdo: ſicut aliqui faciunt,dicentes:Dixit dominus à dextris meis, aut extranea aut profana colloquia intermiſcendo,quia dicit Franciſcus Vercellen.

Friuola qui ꝓfert quãdo ſacra p̃sbyter offert.
Lectio ſacra Dei non reputatur ei.

Tardè ad chorum ueniendo. Ante finẽ officij ſine cã exeundo.Aues in chorum portãdo,ſeu uenaticos canes,ſine tonſura uel ueſte competenti horis intereſſendo : Et hoc eſt cõtra campanatores criſpatos, comatos manicatos, miniſtrantes celebrantibus præsbyteris,qui grauiter peccant,ut patet ubi ſupra.

Secundo caueat horas canonicas cantans, ne laſciuos & diſſolutos cantus ibi perſonet:

 ſicut

ſicut quidã theatrales.i.ſecularum chorearum cãtilenas confictis modulationibus ſpiritualiũ conſonantiarum diſcantiſcãt. Contra quos eſt Apoſtolus ad Epheſ.5.dicens,Cantãtes & pſallentes in cordibus ueſtris dño. Vbi dicit Hierony. & ponitur.92.diſtinct.cap.cantantes: ubi dicit. Audiãt hæc adoleſcentuli,audiant hi, quibus in eccleſia eſt pſallendi officiũ,Deo nõ uoce.ſed corde cantandum, nec in tragœdiarum modum guttur & fauces medicamine liniẽdæ ſunt:ut in eccleſia theatrales moduli audiantur & cantica. Et Gregorius dat huius rationem dicens.92.diſ.c.in ſancta.ubi dicitur. Plerunque ut in ſacro miniſterio dum blanda uox quæritur,congrua uita negligatur. Et cantor miniſter Deum moribus ſtimulat, cum populum uocibus,delectat. Hoc etiam prohibetur de celebratione miſſa,in Clemen.ubi à cantilenis ꝓhibet abſtinere. Pro quo facit 28. diſtinctione præsbyterum.de conſecr.diſtin.5.nõ oportet. &.27.diſtinctio,cap.2. hodie ꝓuiſum eſt hoc optimè per Ioan.22.in extrauaganti, quæ incipit. Dicta ſanctorũ patrũ decreuit authoritas.ĩ qua reprobat cãtilenarũ in tripolis & motetis uulgaribus intra ſolennia miſſarum & horarũ canonicarum,Et præcipit tales ſuſpendi ab officio

ficio per octo dies. Permittit tamen diebus ce-
lebribus, & feſtiuis in miſſa & in diuinis offi-
cijs aliquas fieri cõſolationes. uidelicet conſo-
nantias, quæ melodiã faciũt infra octauã quar-
tæ & quintæ & hmõi ſuper eccleſiaſticum offi-
cium, & cantum ſimplicem. ita tamen quod ip-
ſius integritas illibata permanet. Hæc ibidem.

Tertio caueat ne incongruè uerba tam in horis, quam in alijs diuinis officijs ſiue cantando, ſiue dicendo ſubmiſſe proferat, hoc.n. multum ſcandalizat audientes. Et licet hoc omnibus clericis generaliter ſit cauendum, tamen ab ipſis canonicis & prælatis eccleſiarum cathedraliũ maximè eſt uitãdũ. Tales arguit Caſſio ſup illud Pſalmi 46. Pſallite ſapienter. dicens, Nemo ſapienter facit quod non intelligit. ſignum autem non intelligentiæ, eſt incongruitas. Vnde credit Stephanus ſcribens ſuper cle. ne in agro. de ſtatu monachorum quòd ignorantia grammaticæ, quæ maximè in incõgruitate conſiſtit, repellit quẽ à canonicatu eccleſiæ cathedralis. Archi. 24. diſt. quando. & de ætaet qualit. c. fin. de conſan. & affi. c. 1. & de reſcrip. c. ſtatutum. lib. 6. & c. j. & ca. fin. ſi corpore. lib. 6. ubi probatur hoc per argumentum.

Quarto caueat clericus orãs ne ĩ horis reſu

mat unum et idẽ uerbum pluries, quia dr̃ Ec-
cleſiaſt.7. Ne iteres uerbum ĩ or̃one tua. Con
tra quod faciũt quidã dicentes. Pater nr̃. Pater
noſter, qui es, ſexies aut ſepties. Et non dico ſe
p̃ties tantum, ſed etiã ſeptuageſies ſepties: quæ
iterantia procedit ex inaduertentia, ex indeuo
tione, ac mentis diſtractione, quia dum alia co
gitant, in uno uerbo linguam tantum figunt,
donec cogitationes pertranſeant, & hic potius
irritant Deum, quam orent. Nam, ut dicit Se-
neca. Perturbat mentem auditoris quod ſæpe
dicitur. ſ. una & eadem uoce: imo quodammo-
do Deus in hoc blaſphematur, dum per hoc ui
det ſemel dictum nõ audire, uel intelligere, niſi
ſæpius ei reſumat; cum tñ dicatur, Sit. n. pater
ueſter cœleſtis quibus indigetis. Matthæi.6.
Videat quilibet tã clericus ꝙ laicus ut in or̃o-
ne ſtet uel ſedeat quietus, aut flectat deuotus,
manus leuando, pectus tundendo, ſuſpirando
et ſurſum aſpiciendo. Iſti enim ſunt modi oran
di in ſcripturis ſanctis approbati. Nã dicitur
in Pſalmo, Stantes erant pedes noſtri, & Mar
ci.9. Cum ſtabitis ad orandum, dimittite, &c.
Sic Martha ſtetit, et ait ad Xp̃um, Domine,
non eſt tibi curæ, &c. Lucę.10. Sic leproſus ge
nuflexit, et impetrauit curationem. Marci pri-
mo.

mo. Hydropicus ſtans ante Xp̄m obtinuit ſanitatē. Lucæ. 14. De ſedēdo Matth. 26. dr̄ ubi Xp̄s dixit Apoſtolus. Sed hic & ſequit̄, Et orate, ne intretis in tentationem. Item Mar. 14.

De quiete dicit̄ Matthæi. 6. Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora, Cubiculū autē eſt locus quietis, & locus pacis. De flexura dicitur de leproſo, Procidens adorauit Lucæ. 5. quòd utiq; flectere eſt neceſſariū, ſicut Paulus de ſe dicit: Flecto genua mea ad Deū pro uobis. ad Epheſios tertio. Et idem de beato Stephano, qui poſitis genibus orabat, Actuū. 7. De eleuatione manuū habet̄ Exodi decimoſeptimo, ubi Moyſes eleuatis manibus orauit. Et Dauid, Eleuatio manuū mearū ſacrificium ueſpertinum. Pſal. 140. De tunſione pectoris habet̄ Lucæ. 18. ubi Publicanus percutiens pectus orabat. De ſuſpiratione Ioannis 11. ubi Chriſtus infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum uolens Lazarum ſuſcitare. De ſurſum inſpiciendo dicitur Ioānis undecimo, ubi Chriſtus ſuſpiciens in cœlum dixit: Pater, gratias tibi ago, quoniam exaudiſti me.

De excommunicatione.

SI quis eccleſiā non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Matth. 18. &. 34. q. 1.

omnibus. Quoniã, ut ait doctor ſubtilis in. 4. Sent. diſtin. 19. q. 1. art. 5. in eccleſia eſt duplex forum. Vnum ſecretiſſimum, in quo idẽ eſt accuſator & reus, & ad iſtud pertinet claues eccleſiæ. Aliud eſt forũ publicum, ĩ quo habet eccleſia authoritatẽ corrigendi publica debita. Et talis authoritas cognoſcẽdi in cã & ſententiã di publicè quodãmodo põt etiam dici clauis. Prima dr̃ clauis ordinis. Secunda clauis iurisdictionis. Ad quã quidẽ clauem iurisdictionis pertinere uidet̃ dictum nr̃i Saluatoris ſupra p̃miſſum. Si quis eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus. i. excõicatus & gentilis, & publicanus. ſ. ut publicus peccator. uitet̃. Per eccleſiã autẽ intelligit̃ p̃latus eccleſiæ, ut exponit Beda & Hilarius, cuius ſcilicet prælati lata eſt ſententia, ſicut ſtatim ibidem dicit Saluator, Amẽ dico uobis, quodcunq; ligaueritis ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis ſecundum Hilarium talis ſententia iudicio diuino approbatur. Cõformiter autem iſtam iurisdictionẽ tam Chriſtus quàm Apoſtoli exercuerunt. Nam dñs mulierem deprehenſam in adulterio per ſententiam abſoluit dicens. Nemo te cõdemnauit mulier? quæ ait, Nemo Domine, & ipſe ſubiũxit, Nec ego te condemnabo. Ioan. 8. Sicut autem tunc

abſoluit eã, ita potuiſſet condemnare eam. De Petro quoque legitur quòd publicè Ananiam & Sapphirã ad mortẽ ſententiauit; ut dicitur Actuum.5.de Paulo etiã legitur quòd Corinthium fornicantem publicè excommunicauit: ut dicit.1.ad Corin.5.Item.1.ad Timo.1.Hymenæum & Alex.tradidit ſatanæ pp blaſphemiã.Idẽ etiã prohibet cõicare notoriis peccatoribus.1.ad Corinth.5.&.2.ad Theſſal.3. &.2. ad Timo.4.facit uitare Alexandrum ærarium. Item ad Titum.3.hæreticum poſt alteram monitionem fecit uitare.Idem quoq; ad Galat. 1. ſcribens ait. Si angelus uobis de cœlo aliud euangelizauerit præterquàm quod euangelizàuimus uobis,anathema ſit.Sic ergo anathema tenet cõtra angelum & cõtra hominem. Denique Ioannes Corinthum hæreticum publicè excõicauit,& uitari præcepit.Quæ oĩa arguũt hæreticorum modernorum uerſutias, qui eccleſiæ detrahentes dicunt eam non habere authoritatem excommunicandi,ſuſpendendi,& interdicendi, & per conſequens dogmatizant non eſſe curandas eccleſiaſticas cenſuras, cum tamen dicat Chryſoſtom.11.qu.3.cap. nemo contemnat, ubi dicitur. Nemo contemnat uincula eccleſiæ.Non enim homo eſt, qui li-

gat,ſed Chriſtus qui hanc poteſtatem dedit,& Dominus fecit homines eſſe tanti honoris.

Circa igitur ꝓſecutionē huius materiæ,breuiter de tribus principaliter eſt conſiderandū. Primo quidem de excōmunicatione. Secūdo de ſuſpenſione. Tertio & ultimo de īterdicto. Eſt autē excōicatio à qualibet licita cōione & legitimo actu ſeparatio.11.q.3.euidenter. Alibi enim uocatur æternæ mortis damnatio.11. quæſt.3.nemo epiſcoporū. Alibi dr̄ animæ & corporis detrimentū.2.quæſt.1.de manifeſta. Item deiicit de eccleſia,& tradit diabolo.11.q. 3.audi.Et breuiter excōicatio,quæ dicitur alio nomine anathema, non eſt niſi à Deo ſeparatio.24.quæſt.3.certum eſt. Et hoc eſt magna pœna,Nā qn̄ quis excommunicatur, ſtatim membrum Dei eſſe deſinit, & incipit eſſe mēbrum diaboli.11.q.3.eccellentisſimus.Moxquè ut ab eccleſia repellitur,rapido ore dæmonum deuoratur.11.q.4.abſit. Sunt autē duæ ſpecies excōicationis.Vna,quæ ſeparat à ſacramentis eccleſiæ,& à participatione fidelium,& ab ingreſſu eccleſiæ,& hæc dr̄ maior, ſeu anathema. Alia eſt,q̄ ſeparat ſolū à ſacramētis, ut eſt quodlibet peccatum mortale,& hæc dr̄ minor.De utraq; dr̄.3.q.4.Engeltrudā.A prima

nõ abſoluunt ſimplices ſacerdotes,ſed à ſecunda in caſibus tantum ipſis præmiſsis à iure.

Vnde ſciendum ꝙ quatuor ſunt genera excõmunicatorum:ut colligitur. 11.q.3.ad menſam.Primo quando quis peccat,& Deus recedat ab eo. Secundo qñ quis de conſilio ſacerdotis abſtinet ab euchariſtia.Tertio quãdo eſt excommunicatus minori excommunicatione,ut quia communicauit excõmunicato in locutione,uel commiſit ſacrilegium,uel eſt ſimoniacus. Quarto quãdo quis eſt excommunicatus excõicatione maiori, & tunc propriè dicitur excõicatus, & etiã uitãdus ſecundum Io. de Deo,qui ita notauit in prædicto canone,ad menſam,& Archid.ibidem poſt eum.

Circa iſtã materiã eſt uidendũ de quatuor. Primo qui ſunt caſus,in quibus quis ipſo facto ĩcidit in ſnĩam excõicationis à iure. Secũdo,quis ſit effectus excõicationis. Tertio in quibus caſibus participans excõicatis incidit ĩ candẽ ſententiã excõicationis,& in quibus permittitur quis participare licitè excõmunicato. Quarto de forma ferendi ſententiam excommunicationis,& impendendæ abſolutionis.

De primo ſciendum quòd quinquaginta ſunt caſus,in quibus ipſo facto quis in ſnĩam

excōicationis incidit,quos bene enumerat Io. An.in.c.oēs qui.de ſen exc.li.6.in gl.3. & eo. tit.in cle.in.1.gl. Et ſciendū ꝙ primus eſt, qn̄ quis ĩcidit in hæreſim dānatā,ut. 4.q.3.c.2.& 3.aut qui nouā hæreſim fingit:de hæreticis ad abolendā,eſt ſic excōicatus. Et ſimiliter credēs hæreticis,uel eos receptās,aut eis fauens,de hæret.ſicut ait. Secundus,cū quis aſſerit Romanā eccleſiā nō eſſe caput oĩum,nec ei tanquam capiti ubediendū.di.19.nulli fas. Vnde hodie definitū habetur & declaratum per Bonifaciū.8. ꝙ ſubeſſe Romano pontifici omni humanæ creaturæ eſt de neceſſitate ſalutis,ut patet ĩ ſua extrauaganti,quæ incipit,Vnā ſanctā. Tertius caſus,quādo rectores ciuitatis faciunt exactiones indebitas in clericos,& admoniti non deſiſtūt ut de immunitate eccleſiarum, nō minus. Quartus caſus eſt, cum quis non electus à duabus partibus Cardinalium,gerit ſe pro Papa,de electione.c.licet. Quintus,cū quis magr̄ ſcholariū tractat cum aliquo ciue Bononiæ de cōductione hoſpitij irrequiſitis inquilinis, niſi tempus fuerit elapſum,ut de locato & conducto.capi.ex reſcripto. Sextus,cum monachi,canonici regulares,archidiaconi,præpoſiti,plebani,cātores,et alij clerici perſonatus habētes,aut

etiã quicunq; p̃sbyteri audiunt leges uel phyſi cã.ne clerici uel monachi,etc.c.nõ magnopere et c.ſuper ſpecula;Secus ſi habent tm̃ eccleſiam parochialẽ,et non ſint p̃sbyteri , ne clerici uel monachi,etc.ca.ſtatutũ.libro.6.Septimus,cum quis participat cum excõicato in crimine, pp quod excommunicatur,dando ei cõſilium,auxilium uel fauorem,de ſententia excõicatione ſi concubinæ.Octauus, ſtatuentes ſtatuta contra libertatem eccleſiæ,tam conſules,quam eorum ſcriptores,de ſentent.excomm.nouerint. & capit.grauem. Nonus,qui utuntur ordinationibus à ſchiſmaticis factis , de ſchiſmaticis, c.1.Decimus quicunq; loquit̃ ſecrete,uel mittit ſcripturas uel nuntiũ alicui Cardinali, qñ ſunt recluſi occaſione electionis papę ut de electio. ubi periculum,lib.6. Et idem de dñis rectoribus et officialibus ciuitatis,qui imminente ipſa electione nõ ſeruauerint ipſam conſtitutionẽ.Vndecimus,de his,q grauãt aliquos,qui cũ pro uno rogabantur,eligere noluerunt de electione.ſciãt cuncti.libro ſexto. Duodecimus, de rectoribus ad regimen urbis Romanæ electis,et de fautoribus,qui fecerunt contra conſtitutionem ſuper hoc factã:ut de electio. fundamenta.lib.6.Tredecimus,de his, qui uocantur

tur ad dirigendas moniales in electionibus: niſi abſtineant ab his, per quæ posſit in eis diſcordia oriri uel nutriri:ut de electione.indem nitatibus lib. 6. Decimuſquartus, de his, qui procurant conſeruatores dari, et intromittunt ſe de his, quæ non licent. de officio delegati. cap.hac conſtitutione,lib.6.

Decimuſquintus, de his, qui abſolutionem de aliqua excōicatione uel reuocatione eius, aut etiam ſuſpenſionis uel interdicti extorquēt per uim aut per metum. Nam hæc abſolutio non ualet, et incurritur nōua excōicatio:ut de his,quæ ui metúſue cā fiunt.ca.unico.lib.6.Decimuſſextus,qui fingit fraudulenter aliquē caſum,per quē aliquis iudex uadat ad aliquā mulierē ꝓ teſtimonio:ut de iudicijs.c.mulieres,li. 6.Decimuſſeptimus,de his qui prælatos,uel capitula,uel alias perſonas eccleſiaſticas compellunt ad ſubmittendum laicis, uel alienandū bona immobilia eccleſiarum. Et ſimiliter laici, qui uſurpant ſibi huiuſmodi illicite,niſi admoniti deſtiterint, de rebus eccle. non alienandis. cap.hoc conſultisſimo libr.6. Decimusoctauus,quicunꝗ à perſonis eccleſiaſticis uel eccleſiis per ſe,uel ꝑ alium,ſuo nomine, uel alieno, pro perſonis,uel rebus,quas non cauſa negotia-

tiationis deferunt, uel deferri faciunt, ſeu tranſmittũt, exigunt aliquod pedagiũ. de cenſibus. quanq̃. lib.6. Decimuſnonus, de his, qui impediũt iudiciũ delegati, uel cuiuſcunq; iudicis eccleſiaſtici. de immun. eccl. qm̃. lib.6. Viceſimus de his, qui iubent ſubditis ſuis ne perſonis eccleſiaſticis uendant aliquod bladũ, uel ſimilia. de immun. eccleſia. cap. fin. lib.6.

Viceſimuſprimus, de religioſis, qui habitũ ſuę religionis dimittũt, uel qui accedunt ad ſtudium ſine licẽtia ſui p̃lati, uel cõuentus. uel qui corã talibus legit ſciẽter, qui dimiſerũt habitũ. ne clerici uel monachi, &c. ut periculoſa. lib.6. Et ſicut recitat Ioãnnes And. in nouella. ſuper regula. libro.6. referens Gulielm. de lata Petri diſputaſſe de monacho, qui bene defert habitũ monachalem, ſed opertum habitu clericali, quòd ſit apoſtata. Quod hodie uidetur approbatum de uita & honeſtate clericorum. capit. quoniam. in principio, in clement. in uerb. à religioſis. quæ omnia uera ſunt ſecundum Ioannem Andream, quando monachus iuſtam cauſam transformationis non allegat.

Viceſimuſſecũdus, q̃ hęreticos ſeu fautores, credentes, receptatores, uel defenſores eorum ſcienter tradiderint eccleſiaſticæ ſepulturæ,

de hæreticis.cap.quicunq; lib.6. Nec tales debent abſolui,niſi prius talẽ ſepultũ ꝓpriis manibus extumulẽt.Idẽ de illis laicis,qui publicè uel priuatim de fide catholica diſputant:ut dr̃ ibidẽ.Dicit tñ Io.And.ꝙ in iſtis caſibus eſt ca nõ ferẽdæ,& nõ latæ ſnĩæ,& hoc eſt tenendũ.
Viceſimuſtertius,quicunque rector ſecularis uel quicunque officialis eius cognoſceret de crimine hæreſis, aut captiuos liberaret, uel diœceſanorum inquiſitorum officiũ ĩpediret. de hæret.li.6.c.ut inquiſitionis. Viceſimuſquartus,q ꝑ asſisſinos uel aſſaſſinos aliquẽ Xp̃ianũ interfecerit.Dicunĩ autem asſisſini uel aſſaſſini quidã ĩfideles,qui ex quibusdã falſis opinionibus,ĩ qbus fuerũt enutriti, facilè mittebanĩ ad occidẽdũ quencunq; Xp̃ianũ,nõ curantes niſi ob hoc ipſi occidẽdi eſſent.de hoſti.ꝓ human. li.6. Viceſimuſquintus,de clericis,q manifeſtis uſurariis ad fœnus exercendum domos locãt, uel aliis titulis cõcedunt.de uſur.uſurarũ.lib.6.
Viceſimuſſextus, de his,qui cõcedunt repræſalias cõtra pſonas eccleſiaſticas ſpecialiter ſiue generaliter:ut de iniuriis & dam.da.& ſi pignorationes.lib.6.Dñr autem repræſaliæ qñ ũnus oriundus de una terra ſpoliaĩ ab alio de alia terra oriundo:ita,u3.ꝙ ſi debitum nõ ſoluitur ei: tunc

tunc daī ptās ipſi ſpoliato ꝙ ſatiſfaciat ſibi con
tra quēlibet de terra illa unī eſt debitor uel ſpo
liator. Viceſimuſſeptimus ſi dn̄s uel rector tpa
lis nō fecerit ea obſeruari, q̄ ſtatuunt cōtra in-
ſecutores cardinaliū, ſeu alicuius de familia eo-
rum, uel papæ, de pœnis. c. fœlicis. lib. 6. Viceſi
muſoctauus, quicunq; dat licētiā occidēdi uel ac
cipiēdi, uel alias ī pſonis, uel in bonis ſuis, uel
ſuorū, grauādi eos, qui cōtra reges, barones, no
biles, uel quoſcunq; tulerunt excōicationis, ſu-
ſpenſionis, uel interdicti ſententias, ſiue iſtos,
quorū occaſione ſunt prolatæ, uel eos, qui eos
obſeruāt, aut eos qui taliter excōicatis cōicare
uolunt, niſi licentiā ipsā reintegraliter reuocet,
& ſi qua ſunt ablata reſtituant, ſiue pro illis ſatis
faciāt, & ſimiliter qui dicta licentia uſi fuerint,
uel etiā ſine licentia ſuo motu hoc fecerint, ex-
cōicationē īcurrunt. In q̄ ſi pmanſerint p duos
mēſes, nō niſi p papā abſoluunt, de ſnīa excōi-
cationis, quicunq;. lib. 6. Viceſimuſnonus, qn̄
quis ab excōicatione fuit abſolutus in mortis
articulo uel alio īpedimento: ſi ceſſante articu-
lo uel alio īpedimento nō pn̄tet ſe: quantotius
poterit illi, à quo abſolui debuerat: reincidit ip
ſo facto ī eādē ſnīam, de ſent. exc. eos. li 6. Tri
ceſimus, qn̄ aliqui abſoluunt à ſede Apoſtolicā
uel

uel à legatis, & iniungit eis ꝙ ſe repræſentent ordinariis uel alijs ſuſcepturi pœnitentiã & pacis iniuriã: ſeu ut eis, quibus obligati ſunt, ſatisfaciant: ſi hoc nõ faciãt cũ primũ poterunt, reincidũt ĩ eandẽ ſniam: ut ĩ dicto ca. eos qui. li. 6. Triceſimusprimus, de illis, qui in cœmeteriis ſepeliunt corpora tpe interdicti, uel uſurarios manifeſtos ſciẽter ſepeliũt: à q̃ excõicatione nõ debẽt abſolui, niſi prius ad arbitriũ diœceſani ſatisfecerint, q̃bus ꝑmiſſa iniuria fuit irrogata. de ſepult. eos. in cle. Triceſimuſſecũdus de religioſis, qui decimas eccleſiæ debitas, ſibi appropriãt uel uſurpãt, ſiue q̃ nõ ꝑmittũt ſolui eccleſiis decimas, q̃bus tenent iuxta tenorẽ clemẽtinæ de deci. religioſi. Triceſimuſtertius, de monachis ſiue canonicis regularibus, qui nõ hñt adminiſtrationẽ, & cõferũt ſe ad curias principũ ſine licentia p̃latorũ, ut dãnũ ĩferãt aliquod p̃latis ſuis aut monaſterio: ut de ſtatu mon. ne ĩ agro. ĩ Clem. Triceſimuſquartus, de monachis, qui arma ĩtra ſepta monaſterii tenẽt, &c. ut ĩ dicto c. ne in agro. Triceſimuſquintus, de his, qui ĩpediũt uiſitatores monialiũ uel canonicorum, niſi moniti deſtiterint: ut de ſtatu monac. accedẽtes. ĩ Clem. Triceſimuſſextus, de quibusdam mulieribus, q̃ dñr beguinę: ſimiliter & religioſi,

qui

qui eas in tali ſtatu fouent. de religioſis domibus,cũ de quibuſdã.ĩ Cle. Triceſimuſſeptimus, de illis,qui ſcienter contrahunt matrimoniũ in gradu cõſanguinitatis uel affinitatis ꝓhibitis, uel cũ monialibus : uel cõtrahẽtes, qui ſunt religioſi uel moniales,ſiue etiã clerici in ſacris:ut de cõſanguinitate & affinita.eos.in Clemẽ. Triceſimuſoctauus,de inquiſitoribus hæreticorũ, qui ꝑtextu inquiſitionis officij quibuſuis modis illicitis pecuniã extorquent : uel etiã bona eccleſiarum ob delicta clericorum applicãt fiſco,de hæreticis.uolentes. in Clemen. Triceſimuſnonus,poteſtas,capitanei,rectores, conſules,& iudices,cõſiliarij,& alij officiales,qui ſtatuta ſcribunt,faciunt & dictãt,per q̃ quis compellit ſoluere uſuras, uel ſolutas nõ repetere & qui ſecundum ea iudicant, & qui habent ſuper hoc poteſtatẽ : niſi ſtatuta ipſa deleuerint, ſunt excõmunicati: ut de uſuris.ex graui. in Clemẽti. Quadrageſimus, de religioſis mẽdicãtibus, qui domos ad habitãdum de nouo recipiunt, uel receptus mutãt ſeu alienãt,de exceſ. præla. capite unico,lib 6.& de pœnis.cap. cupientes. ĩ Clemẽ. Quadrageſimuſprimus,de religioſis, qui ſcilicet dicunt aliqua uerba, quibus retrahunt audientes a ſolutione decimarum , ut in

dicto capi.cupiẽtes. Quadrageſimus ſecundus qui cõfitẽtibus ſibi nõ faciunt cõſcientiã de decimis ſoluẽdis, qui ſuſpẽſi ſunt a p̃dicationis officio, donec ſi cõmode poſſunt, faciãt eis cõſciẽtiã. Et ſi interim p̃dicent, excõicati ſunt, ut habetur ibidẽ. Quadrageſimuſtertius, de religioſis quibuſcunq; qui nõ ſeruãt interdictũ quod ſeruat mater eccleſia. de ſenten. excõi. capi. 1. in Clemẽti. Quadrageſimuſquartus, de fratribus Minoribus, qui tp̃e interdicti recipiunt ad officia diuina fratres uel ſorores de tertio ordine, qui Cõtinentes dicunt. de ſentẽ. excõi. cum ex eo. Quadrageſimuſquintus, opponens ſeu impugnãs literas papæ nouiter electi, etiã ante coronationẽ ſuã, excommunicatus eſt ex per extrauagantẽ Benedicti. 11. q̃ incipit, quia nõnulli. Quadrageſimuſſextus, uerberãs clericũ diabolo inſtigãte puta ex ira ut aĩo uindicãdi uel ulciſcendi ſe in eo: ipſo facto eſt excommunicatus. 17.q.4. ſi quis ſuadẽte diabolo & de ſenten.excom.cum illorũ. Et notanter dicit. inſtigante diabolo, & ex ira. ſecus ſi iocoſe aliquis clericum in ludo honeſto offenderet, non animo iracundo, nec ex malo propoſito quia nõ incidit in excommunicationem. de ſenten. excom.cum uoluntate. Dicitur etiam animo ul-

ciſcẽdi

ciſcēdi ſe in eo: quia ſecus ſi de mādato ſuperio ris quis capiat clericū incorrigibilē, ut ad iudiciū eum pertrahat. Talis enī nullā ſententiā incurrit: ut de ſentē. excō. ut famæ. Nā tales poſ ſunt etiā ab eccleſia extrahi etiā uiolēter, ut dicit glo. ibidē. Super hæc dicta poſſunt recuſari magiſtri, p̄lati cōſanguinei, et alij ī iure exp̄sſi, quibus pmittit̄ correctio clericorū, qui etiā ſi aīo iracūdo clericū uerberāt, et de correctione actu nō cogitātur, excuſant̄, ſecundū Hoſt. Nō enim poſſunt dici ex ira corrigere clericos, cū dolus nō aſſit, & p cōſequēs nec uiolētia, ſufficit enim quod correctionē habeant in habitu. Quadrageſimuſſeptimus, de iſtis laicis qui col lectas tallias, et onera īponūt eccleſiaſticis perſonis, ab ipſis ſuorū prouētuū uel bonorum dimidiā, decimā ſeu uiceſimā extorquētes, de im mu. eccle. clerici. lib. 6. Quadrageſimuſoctauus, de p̄latis. et de illis pſonis, qui hmōi laicis eleemoſynas uel collectas quaſcunq; pſoluunt ut habet̄ ibidē, Hodie uero ſolū locū hēt in exigētibus laicis, qui ſoli incidunt in excōicationem non tamen habet locum in ſoluentibus uel recipientibus à ſpōte ſoluentibus: ut de immunitate eccle. quoniam. in clemen. Quadrageſimuſ nonus, percutiens aliquem, qui nouiter eſt reli

ſeruat. Nec obſtat dictũ Io. And. in ca. ſi epiſcopus. de pœni. & re. lib. 6. ubi ipſe dicit quod abſoluere excõicatos à maiori excõicatione: non competit ſimplici ſacerdoti ſed epiſcopo: ut de ſen. excõ. nuper. Sed tu dic audacter quòd uerum eſt, quòd non competit hoc ſimplici ſacerdoti ſimpliciter, quòd etiã ubi prohibetur ſpecialiter: ſecus autem ubi non prohibetur. Sic etiam dicimus de epiſcopo, quòd non competit ſibi abſoluere à ſententia excommunicationis maioris: ubi ſcilicet papa ſpecialiter reſeruauit; in cæteris nõ prohibetur. Similiter dicitur de epiſcopo & ſimplici ſacerdote. Iſtud tamen indigeret meliori declaratione per papam propter ſimplices. Scias etiam quòd abſens poteſt abſolui ab excommunicatione per procuratorem, ſecundum Gulielm. Nazonem: tamen ſolennis reconciliatio in introductione in eccleſiam non poteſt fieri eo abſente. Et ita intelligitur dictum Inno. qui prolixè in hoc ſcripſit. de ſentent. excommun. cum deſideras.

De eccleſiaſtico interdicto, qualiter ſit obſeruandum.

FInem opuſculo imponere cupientes, de eccleſiaſtico interdicto aliqua ſubijciamus. Circa quod ſciendũ quòd interdictum ſecundum

Inno-

Inno. nō eſt niſi prohibitio hominū habitātiū in loco à ſacramētis ibi accipiēdis, et à ſepultura, & ne clerici celebrēt diuina, uel miniſtrēt ſacra. Et eſt duplex: quoddā generale: quoddā ſpeciale, ſiue particulare. Generaliter interdicit̄ regnū, ſiue prouīcia, ſiue etiā ciuitas, uel caſtrū. Particulare uero interdictū eſt, qn̄ de multis eccleſijs, una duæ uel tres interdicuntur: ut habetur de uerb. ſig. cū in partibus. Sic etiā ſpeciale dr̄, qn̄ oēs eccleſiæ ciuitatis uel prouinciæ interdicunt̄: ut fit per executores gratiarum. Vnde generale dicitur quātum ad illū locum, ubi nullus excipitur. Vnde ſecundum do. Aluarū, licet perſona interdicat̄, ut ſcilicet quādiu in tali loco moratur, uel ad quęcūq; peruenerit, quādiu ibi fuerit, ſeruetur interdictū: in hoc licet propter perſonā ſpeciale cenſeatur interdictum: tñ quo ad obſeruationē generaliter intelligitur interdictū prolatum: unde oīa q̄ ſeruātur tpe interdicti generalis, etiā tunc obſeruabuntur. Speciale autē eſt, in quo aliquæ eccleſiæ excipiuntur, et ubi ſolū terra eorū, q̄ interdicitur, ſpecificatur. Poteſt tñ poni interdictū ex rōnabili cā pp culpā dn̄i loci alicuius, ſiue capituli, ſiue cōitatis: non tñ poteſt poni per ordinariū uel per delegatū pro pecuniario debito, uel cuiuſuis pe

cuniæ quantitate, niſi de authoritate ſedis apoſtolicæ ſpeciali & expreſſa p extrauag. Bonif. 8.q̃ incipit,prouidè attendẽ.Et hoc intellige de interdicto generali, quia ſpeciale bene poteſt poni propter debitũ pecuniariũ,ut quia plebanus non ſoluit aliquã collectã ſedi apoſtolicæ uel epo. poteſt interdici tm̃ illa eccleſia illius plebani,nõ autẽ alia in illa ciuitate. Ita notauit Ioã. Andr.in nouella.de ſentẽ.excom.lib.6. Et differt interdictũ ab excõicatione uel ſuſpẽſione,quia excõicatur uel ſuſpenditur perſona,ſed interdicitur locus,uel regnũ, uel prouincia,caſtrum,eccleſia,uilla ciuitas,cõitas,clerus,uel populus.Poteſt etiã hoc ĩterdictũ poni per epm. De caſu epi poteſt capitulũ interdicere, uidelicet qñ procedit ex mero officio, aliàs autẽ ſine caſu capitulũ poteſt interdicere ſuper notorijs delictis. Hoc idẽ poteſt facere electus cõfirmatus licet nondũ conſecratus, quia hoc eſt iuriſdictionis,& non ordinis. Vacãte uero ſede poteſt hoc etiam facere capitulum. De omnibus iſtis ſunt iura, q̃ ommitto cauſa breuitatis.Forma autem interdicti eſt hæc, Nos propter talem cauſam, ſcilicet occiſionis ſacerdotis in ciuitate factæ ipſam ciuitatem ſupponimus interdicto eccleſiaſtico.

His

His pmiſsis ponuntur aliquæ regulæ de obſeruatione interdicti. Prima regula eſt, interdicto clero ſpecialiter, non propter hoc populus intelligit interdictus, nec econuerſo. Vñ in tali caſu laici poſſunt audire diuina, ut de ſenten. ex com. ſi ſententia. lib. 6. Cũ uero alicuius ciuitatis uel terræ populus eſt interdictus, ſingulares perſonæ intelliguntur eſſe interdictæ.

II. regula: Licet generale interdictũ clerici teneant obſeruare, tñ eorũ perſonæ nõ ſunt interdictæ, & ideo alibi exiſtẽtes poſſunt celebrare.

III. regula: Interdicta terra propter delictum domini ſubditi ipſius alibi poſſunt audire diuina; niſi culpabiles exiſtant, uel niſi ipſi fuerint interdicti propter dominum in eis puniendũ. de ſenten. excommuni. ſi ciuitas lib. 6.

IIII. regula: Ciuitate uel caſtro interdicto, uel uilla, ſub urbia illorũ & continẽtia ædificia intelliguntur interdicta, ut. d. c. ſi ciuitas. Sub urbia autẽ ſecundũ Ioan. de Deo intelliguntur loca extra ciuitatẽ, ut ipſa ædificia, q̃ ſunt extra ultimã portã ciuitatis, ſiue ſit porta clauſa, ſiue aperta, quod alio noĩe dicimus ingreſſum uel introitum ciuitatis principalẽ uel finalẽ, de quibus ędificijs uocant oẽs homines ad cautionẽ ciuitatis: & ſoluunt communes penſiones, cen

ſus uel tributa, uel quaſcunque exactiones cum ciuibus ciuitatis.

V.regula, Interdicta eccleſia, nec in ipſa, nec in eius capela poteſt celebrari, nec in eius coemeterio contiguo poterit ſepeliri: ut dicitur in dicto cap.ſi ciuitas.lib.6.

VI. regula. Interdicta ciuitate pro peccato ciuiũ, quãquã ciues non ſunt proprijs noĩbus expresſi: tñ quocunq; uadunt interdicti ſunt, nec debẽt admitti ad diuina. quia interdictus in una eccleſia, interdictus eſt in alia. 4.q.5. quiſquis. Si autẽ propter peccatũ principũ. tunc populus non eſt interdictus niſi in eadẽ ciuitate, ſecundum Ioan. de Deo Similiter etiã in tertia regula ſuperius dictum eſt. vii. regula: Tpe interdicti generalis, puta cũ locus eſt interdictus ut ciuitas, caſtrum, uilla, ſingulis diebus in monaſterijs & alijs eccleſijs poſſunt celebrari miſſæ ſubmiſſa uoce, ianuis clauſis, excõicatis & interdictis excluſis cãpanis etiã non pulſatis. Tẽpore etiã p̃dicto canonici debẽt conuenire ad eccleſiã: aliàs amittunt diſtributiones quotidianas, q̃ intereſſentibus tm̃ dantur, ſi non eſſet interdictũ. Poſſunt etiã tunc ſolũ in feſtiuitatibus Natalis, Reſurrectionis Dñi, Pentecoſtes, aſſumptionis beatæ uirginis, pulſatis cãpanis, ianuis

ſanuis apertis, alta uoce diuina cãtari, excõicatis excluſis, ſed interdictis admiſsis, ita tñ ꝙ illi propter quos latũ eſt interdictũ, altare non appropinquent. Quod ſi intelligit, ſecundum Nouellatorẽ in c. alma. de ſenten. excom. lib. 6. ꝙ reliqui non culpabiles poſſunt, orare ad altare, & oblationẽ ſuper altare offerre, & ſimilia facere. Hodie etiã per extrauagantẽ Martini papæ quinti moderni extenditur iſta indulgentia ad feſta corporis Chriſti ita ꝙ tempore interdicti generalis licet etiam celebrare, etiam alta uoce, & pulſatis campanis uſqꝫ ad octauas nullum tamen præmiſſorum poteſt fieri quando eccleſia ſpecialiter eſt interdicta.

VIII. regula: Tpe generalis interdicti in ſolennitatibus quatuor, ſcilicet Natalis, Paſchæ, Pentecoſtes, & aſſumptionis Mariæ, licitũ eſt cãtare ueſperas primas & ſecundas, ſed non cõpletoriũ, aliàs incurreret irregularitatẽ per errorẽ opinione fulcitum, eo ꝙ doctores in hoc diſcordãt, ex quo non in cõtẽptum clauiũ facit eſſe diſpẽſabile per legatũ, ut in Clementina dicit. de cleri. excom. miniſtrao. cleri. Hæc Ioan. And. in Nouel. in c. alma. de ſenten. excõmun. libro. 6. Sabbatho uero magno ſcilicet reſurrectionis Domini, non poſſunt in caſu ueſperas

 prima

primæ cãtari. Ratio quia terminãt cũ complẽda miſſæ, & ita quodãmodo ſunt pars miſſæ. Sed in feſto corporis Chriſti tã primæ quã ſecũdæ ueſperæ cũ oĩbus horis, misſis, & cõpletorio uſq; ad octauã incluſiue poſſunt celebrari: pter tñ cõpletoriũ ipſo die octauæ, quod uidet ad diẽ ſequẽtẽ pertinere. Nullum tñ prædictorũ poteſt fieri tempore ſpecialis interdicti.

IX. regu. In feſtiuitatibus quatuor prędictis non poſſunt ſani percipere corpus Chriſti, nec etiam homines mortui ſepeliri, ſecundum Ioã. And. in Nouella, in d. c. alma. Et notantur hæc de ſepul. eos qui. in clemen. in gl. quę hoc dicit. Et idem Hoſt. in cap. cum & plantare. de priuilegijs ſuper uerb. defunctorum. quamuis Ioan. Cal. tenet contrarium, cuius dictum non præualet tanquam ſingulare.

Decima regula: Tempe generalis interdicti poſſunt iſta ſacramẽta cõferri: baptiſmus paruulorũ & adultorũ, pœnitẽtia tã ſanis, q̃ infirmis, uiaticũ ſeu corpus Xp̃i pro infirmis tm̃ confirmatio in fronte, & conſecratio chriſmatis feria quinta magna per ep̃m, ut not. in glo. magna ſuper uerbo, ſacramentis in d. c. alma.

XI. regu. Licet quidã antiqui, ut Petrus de Sãprana & alij opinabãtur tpe generalis interdicti

dicti in eccleſijs modo ſupra dicto non poſſe celebrari diuina, niſi à proprijs clericis eccleſiarum, ſcilicet ut nõ niſi ĩ eccleſijs parochialibus plebani cum uicarijs deberent celebrare diuina ſubmiſſa uoce, et ianuis clauſis, & ꝙ clerici extranei nõ poſſunt ibi celebrare. nec eis intereſſe tñ ſecũdum Ioan. Andr. in Nouella cap. alma. poſſunt extranei clerici hæc oĩa facere, quia nimis durum eſt ꝙ beneficiatus unius eccleſiæ ĩ alia tunc celebrare non poſſit, & in his ſecũdũ ipm nimis emungit uel eiicit ſanguinẽ. Imo ſecundũ Ioãnẽ Caldarinũ, quod plus eſt, poſſunt clerici diuerſarũ eccleſiarũ ſecundũ conſuetudinẽ, quã habẽt, cõuenire in feſtiuitatibus, uel diebus certis anniuerſario tempa interdicti ſeruata forma decretal. alma. ſcilicet, ut ſubmiſſa uoce celebrent, & ſine pulſu, & ianuis clauſis. Hæc Ioan. Cald. in tractatu de interdicto. q. lxxxv.

XII. regula: Qñ eccleſia ſpecialiter eſt interdicta: tunc in eadẽ in his diebus ſcilicet quatuor feſtiuitatibus & alijs durãte ĩterdicto nõ poterit celebrari etiã baſſa uoce, & ianuis clauſis, ſed extra eam in loco alio etiam poſſet alta uoce celebrari ſub tentorio uel in alia eccleſia, ſi eſt ibi non interdicta, ſecundum Ioan. Andr. in Nouella. d. c. alma.

XIII.regu.Interdicto populo uel uniuerſita te,& non loco,nec eccleſia : poterunt clerici ia nuis apertis & pulſatis cãpanis ſingulis diebus alta uoce celebrare,interdictis tñ & excommu nicatis expulſis,cum hoc non ſit prohibitum. ſed interdicto loco nõ poteſt ibi celebrari,niſi modo ſupra expreſſo. ergo illa , quæ ibi dicta ſunt, intelligenda ſunt de locali interdicto, quando locus eſt generaliter interdictus.

XIIII.regula.Exiſtens culpabilis,ut puta cõ ſiliarius , uel procurator,uel capitaneus , cuius conſilio,uel auxilio latũ eſt interdictũ , licet ab eo cautio recipiatur de ſatisfactione,& ei pœni tentia iniungatur : non tamen propter hoc re laxabitur interdictum,niſi principalis ſatisfece rit : quo ſatisfaciente tolletur interdictum: per glo.d.c.alma ſuper uerbo,relaxatio.

XV. regu. Et ſi in periculo mortis aliquis interdictus accipiat pœnitentiã tpe interdicti. & iuret ſtare mãdatis eccleſiæ: non tamen ad mittitur ad eccleſiaſticã ſepulturam : cum hoc ſit contrarium iuri.de pœniten.& remiſ. quod in te.ſecundum Ioan.de Deo.

XVI.regula : Tpe interdicti non debẽt au dire confeſſionẽ illi,quorũ culpa uel dolo latũ eſt interdictũ,uel qui pbuerunt cõſiliũ,auxiliũ, uel

uel fauorē : niſi prius ſatisfecerint, uel de ſatisfa ciēdo dederint idoneā cautionē : uel ſi hóc nō poſſunt, ſaltē iurabūt ꝙ cū poterunt ſatisfaciēt, & ad ſatisfactionē faciendā præter illos, qui te nent, dabunt conſiliū, auxiliū, uel fauorē, & laborabunt pro poſſe : non tamen erit relaxatio interdicti : ut dicto capitul. alma.

XVII. regula : Tempore interdicti non debent decedētes tam clerici ꝙ laici extrema unctione iniungi. de pœn. & remiſſ. quod in te.

XVIII. regu. Tpe interdicti poſſunt matrimonia per interdictos contrahi, tñ ſine ſolēnitate : quia etiā ab excōicatis contracta tenent: ut de eo, qui duxit in matrimonium. ſignificaſti. Ita notat Ioan. Andr. in d. c. alma. in glo. ſuper uerbo, ſacramenta. Ioannes tamen de Lignano dicit, quòd in feſto aſſumptionis Mariæ poteſt matrimonium ſolenniter benedici.

XIX. regula. Licet ſecundū quoſdam tpe interdicti poterit una cāpana pulſari pro conuocādis canonicis ad horas canonicas, ut dicit dñs Aluarus : melius tñ & ſecurius eſt, ſi non pulſetur : ne populus relaxationē credēs interdicti, conueniat ad diuina, ut dicit Ioan. Calda.

Viceſima regula. Tpe interdicti poteſt cāpana pulſari, pro dicēda oōne ꝓ pace, ſcilicet aue

Maria,ſiue de mane,ſiue de ſero,ſcđm Io.Cald.
XXI.regu. Tpe interdicti clerici poſſunt ad ulteriores ordines ꝓmoueri ſed nō ſpāliter īter dicti. Laici uero īterdicti nō poſſunt ꝓmoueri.
XXII.regula. Tpe interdicti licet laici ſepe liri non poſſunt in cœmeterio, etiā qui non de derunt cauſam interdicto, poſſunt tn̄ clerici ſe peliri,ſed ſine pulſu cāpanarū : et ſine oī ſolen nitate.de pœni.et remiſſ. quod in te. Poteſt tn̄ ſubmiſſa uoce ꝓ clericis decedētibus dici Re quiem: & uigiliæ,et orari ianuis clauſis,prout notauit Bartholomæus de Piſ. in ſumma ſua de interdicto.§.3.Idem dicēdū eſt de laicis,qui non dederūt cauſam interdicto, uel ſi dederūt, ſufficiēter emēdauerunt,& pœnituerunt.Nam ꝓ talibus poteſt orari ſecreto, & eorū mortua ria ſunt recipienda,licet non ſepeliant̄ in cœme terio,quia tales ſunt in ſtatu ſaluandorū,ſecun dū dn̄m Aluarū Dicit tn̄ Ioā.Andr.in cle.2.de ſepult.quod hoc intelligendum eſt de mortua riis,quę ipſe moriens reliquit loco interdicto, uel etiā de illis,q̄ poſtea data ſunt,cū fuerint ſe pulti in cœmeterio poſt relaxatum interdictū. De funeralibus uero q̄ dātur cum funere ſepul to defuncto tempore interdicti,non putat cle ricos licite recipere poſſe,quia uidentur partici
pare

pare delicto.Itē dicit Stephanus. & addit Ioan. And.in Nouella,in fi.glo.magnæ.quod ſi recipiuntur.non tenentur ſoluere quartā..ut in cle. dudum de ſepul.ibidē. Pro quo allegat Oldradum inducentem legem.ff.pro ſocio. cum dudum. ubi ſocius omniū bonorū nō cogitur cōferre ea.quæ ex cauſis prohibitis acquiſiuit.

XXIII.regu.Sepulti extra cœmeterium, in quibus apparuerūt ſigna cōtritiōis tpe interdicti,relaxato īterdicto ſepeliunt in cœmiteriis. Si āt fuerint ſepulti in cœmeterio, nō ſunt relaxato interdicto extumulādi,ſcđm do.Aluarū.

XXIIII. regul. Qn̄ terra aliqua ſingulariter eſt interdicta in pœnā, & ſi ex eis multi nō deliquerīt,uel forſitā uniuerſitas,uel magna pars, uel forte deliquit dn̄s, & in hoc tunc puniūtur parochiani, nō poſſunt in aliena eccleſia etiam nō interdicta alibi eligere ſepulturā, niſi forte etiā ex priuilegio: ut de priuileg.ut priuilegia. Si uero eſt interdicta propter delictū clericorū tm̄.uel propter hoc quod uiolata fuerit,tūc parochiani poſſunt in alia non interdicta eligere ſepulturam,& audire diuina.Hæc Inno.

XXV.reg.Si alicui perſonę conceſſum eſt, ut tpe interdicti poſſit celebrare, aut audire diuina uoce ſubmiſſa,tunc eius familiares ad audiendū

diendũ cũ illo celebrandum ſibi admittunť in abſentia tñ dñi tales familiares hoc facere non poſſunt, ſecundũ Ioã. Andr. in Nouella. de priuileg. licet. lib. 6. Nõ ſic autẽ de familiaribus alicuius collegij: quia niſi priuilegiati fuerint, nõ admittuntur. Tali enim conceſſione gaudere non poteſt: qui dedit cauſam interdicto, uel cuius conſilio, culpa fraude, dolo latũ eſt interdictũ, ut de priuilegio, licet. lib. 6. Familiares autẽ intellige non ſolũ perpetuos, ſed etiã mercenarios, ſecundũ Archi. Illi etiã: qui ſucceſſerũt alijs, qui non fuerunt tempore dati priuilegij, ſed etiam ex cauſa neceſſaria ſunt aſſumpti, cenſenť familiares, ſecundũ Aegidiũ de Cremona: ſed non illi, qui uoluntate nuda ſunt aſſumpti.

XXVI. regu. Tẽpore interdicti poſſuut epiſcopi, quocunq; ierint, coram ſe facere celebrare diuina, ſed tamẽ ſubmiſſa uoce, & oſtio clauſo, ut de priuilegiis. lib. 6. in ultima glo. nec poſſunt p alios diœceſanos in eorũ diœceſi prohiberi ſecundum Ioan. And. in nouel. ibidem.

XXVII. regu. Religioſi exempti in capellanis ſuis, quas habent in locis non exemptis, tẽpore interdicti nõ poſſunt facere nec per ſe celebrare diuina, ut de priuil. authoritate. lib. 6. Hodie autem religioſi uiolãtes interdictũ poſt

tum

tum per ſedem apoſtolicam,uel ordinarium loci,uel generalem ceſſationem diuinorum factã per prouinciale concilium ſunt excõicati ipſo facto,nõ obſtãtibus priuilegijs & exemptionibus quibuſcunque per cle.1.de ſenten.excom.

XXVIII.regu. Tẽpore interdicti non licet ſecularibus extra eccleſiã auſcultare ſeu audire diuina,q̃ fiunt in eccleſia: nec licet feneſtras uel foramina facere ad uidendum in figura hmõi diuina & corpus Chriſti, ut colligitur de pœnis et re.quod in re.de ſentẽ.excom.c.1.in cle.

XXIX.regu. Clericus nõ ſolũ celebrãs ſed etiã agẽs aliquid in ſuo officio publicè tpe ĩterdicti,uiolat interdictũ.Vñ non ſolũ cãtãs miſſam ut ſacerdos,ſed etiã afferẽs calicẽ ut diaconus,uiolat interdictũ.Similiter celebrãdo principaliter ueſperas uel matutinũ.11.q.3.ſi quis ẽps.Idẽ Gulielmus in Specu.tit.2.§.iuxta propoſitionis.uerſi.quid ſi.Si quis tñ intereſt diuinis,etiã cãtãs cũ aliis,nũ tñ agẽs in ſuo officio: non credit Hoſt. talẽ irregularitatẽ incurrere, uel ſuſpenſionẽ,niſi faceret ex contẽptu.Clericus tñ in minoribus agens in ſuo officio, irregularis eſt,ſecundum ipſum. de priuilegio tanta.& cap.finali.per Inno.

Triceſima regula: Tẽpore interdicti poteſt mẽſa

menſa benedici. ſimiliter aqua cũ ſale ſub ſilentio, non tñ ſacerdos populum debet aſpergere publicè : ſi tñ aſpergat, nõ eſt irregularis; quia aſperſio non alicui ordini annexa, non obſtante dicto Inno. & Guliel. in Speculo, qui loquũtur ſecundũ antiqua tpa. Hodie autem ex quo permittitur miſſa ſub ſilentio, quod maius eſt, ergo & benedictio aquæ, quod minus eſt.

XXXI. regula. Tempore interdicti clerici bini & bini expreſſa uoce horas dicẽtes ambulando uel ſedendo in eccleſia, iuxta eccleſiã, uel alibi ubi ab aſtãtibus laicis audiunt, creduntur uiolare interdictum, ſecũdum Ioan. Caldarinũ. Ex quo ſequitur quòd tunc clericus uolens dicere horas debet a ſe remouere familiam laicalem, poteſt tamen cum alio clerico dicere horas in ſecreto, ubi a nemine audirentur.

XXXII. regu. Tpe interdicti poſſunt tam clerici ꝙ laici publicè orare priuatas orationes in eccleſia, niſi ipſis ſpecialiter eſſet prohibitus ingreſſus eccleſiæ, ſecundum Monaldum. Melius tñ faciunt clerici abſtinentes ab oratione cõi cum laicis propter ſuſpicionem. Illi tñ qui ſunt propter culpam interdicti uel excommunicati, non poſſunt in eccleſia orare, immo nec eccleſiam intrare: ſecundum Archid. 11. q. 3. ſi quis.

quis.Si tñ excõicatus eſt ĩ eccleſia,ſed nõ orat, non uidet Inno.quare non poſſum eo præſente orare,cum non cõico ſibi in oratione. Ita recitat Archi.11.q.3. ſicut ꝙ ego ſum ĩ eadẽ domo pro meo negotio, & ille pro ſuo, non ſibi cõico: Sed in eodem negotio, ut puta ambo imus ad regem ad petendum pro aliquo, tunc dicor communicare. Dicit inſuper ibidem ꝙ poſſum cum excommunicato in eadem camera comedere, ſed non in eadem menſa, ſimiliter dormire,ſed non in eodem lecto.

Triceſima tertia regula. Licet tempore interdicti laici pulſantes funeri, uel pro alia cauſa,nõ fiunt irregulares, nõ tñ habeãt orationẽ, tñ ex quo uiolãt per hoc interdictum,grauiter ſunt puniendi, ſecundum Innocen. & Hoſtien. Clericus tñ pulſans tpe diuinorum, irregularis eſt.Secus ſi ibi nõ celebrantur de facto diuina.

Triceſimaquarta regula Tpe interdicti poſſunt prælati excõicare & abſoluere, cum hoc ſit iuriſdictionis, ſed non cum ſolennitate, id eſt,ſine ſtola,Pſalmis,& orationibus, nec poſſunt excõmunicatum in eccleſiã introducere, quia hoc eſt ordinis unde hoc faciẽs eſt irregularis,ſecundum Inno.& Hoſtien.& Guliel.nec etiam poſſunt mulieres poſt partum introdu-

cere in eccleſiā ſecūdum Bernar. quod intellige cum Pſalmis & orationibus, poſſunt tamen introducere tantum præmiſſa confesſione nihil dicendo, nec ſtola utendo.

Tricesſimaquinta regula. Tpe interdicti ſpecialis qñ eccleſia eſt ſpecialiter interdicta, poteſt in ea baptizari & chriſmari, honeſtius tñ hoc fiet extra, propter ſuſpicionem chriſmatis.

Triceſimaſexta regula. Sacerdos celebrans ſubmiſſa uoce & ianuis clauſis tpe interdicti poteſt habere ſecum unum ſcholarē ad hoc deputatū adminiſtrādum ſibi, ſecūdū Innocentiū de ſententījs excōicationis nuper. de quo etiā per Archidia. undecima quęſt. tertia ſicut Apoſtoli. Caueat tñ ſacerdos ne uocet aliquos literatos laicos de ſua parochia adminiſtrādū, hodie iſtū cras illū, &c. quia hoc eſſet in fraudē interdicti. Vñ ſolū magiſtrū ſcholæ, uel cāpanatorē, qui ſibi cōſueuit miniſtrare, pro tunc tm̄ habeat, & hoc ſiue ſit clericus, ſiue miniſter, & ipſo recedēte poteſt aliū ſubſtituere, dum tñ ſit de loco nō interdicto, ſecundū Ioānē Calde. Si tñ laicus miniſtrat ſacerdoti, qui non fuit ante hoc ſuus miniſter, licet nō ſit irregularis, tamē grauiter peccat: poteſtatē tñ ſine diſpēſatione promoueri, pœnitentia peracta. Vbi tamē ſunt

plures

plures ſacerdotes,melius fieret,ſi unus alteri mi niſtraret excluſis clericis uel campanatoribus; ſi commodè fieri poteſt. Iſta eſt intentio Ioan. Calde.in ſuo tractatu de interdict.

Triceſimaſeptima regula. Tempore interdicti nō poteſt ſacerdos officium pro baptiſmo in Sabbatho Sancto facere cum ſolennitate. Chriſma tñ in die cœnę pōt confici. Nec etiam fiat benedictio candelarum in Purificatione, aut etiam palmarum in dñica,ſecundum Ioan. Calda.nec conſecratio eccleſiarum,altarium,et calicum,nec etiam uiaticorum.

Triceſimaoctaua regula. Licet tempore interdicti poteſt dari uiaticum. i.corpus Xpi ſanis damnatis ad mortem , non tñ intrantibus mare,uel pugnantibus in bello, aut obſeſſis in ciuitate,nec etiā prægnantibus mulieribus partui uicinis,cum ſecundum Ioan. Calda.& Ioannem And.non poſſint in hoc caſu dici decedētes,quibus ſolū hoc permittitur à iure.Si tamē prægnanti mulieri imminet graue periculum, ut quia per fœtū in utero fatigata laborat graui infirmitate,de qua uerisſimiliter timetur, poteſt procurari ſacramento,dum tamen in fraudem hoc nō fiat. Hoc uidetur uelle Ioānes Calda,dum dicit,niſi periculum immineat.

Triceſimanona regula: Tempore interdicti poteſt uerbum Dei omnibus indifferenter tã interdictis, quam non interdictis, quàm etiam excommunicatis prædicari, de ſenten. excom. reſpondeo. Indulgentiæ autem quæ dantur oĩbus audientibus prædicationem, excõicatis, & interdictis ꝑꝑ quorum culpam latum eſt interdictum, non ſunt dandæ: cum earũ capaces non ſint, donec abſoluant̃, ſecundum dñm Aluarum, & ut etiam per hoc compungantur. Et poteſt etiã dari exhortatio, ſed tempore exhortationis debent exire interdicti & excommunicati culpabiles, qui non ſunt capaces confeſſionis generalis, q̃ ibi fit, & etiã cũ exhortatio fit, nõ debẽt cũ excõicatis orare, põt etiã pulſari campana pro hortando ſeu uocando populo ad ſermonem. tutius tamen eſt dimittere pulſum, & dicere populo certam horam, puta primam uel tertiam, qua conueniant.

Quadrageſima regula: Tempore interdicti poteſt corpus Xp̃i portari ad infirmum per ſacerdotem cum campana & lumine præcedentibus. Poteſt etiam dari in præſentia aſtantiũ, ut dicit Ioan. Calda. Indulgentiæ tamen, quæ conceſſæ ſunt ſequẽtibus & comitantibus corpus Xp̃i, non ſunt dandæ excommunicatis & inter-

interdictis culpabilibus,ſed aljs omnibus,qui non dederũt cauſam interdicto,ſecundum Aluarum & Ioannem Calda.quæſtio.27.

XLI.regula:Licet tempore interdicti, clerici nõ ſepeliant aliquem propriis manibus,tamen ſi permittant ſolum intercedere, & ſepelire in cœmeterio, incurrunt pœnam cle. eos qui. de ſepul.licet excõmunicationem ipſo facto.Et ſi ſunt exempti,etiã adhuc eſt ſuſpẽſus ab ingreſſu eccleſiæ,ut de priui.epiſcoporum.lib.6.

XLII. regula : Interdicto loco quandiu quis ibi morabitur, ipſo recedente relaxabitur, & non eſt neceſſaria alia relaxatio, ut de uſuris, cap.1.in gl.quandiu lib.6.

XLIII.regula:Interdicta terra alicuius dñi,intelligitur de terra,q̃ eſt ſua quo ad dñium iuriſdictionis,& quã tenet in feudum uel emphyteuſim,& ꝗ habet noĩe dotis uxoris ſuæ,& illa,quã habet in uſumfructum. Sed pignorata nõ intelligit,ſi dicitur,interdico terrã tuam.Secus ſi dicit,terrã iſtam,quam tenes in pignore, ut ſi haberet terras in diuerſis prouinciis pro parte & pro in diuiſo, omnes illæ partes ſubiacent interdicto,& ſi terram iſtam uendidit uel perdidit,nõ propter hoc tollitur interdictum. ſed ſi nouam acquirit, illa non intelligitur in-

terdicta. Hæc Ioan. Caldarinus quæſtio.28.

XLIIII. regula: Si clericus tempore interdicti intereſt diuinis ex quadã ſimplicitate, non eſt irregularis, ſed ſi faciat cõtemnendo uel præſtãdo authoritatẽ, uel faciendo corã ſe celebrare, eſt irregularis, ſecundum Ioan. Cald. q.29.

XLV. regu. Interdicto collegio ſeu uniuerſitate, poſtea factus aliquis de uniuerſitate interdictus cenſet̃, ſecundum Ioan. Calda. quæ.19.

XLVI. regula. Clericus non ſeruans interdictum, ut puta celebrãs in loco interdicto ſcienter, ubicunque irregularis efficit̃, & eſt ſuſpenſus, de cleri. excõ. miniſtrãte, poſtulãte. §. ult. de ſent. excõ. is qui lib.6. Et hoc teneas ſecun. Arch. 11. q.3. ſi quis etiã ſi nulla ſnĩa ſuper hoc ſit lata, ut de cleri. excõ. mini. Apoſtolicæ, & de poſtul. præla. c.2. Qui. n. celebrat in loco interdicto nõ à canone, ſed à latore, intelligitur eſſe ſuſpenſus. Vnde cũ ſit irregularis, nõ põt diſpenſari cum eo, ut dicit ibidẽ Arch. Talis ẽt nõ põt eligere nec eligi, ut de cõſuetudine, cũ dilectus §. quia nobis, & in. d. c. is qui. Nec poſtulare, de poſtu. c.1. Nec beneficia cõfer. de conceſſ. præb. quia diuerſitatem & de exceſſ. præl. quia tanta. imo remouendus eſt à ſuo beneficio, de cleri. excõ. miniſtr. poſtulaſti. §. ultim.

XLVII.

XLVII.regula, Celebrans ſciēter in aliqua ec
cleſia, q̄ nō propriè dr̄ interdicta, ſed potius uio
lata ſeu polluta ſemine aut ſanguine, non incur
rit irregularitatē. de ſent. excō. is qui. lib. 6. un-
de talis grauiter peccat, ut ibidem dicitur. Item
Guliel. i Spec. tit. 2. §. iuxta propoſitionis. uer.
illud quoq;. & Ber. de priuil. tuarum in gl. Idē
dicit Guliel. Si epiſcopus pp̄ patronorum di-
ſcordiam clauſerit eccleſiam, celebrans in ea nō
fit irregularis. Secus ſi dicitur, interdico talem
eccleſiam, quia tunc fit irregularis.

XLVIII.regula, Celebrans in eccleſia non
interdicta pn̄tibus, perſonis interdictis uel ex
cōicatis, licet grauiter peccat celebrando corā
eis, non tn̄ fit irregularis, quia hoc non habetū
in iure. Sed tn̄ talis ſecundum Archi. quæſt. 3.
ſicut Apoſtoli. cenſeri debet ſicut ille qui cōi-
cat excōicato in orone, qui tm̄ minori excōi-
catione eſt excōicatus, & de iſto conſtat, quia
non eſt irregularis, ut de clerico excōicato mi
niſtrāte. cap. ſi celebret. Nā hæc interpretatio
ſiue extenſio de irregularitate, non eſt facta uſ-
que ad excōicatos ſiue celebrātes corā excōica
tis, imo econtra ſtatutū eſt q̄ non ſunt irregula
res. Et cū iſta irregularitas non ſit niſi per cōſti
tutionem eccleſiæ, & de celebrantibus coram

excommunicatis non ſit ſtatutum ꝙ ſint irregulares, non debent haberi pro irregularibus ſecundum Innoc. qui ita notauit de exceſ. prælа.c.fin. Si tamen talis ingerat ſe ſecundo officio ſuo ſicut prius, erit irregularis, ut dicit glo. 2. de ſenten. excom. is qui. lib. 6.

XLIX. regula. Si publicè excõicatus uel interdictus pp culpam, intrat eccleſiam, oẽs debent exire, ſi commodè non põt expelli. 14. qu. 1. oẽs qui. et. 11. q. 3. ſicut. in gl. ſi ergo. Sacerdos tamen propterea non dimittat miſſam inexpletam, ſi iam incepit canonẽ, quia debet communionem cum ſequentibus orationibus in ſacriſtia ſumere. Si autem occultus ſit ille, qui ſcit eum, ſolus cautè exire debet, ita tamen ꝙ crimen non prodat, facit ad hoc. 6. quæſt. 2. ſi tantum. & quòd ibi notatur in prima gl.

Quinquageſima regula: Quilibet quantumcunque exemptus celebrãs ſciẽter ſiue in loco interdicto, ſiue corã perſonis ĩterdictis ab ordinarijs, delegatis, uel à iure: ſimiliter recipiẽs ĩterdictos publice ad diuina officia ſiue ſacrã, ſiue ſepulturã, eſt interdictus ab ingreſſu eccleſiæ ultra alias pœnas in iure poſitas, ut de priuilegijs. ca. epõrum. lib. 6. Et ſi ſe ĩgerat officio ſuo ſicut prius, ſit irregularis, ut de ſen. excõ. is qui. lib.

lib 6. Et non intellige ꝙ iſti ſic delinquentes in oĩbus p̃dictis caſibus tm̃ puniant pœna ĩterdicti ab ingreſſu eccleſiæ, ſed ꝙ ultra pœnas alias iſta eis infligit, unde licet celebrans in loco interdicto (ut ſupra dictum eſt) in caſu nõ conceſſo, ſit irregularis, de ſen. excõ. is qui. lib. 6. tñ ultra illã pęnã irregularitatis prohibet ſibi ingreſſus eccleſiæ, quod nõ ſit aliis irregularibus. Similiter celebrans corã excõicato uel interdicto publicé, licet non ſit irregularis prima uice, tamen incidit in excõicationẽ minorem, ut de cler. excom. miniſtrãte. ſi celebret. Vnde poſſet pœnitentia peracta poſt hoc miniſtrare in eccleſia, ſi non eſt pœna iſtius capituli, quæ tamen obſtat eis, quia tales non poſſunt miniſtrare in eccleſia, quantumcunq; pœniteãt, cum nihilò minus eſt eis ingreſſus eccleſiæ ĩterdictus donec de trãſgreſſione huiuſmodi, ad arbitriũ cuius ſententiam contempſerunt, ſatisfaciãt cõpetenter. Licet autem iſta procedant quo ad exemptos, ut dicunt quidam, tamen quo ad illã partẽ. ſ. de admiſſione diuinorũ. Ioannes monachus, Archidiaconus, & Ioãnes And. in Nouella, dicunt non exemptos non ligari iſta pœna. Vnde ipſi uolunt quòd non exemptus admittens interdictum ad diuina officia, non in

currat hanc pœnam,ſcilicet ut non arceatur ab ingreſſu eccleſiæ,licet peccet.grauiter, ut dictũ eſt,quòd probat Io.And.in nouella dicti cap. epiſcoporum.concludens poſt multa quod ex quo non poteſt exemptis ſuffragari, ignoſcãt ſibi, ſcientes quòd oculus ipſorum nequam non erit, cum etiam habeant maiora remedia pro minore ſup abſolutionibus et diſpẽſationibus ipſis ab apoſtolica ſede conceſſa, et compromisſiones quæ facile ſuis maioribus circa talia fieri ſolent. Hæc ille.

De irregularitate.

AD habendam aliquam notitiã de irregularitate,notandæ ſunt aliquæ regulæ,prius pręmiſſa breui deſcriptione irregularitatis. Sciendum igitur eſt quòd irregularitas eſt nota.i.infamia uel impedimentum canonicum ex uitio ſeu defectu proueniens,q̃ quis ꝓhibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, et in eiſdẽ miniſtrare.Ita definit Guliel. Durandus in Spec. tit.de diſpẽſationibus.§.iuxta propoſitiõis.Dicitur autẽ canonicũ impedimentum, quia ortum hẽt à iure canonico,licet inceperit à ueteri teſtamẽto quo ad aliqua,quia dictũ eſt David, Nõ ædificabis mihi tẽplũ,quia uir ſanguinis es.1.Paralip.28.c.& in cano.49. diſt. hinc

ete-

etenim.ubi habetur ꝙ in Leuitico ẽt multi à ſa cerdotiò repellebant̃ ꝑꝑ defectus naturales,ſicut ꝑꝑ ſcabiẽ et gibboſitatẽ etc.Et dr̃ irregularitas ab in,quod eſt ſine,et regula:quaſi contra regulã eccleſiæ natus,ſiue ꝑꝑ factũ uel defectũ extra eccleſiã poſitus.Sumit̃ autem tripliciter. Primo pro defectibus, qui ſunt in homine ſine peccato puta qui eſt bigamus ; uel maritus uiduæ uel illegitimus,& huiuſmodi , ut de renuntiatione,niſi cum pridem §.perſonæ.

Secundo dicitur irregularitas perſonæ, ubi generaliter prohibetur quilibet ordinari uel celebrare in ordine iam ſuſcepto ſine dispensatione domini papæ,ne patiatur defectum &c. de quibus infra patebit.

Tertio dicuntur irregulares oẽs illi,qui non poſſunt remanere in ſusceptis ordinibus , neć ad maiores ꝓmoueri ẽt poſt actã pœnitentiã ſine dispenſatione domini papæ et aliorũ prælatorum,de quo dantur regulæ.

Prima regula,Omnis furioſus,ebrioſus, illiteratus,impudicus,percuſſor,litigiosus,neophytus,et generaliter quilibet in membris naturalibus defectuoſus,irregularis eſt ad sacros ordines suſcipiendos. Patet hoc in decret. latè incipiendo à.26.diſtinct.usque ad.xlix.per to

 tum,

tum,ubi iſta ſingulatim probantur.

Secũda regula: Accuſans uel deferẽs aliquẽ de crimine corã iudice ꝓ quo pœna capitis debẽ uel trũcatio mẽbri,irregularis eſt.5.q.6.delatori.et.6.quæ.1.in summa.de accuſa.accuſaſti.

Tertia regula: Percutiens aliquẽ ſiue in propria perſona,ſiue per alium eius mãdato, ſi ſequatur inde homicidiũ uel mẽbri mutilatio, ſi hoc facit abſq; ĩeuitabili neceſſitate,irregularis eſt.de hom.p̃sbyteri.& c.Petrus.l.diſt.miror.

Quarta regula: Percutiens abſq; mortis periculo,uel sanguinis effuſione uel truncatione, hñs ad hoc poteſtatẽ non eſt irregularis,ut de rap.in archiepiſcopatu et.23.quæ.8. sæpe.

Quinta regula: Iudex,actor, uel procurator, notarius,ſiue dictator uel ꝓmulgator ſi ĩ mẽbris ſecuta eſt mutilatio,irregularis eſt.l.diſt.ſi quis.ne cleri.uel mona.ſententiã.de homi.poſtulaſtis.l.diſt.cap.primo.Et generaliter purgationem uulgarem,quæ fit in torneamentis uel alio modo, et quicunque uindictæ sanguinis anthoritatẽ,benedictionẽ,ſeu patientiã ſui exhibẽtes,irregulares sũt,de exces.præ.ex literis.

Sexta regula: Licet clericus nõ debeat intereſſe uindictæ ſanguinis,ſi tamen ex ſola curioſitate uel leuitate interfuerit ubi latro ſuspenditur,

tur,uel ubi quis in duello occiditur, licet peccet grauiter,non tamen fit irregularis,ſi nec auxilium,nec conſilium uel authoritatem præſtiterit,ſecundum Gulielm. in Specu.titu. de diſpen.§.iuxta propoſitionis.

Septima regula:Iudex uel officialis ſeu aduocatus q̄ tractauerũt cām criminis dantes operā ut sãguis effunderet,licet nec mors nec sanguinis effuſio fuerit subsecuta, irregulares sunt. Poteſt tñ ĩ talibus p̄ ep̄um diſpẽsari, secundũ Gul.Similiter cũ illo,q̄ nõ ex officio suo, ſed ex odio dedit operã,et fecit quod potuit ut occideretur:nõ tñ occiditur, uel mutilať. indiget n.talis diſpensatione,secundum Gulielmum.

Octaua regula:Exercens artẽ chirurgiæ, ſi p̄p̄ ĩperitiã et negligentiã eius ſit mors subsecuta ab inciſione,aduſtione uel potione quam dedit infirmo,irregularis eſt,ut de homi.c.tua.§.1.Si tñ peritus exiſtens phlebotomat sanguinem,uel secat,adhibens omnem diligentiã, non eſt irregularis, etiã ſi mors fuerit subsecuta,quia potius præſumitur casu,& culpa patiẽtis eueniſſe.23.quæ.5.de occidendis.Secus ſi p̄ eius negligentiam,secundum Gul.

Nona regula:licet laicus exercens artẽ chirurgiæ,non ſit irregularis,ſi propter eius incuriam

riam multi obierunt, clericus tamen ſi ſub eius cura aliqui etiam præter eius culpam obierunt irregularis eſt, ſecundum Inno. qui hoc notauit in cap. tua. de homic ne cleri. uel mona. ſētētia.

Decima regula: Extrahens ſagittam uel telum uel gladium infixum corpori alicuius: ſi propter hoc uulneratus citius moritur, irregularis eſt. de homi. tua.

Vndecima regula: Cuſtodiens infirmum & dans ei bibere imperite, uel aliquid aliud cōtra cōſiliū medicorum faciens, ꝑꝑ quòd mors ſit ſubſecuta, irregularis ſit ꝑꝑ imperitiā & negligentiā diſſolutam. Si tamen quis facit bona fide circa ægrotū, non debet eſſe facilis ad faciendam conſcientiā ſcrupuloſam, quāuis ī aliquo ſit erratum, ſi ibi nō ſit lata culpa, cū neglıgētia diſſoluta, quæ propè dolum eſt, & huiuſmodi ſcrupulum de facili deponere debet ad conſiliū ſapientis. Si tamen tanta culpa fuerit, uel negligentia diſſoluta, & certum eſt quòd mors fuit inde ſubſecuta, irregularitas contrahitur. Si uero non ſit certū tunc diſtinguendum eſt. Aut enim dubitatur probabiliter ſecundum iudiciū medicorum, & tunc abſtinendum eſt ab officio. Si autem non dubitatur: tunc, depoſita erronea conſcientia, poterit adminiſtrare, & etiā pro-

promoueri.alias non, ſecundum Raym.l.diſt. hi qui arborem &c ſæpe. Et ſecundum quoſdam ſolus papa cum talibus diſpenſat.

Duodecima regula. Cõſulens aliquid unde ſequit̃ homicidiũ irregularis eſt, ut ſi ſuaſit iactũ balliſtæ, machinæ, uel lapidis, uel ꝙ quis iret ad capiendũ caſtrũ, ꝙ capi non poteſt ſine hominis morte, ſi inde ſequitur mors, ex illo cõſilio irregularis eſt, ſecũdũ Gul. Itẽ ſi facit uel conſuluit furtiuè uel ꝓditionaliter capi caſtrũ, ſi mors ĩde ſequit̃, irregularis eſt, qa debuit uериſimiliter p̃ſumere hoc euenire poſſe ĩ talibus .n. punit̃, q remotã cãm homicidio dedit, ſicut q ꝓpinquam, ut notat̃ de homic.c.p̃sbyteris.

Tredecima regula. Mandans aliquẽ uerberari, ſi uerberãs occidit uerberatum irregularis eſt, qui mãdauit, niſi expreſſiſſet ne occideret, de homic.ſignificaſti hodie.de homi.is q̃ mandauit.lib.6.in fin.ult.gloſ.Secus tñ de illo, qui conſulit aliquem capi:ut puta malefactorem, quia tunc non fit cõſulens irregularis, etiã ſi capiens occidit illũ, quia hoc non conſulit. argu. de homic.cap.fin.Abſit.n.ut ea, q̃ pp bonum facimus, ſi præter uoluntatem noſtram quicquam mali acciderit, nobis debeat ĩputari. 23. qu.6.de occidendis, Semper tñ ſit irregularis dans

dans directè conſiliũ in mortẽ alterius, ut ne cleri.uel mona. ſentẽtiã. Nec intereſt, ſiue is, cui datum eſt cõſilium, ſtatim fecerit homicidium uel etiam diu poſt, niſi prius conſiliũ reuocaue rit, & cõtrariũ ſuaſerit, ut de homi. Petrus. Imò ſi firmiter & probabiliter credat quod poſt re uocationẽ cõſilii non reuocetur is, cui datũ eſt cõſiliũ à propoſito occidẽdi, neceſſe eſt ut denũ tiet illi, de cuius morte tractatum eſt, ꝙ caueat ſibi. In eo autẽ qui mandauit per ſe fieri homi- cidiũ, uidet ſufficere, ſi conſiliũ mandat tantum de regu. iur. omnis res, uel ſi ſciente eo is, cui mandatum eſt, iuit ad eum occidendum, ut. 22. quæſt. 1. omne quod, uel parentelam uel ami- citiam cum eo contrahat; licet ei hoc non ſi- gnificauerit: quia qui eſt certus, certiorari non debet, de elect. in ter uniuer.

Quartadecima regula: Conſulens alicui ut occidat aliquẽ, ſi ipſe, cui conſultũ eſt occidere, occidat ab illo occidendo; ſecundum opinio- nem mitiorem non iudicatur ille conſulens ir- regularis. Ratio: quia fines conſilii excesſit, ex quo egreſſus eſt ad occidendũ, nec ſibi bene ca uit, niſi excitaret eũ ad occidendũ aliũ forte in tali caſu ubi periculũ eſſe poſſet, tunc eſſet irre- gularis, etiã ſi is, cui cõſuluit, occidat, ſecundũ

Guliel.

Gnliel. ubi ſupra, ſecundum rigorem tamen iuris hodie talis conſulens irregularis eſt, p Ioã. And. in Nouella. de homi. is, qui mãdauit. li. 6.

Quindecima regula: Si quis ſuadet alicui ꝙ pro patria, uel pro proximo ſuo, uel pro iure ſuo, uel pro iure accleſię ſuæ periculo ſe exponat, non ob hoc fit irregularis, etiã ſi ibi moriatur. 23. q. 3. pro mẽbris, & cap. ſeq. Si tñ ſciret uel crederet eum ibi moriturũ. tunc uidetur ꝙ fiat irregularis, ſecundum Gul. Si autẽ cõſulat, quod indubitatè morti ſe exponat pro honorẽ Xp̃i, uel fide, uel ſtatu eccleſiæ: non fit irregularis, etiam ſi mors inde ſequatur. 21. quæſtio. 1. ſunt quidam. 11. quæſt. 3. non ſolũ. Hæc ratione excuſantur inquiſitores hæreticæ prauitatis, ſcientes quòd ſtatim poſtquam aliquẽ pronunciauerint hæreticum eſſe, ille morti tradetur: hoc etiam alias multipliciter procurando. Ad hoc etiam accedit. 23. quæſtio. 8. legi. & quæſtio. 5. ſi audieritis. Illi tamen clerici, qui portauerunt ligna, cauſa indulgentiarum ad hæreticos comburendos, irregulares ſunt, nec cum eis diſpenſatur niſi per papam.

Sexdecima regula: Dans operã rei licitæ, ut puta ædificãdo eccleſiã uel domũ, adhibita omni diligentia, quam potuit habere, ſi occidit

aliquem caſualiter,non efficitur irregularis. Si tamen dat operam rei illicitæ, nec adhibuit omnẽ diligentiã quã debuit,fit irregularis,ut de homic.lator.& c.ex literis,& c. ſicut dignum. & cap. præsbyterũ,& c.continebatur. & c. ad audientiã.Hinc eſt ꝙ medico operanti ſecundũ regulas artis ſuæ,nõ imputar̃ ei, ſi quis ſub eo morit̃.Sed ſi negligentiã cõmiſit,cõſulitur ſibi ut non promoueatur ãd ordines,de quali.ord. ad aures.Sed quid de illo medico,qui uertit infirmũ ad aliud latus,ut citius moriatur? Reſpõdeo quod irregularis eſt tam ipſe,qui fecit quã ipſe,qui conſuluit,ſi ex hoc mors fuerit ſubſecuta,quia forte uia anhelitus p̃cluditur,uel apoſtema rumpit̃ ex uiolentia motus,uel ſuffocatur.Si autẽ non citius moritur,ex hac cã,non fit irregularis,ſed pœnitere debet de facto.

Decimaſeptima regula:Nõ ſolũ eſt irregularis quis ſi ex eius percusſione eſt mortuus aliquis ſed etiã ſi ex hac percusſione infirmitatẽ contraxit unde mortuus eſt,ut de ho. præsbyterum. & c.ad audien.& 51 .diſt.ſtudeat.

Decimaoctaua regula:Defendẽs ſe ĩ caſu euitabili , et occidẽs aliquẽ,irregularis eſt.l.diſt.ſi ꝗs uiduã.& talis ad ſupiora nõ aſcẽdat,& ĩ ſuſceptis nõ facilè diſpenſat̃,Sed ſi neceſsitas fuit

ineui-

ineuitabilis, daт̃ cõſiliũ ei ut nõ miniſtret.l.di. de his clericis.nõ tñ propter hoc deponit̃: imo in ſuo ordine adminiſtrans tollerat̃ de iure cõi abſq; diſpẽſatione, ſecundũ Laur.l.di. quia tua. Sic loquit̃ de homicid. cap.2. prout proſequit̃ ibi Hoſt. Et quidã dicunt epm poſſe in tali caſu diſpẽſare,licet hoc nõ poſsit ſecundũ Ioan.de Deo,qui dicit ſolum papã hoc poſſe.Hodie dicit̃ ſimpliciter irregularitatẽ nullũ incurrere ille,qui perſonã ſuã defendẽdo in caſu ineuitabili occidit.de homicid.ſi furioſus.in Clemen.

Decimanona regula:Infans,furioſus cõmittens homicidium,non eſt irregularis,ut in cle. furioſus. de homi. Idem eſt de dormiente: ſi aliquam occidat,qui tamen non habuit propoſitum occidendi eum.

Viceſima regula:Potens hominẽ liberare à morte & nõ faciẽs,irregularis eſt,quia qui poteſt defendere,& nõ defendit,occidit, de homicid.c.ſicut dignum.quod intellige ſecun.glo.c. 4. de ſenten.excõica.de illo,ad quẽ ex poteſtate,ex officio uel dignitate pertinet realiter defendere,et non ſimpliciter de quocunq;. Vnde dicit ibidẽ gloſſa quod ſi ego nõ habeo aliquã poteſtatẽ, & uideo quod aliquis uult uerberare clericũ ſine auxilio meo aut cõſilio: nõ cre-

do quod ſim excõicatus,ſi nõ ꝓhibeo illũ,licet alias forte peccẽ quia non defendo,cũ poſſem.

Vicesſimaprima regula: Retrahens à propo ſito liberandi hominem a morte irrregularis eſt,quia quodammodo indirectè homicidium commiſit.l.diſtinctio.ſi quis uiduam,et de pœ niten.diſtinctio.1.periculoſè.

Viceſimaſecunda regula: Percutiens aĩo oc cidendi latronẽ: ſi ex aliquorũ uulneribus la tro obiit,irregularis eſt,ut colligitur de homi cid.ſignificaſti.1.c.Idẽ etiã ſi non percuſſit, ſed aliquid operis ĩpendit in mortẽ eius,puta quia latronẽ detinuit,uel cõtra eũ clamauit. aliàs au tẽ ſi clamaſſet cõtra eum,nõ in mortẽ eius, ſed quod caperet,uel detinuit eum, uel ſe leuẽ oſtẽ dit,irregularis nõ eſt de morte eius,uel etiã fit. in neglectu aliàs ſi malitia eius perpetretur ho micidiũ,et idẽ ſi negligẽtia eius cõmittat.l.diſtĩ ctio.hi qui.Et ideo ſi clamat cõtra latronẽ, ſi- ue eum capiat, ſi alias quocunq; modo potuit intelligere: & ex clamore ſuo uel alio actu ho micidiũ ſequitur,irregularis eſt niſi forte faciat propter periculũ corporis ſui, ut ſi uidet quod aliquis eum occidere uult,tunc enim poteſt be ne inuocare & clamare pro auxilio, quia non intendit in aliorũ mortẽ,ſed in ſuã liberationẽ.

Secus

Secus ſi hoc faciat pp piculũ rerũ ſuarũ, ſi fugę præſidio euadere põt, de homicid. ſuſcepimus.

Viceſimatertia regula: Clericus ligans cum ſocio latronem, ſi poſtea timens ne occidatur a latrone, ipſe potius occidit: eſt irregularis de homicid. ubi ſupra.

Viceſimaquarta regula: Si clericus non ualens aliter recuperare res ſuas, tenet furem ne cum rebus fugiat, donec eum exhibeat iudici uel eius auxilium inuocet ad res ſuas recuperãdas, nõ eſt irregularis, licet poſtea fur à iudice puniatur: dũ intẽtio eius nõ ſit corrupta intendendo ad furis mortẽ uel mutilationẽ, &c. Idẽ dicendum eſt, ſi clericus credit uel tradit ſeculari poteſtati latronem petẽs ꝙ eum puniat citra ſanguinis effuſionẽ, uel petens rẽ ſubtractã ſibi reſtitui, ſi poteſtas in latronẽ animaduertat, id eſt puniat eum morte, non propter hoc clericus erit irregularis, ut de homi. prælatis lib. 6. nec etiã nocet illi, ſi ad cõuincendũ latronẽ tradidit interſignia. Et idem ſi ſimpliciter deponit q̃relã de iniuriãtibus ſibi & eccleſiæ ſuæ: quamuis tales uix abſq; ſanguinis effuſione ualeant coarctari. de homicid. tua nos. §. ulti. & ca. poſtulaſti. 23. q. 4. Maximianus. & q. 5. c. 5. & ca. unum. & cap. pœna. Et hæc oĩa uera ſunt, qñ

non intẽdit ad mortẽ, nec hoc in aĩo gerit, ſed proteſtatᷓ publice ꝙ citra ſanguinis effuſionem caſtigetᷓ, nõ eſt ergo irregularis curialiter agẽs cõtra furẽ, nõ criminaliter ad mortẽ uel ſanguinẽ: licet enim iudex cã probabili ſuſpendet ex officio ſuo, ut de homicid. poſtulaſti. Ex quo ulterius patet ꝙ nullus notã irregularitatis incurrit, qui per extortores ſiue exactores alicuius curiæ curauit aliquẽ capi propter delictum tale, propter quod nec mori nec mutilari poſſet, licet iudex inueniens eum alia commiſiſſe, propterea ſuſpendit eum, ſi tamen nec ille crediderit, nec cogitauit illud contingere poſſe.

Viceſimaquinta regula, Si iudex officialis inſequitur furem fugiẽtẽ, & q̃rit à me utrum uiderim illum, & ego ſciens ꝙ fur ille ad mortẽ q̃ritᷓ, inſtruo eum, ſi per meã reſpõſionẽ fur inuentus eſt & occiſus, ſum irregularis. Secus ſi nec ſciui, nec ſuſpicatus ſum ꝙ ad mortẽ uel pęnã ſanguinis q̃ritᷓ. Vnde conſulitur in caſu hoc cũ aliquis ſcit aliquẽ ad mortẽ q̃ſitũ fugere nõ poſſe, niſi per alterã de duabus uĳs, nõ debet dicere, per hanc non fugit, quia ſic proderet eum per alteram fugientem, ſed aut taceat, aut quærentem curialiter euadat, dicendo. Nunquid ego cuſtos illius ſum? uel alio modo.

Viceſima ſexta regula, Si clericus qui egit ad res ſuas recuperādas, ex poſt facto ratum habet quod ſuſpenſus latro eſt, & hoc ſibi placet ſi talis nullum cōſenſum habuit in mortem illius, nec quicquā cooperatus eſt, nō eſt irregularis, ſecundū Guliel. Et hoc ſi gaudet ꝙ maleficium eſt punitum, nō autē perſona, cum ſecundū ipſum irregularitas ex homicidio ſolo non contrahatur, niſi culpa uel uoluntas, præcedat, uel ſcādalū ſequatͬ, ut notatͬ. 50. diſtin. hi qui. & de homicid. ex literis. & c. ueruntamen. Hodie uero iure cautum eſt ꝙ ſi quis abſq; mandato meo manus uiolentas iniecit in clericum meo nome, ſi hoc ratum habeo excōicationis canonē incurro, & hoc propter ratihabitionē, q̄ retro trahitͬ, et mādato cōparatur. Si autem hoc meo nomine nō eſſet factū, licet ratum haberem, peccarem, ſed non incurrerem excōicationē, ut dicitͬ expreſſe in capi. cum quis. de ſentē. excō. lib. 6. Vt hoc intelligas, pono tibi caſum, aliq̄s amicus uel ſeruitor tuus ſciens aliquē clericū tibi feciſſe iniuriā uerbalē uel realē, ꝑcuſſit eū quē tu poſtea receptādo magis amicū habuiſti, uel gauiſus, es & hoc factum commendaſti uel laudaſti, tu es excōicatus propter ratihabitionē, ac ſi mādaſſes. Sed ſi unus extraneus per

cuſſit clericũ, & tu audiẽs gratum habes, et gratularis de hoc, licet nõ es excõicatus, tñ peccas, ad minus uenialiter, ſecundum Ioan. Andr. in Nouella ſuprà dicti cap. cum quis. lib. 6.

Viceſimaſeptima regula, Si quis mandat capi unum clericum de tribus ſimul incedẽtibus, & alios duos nõ grauari: ſed mãdatarius excedit fines mãdati, alios duos capiẽdo, iſte mandans nõ erit excõicatus, ſecundum Io. de Deo. lib. 3. ſuorum quæſtionum. q. 14. Et ratio eſt, quia captio cõtra uoluntatem eius eſt facta. Petrus tñ de Sãprana aliàs Sãſona, puta ꝙ de dãno tenetᷣ quod illi paſſi ſunt. de iniurĳs. cap. ſi. 23. q. 8. propterea. Ex hoc infertur per ſimile de irregularitate, ꝙ irregularitas ratione homicidĳ non contrahitur ſola uoluntate, niſi homo actu occidatur. de homicid. ſicut dignum. §. 1. ubi de hoc in glo. ex corde. 15. q. 1. ſi quis non iratus. Sed nec fit quis irregularis propter ſolum homicidium, niſi culpa uel uoluntas præcedat, uel alias ſequatur ſcãdalum, ut notatur. l. diſt. hi qui prioris. de homi. ex literis. de clerico. ægrot. tua. Ex hoc dicto ſoluitur q̃ſtio, qua q̃ritᷣ an clericus, qui uolebat interficere hominem, ſed non potuit, quia inuenit eum iã mortuũ, ſed uolẽs nihilò minus ſatisfacere iræ ſuæ,

amputauit caput mortui, ſit irregularis? Dicendum ꝙ licet uoluntas occidendi fuit, tñ nõ eſt irregularis ſecũdum Archi. 15.q.1.ſi quis. Ratio, quia ad hoc ꝙ homicidiũ cõmittat, requiritur ꝙ homo aĩatus occidat. de homicid. ſicut dignũ. 32. q̃ſt. 2 Moyſes. ubi abortus fœtus inanimati non imputatur ad homicidiũ: ſicut etiã notant Aluarus, Inno. Ber. de homi. ſi aliquis.

Viceſimaoctaua regula. Si quis in rixa mortuus eſt, neſcitur tñ quis illũ interfecit, licet ſecundũ quoſdã, ſcilicet Ioã. oẽs irregulares ſunt quo ad promotionẽ ad ordines propter incertitudinẽ, ut. 23. q̃ſt. ult. cap. ſi. tñ probabilius eſt ꝙ in tali caſu quilibet ſuæ cõſcientiæ eſt relinquendus, ſecundum Guliel. in Speculo, & Hoſtien. in Summa. de homi. §. qua pœna.

Viceſimanona regula: Si amici mei occidũt aliquẽ mihi iniuriantẽ me inuito, & cõtra meã prohibitionẽ, mihi nõ nocet, ut de homicid. Petrus. 3. q. 3. quia ꝓſulatus. Idẽ eſt ſi me ignorãte de ſimonia. nobis & ca. de regularibus. Sed ſi turbata cõſcientia ſit, puta quia nõ expreſſe cõſenſi nec cõtradixi, imputabit, argumen. de ſimonia. Matthæus. Imo etiã dicunt quidã ꝙ ſi ſciens cõtractum de morte habitu nõ reuelaui: nõ ſum irregularis, quia homicidiũ non cõmiſi

facto, mādato, conſilio, uel defenſione. l. diſtinctio, ſi quis uiduā. Et de homi. Petrus. Alij dicunt contra, ſi credidi quòd non obſtante mea prohibitione uel intuitu interficeretur. & hoc eſt tenendum. Nam in tali caſu tenebar reuelare illi, contra quem contrāctum eſt.

Triceſima regula, Si aliquis uadit ad interficiendū aliquē, & tu ei ſciēter cōſentias, nō tñ eū incitas ad homicidium perpetrādum, nec cum eo ſuper hoc aliqua uerba habuiſti, uel ſi habuiſti ſp ex aīo hoc ei diſſuaſiſti, ſed cum nollet tibi acquieſcere, timens de ipſo, eum aſſocias eo propoſitō, ut ſi forte eum quis inquireret, defendas, & tunc homicidium perpetrat, uere irregularis es, ſecundum Hoſt. ad quod faciat de homicid. ſicut dignum. §. illi qui.

Triceſimaprima regula, Clericus miniſtrās arma pugnātibus; ſi aliquis interficitur, irregularis eſt, arg. 23. q. 1. niſi bella. c. fi. Noīe autē armorum intelliguntur ſuſtes, lapides, ligna, &c.

Triceſimaſecunda regula, Iudex eccleſiaſticus poteſt hortari brachium ſeculare cōtra uiolentos et hęreticos uel paganos; non ut occidat uel mutilet, ſed ut de terris fidelium expellātur, nec etiā eſt irregularis, ſi aliqui hinc inde ſunt occiſi. 23. q. 5. de occidēdis. &. 23. q. 3. Maximia

ximianus.imo ſecũdum Inn. de homi. petitio. licet aliquis in bello iuſto aliquos periuſſerit,ſi tñ inde nullus eſt mortuus. non fit ex hoc irregularis.Idẽ ſi quis accedit ad bellum iuſtum cã pacificãdi,uel ex alia iuſta cauſa licet ex eius p̃ſentia aliquod robur accreſcit ſuis,uel timor incutiat̃ aduerſariis, nõ eſt ſibi ĩputãdũ,dũmõ dolus et ẽt lata negligẽtia abſit oĩno, ſecũdũ Gul.

Triceſimatertia regula. Clericus, ꝙ intereſt iuſto uel iniuſto bello ĩ armis, uel ſine armis,ſi aliqui ſunt hinc inde ĩterſecti,irregularis eſt,licet ipſe non occidat.51.diſt.ſi quis.13.q.3.porrò.23.q.ult.quicunque.1.q.1.ca.fin.

Triceſimaquarta regula,Clericus defendens ſe uel ſuos,licet tũc ex defendẽtibus aliquis ĩterfectus eſt ex aliq̃ parte,nõ eſt irregularis,ut illi qui nõ interfecerunt, nec ĩnterfectores adiuuabant: non ſunt irregulares, licet uoluntatem occidendi habuiſſent: quia lex promotionis factum requirit.15.queſt.1.ſi quis non iratus.

XXXV.regu.Clericus ĩ bello iuſto qđ nõ ad occidẽdũ,ſed ad defendendũ gerit̃,miniſtrãs ſagittã balliſtario ſuo ad ſui defenſionem:ſi ille balliſtarius quẽ ĩterfecerit,ſed ille clericus nõ ĩtendebat ꝙ ille aliquẽ interficeret, ſed ꝙ illos detinuiſſet, & ſua defendiſſet aut recuperaſſet,

nõ eſt irregularis,ſecundũ Gul.Idẽ dicit de illo, qui in bello iuſto præpoſitus fuit exercitui, & ſumptus facit,& cuncta diſponit,ſi forte eũ cõtingat lãceas uel ſagittas emere & miniſtrare, & ad exercitum, uel ad cuſtodiam caſtri mittere,uel ſi hortatur ad currendum poſt hoſtes,ut eis præda hominum uel animalium auferatur, & tunc forte aliquis interficeretur, dummodo ſolũ intẽdit ad recuperationẽ prædæ,nõ ad uindictam,talis enim cauſa remota non nocet.

XXXVI regu. Qui mulieri facit ne concipere uel generare uel poſt cõceptũ parere poſſit,et qui pgnãtẽ mulierem percutit,ita ꝙ facit abortiuũ:ſi fœtus iã fuit uiuificatus irregularis eſt.Sed ſi nõdũ fuit uiuificatus, ſolũ mortaliter peccat.de homic.ſi aliquis.2.q.5. cõſuluit. Vel ſi ꝓbabiliter dubitat,uel credit an ſit mortuus uel uiuus fœtus ex illa percusſione, uel utrum cõceptus fuit aĩatus uel nõ,in tali dubio debet à promotione & à miniſterio abſtinere,nec periculo ſe cõmittere. Si uero leuẽ uel temerariã hẽt opinionẽ,deponat eã ſi poteſt,et ſic poterit promoueri,et adminiſtrare,alias nõ.arg.de ſen ten.excom.inquiſitio.et de ſimo.per tuas.2.

XXXVII.regu. Licet clericus aliquẽ occidẽs pro defenſione rerũ ſuarũ irregularis eſt.de homic.

homic.ſuſcepimus.(ubi dicit, poſt tunicã relin quendũ eſt palliũ: & melius eſt rerũ iacturam pati,ꝙ pro ſeruãdis uilibus rebus ac trãſitoriis acriter in alios exardeſcere) clericus tñ perſonã propriã defendẽdo,neceſſitate ineuitabili re pellens uim ui,cũ moderamine inculpatæ tutelæ percutiẽs aliquẽ,ſi inde mors ſequit̃,nõ imputat̃ ei,ut notat̃ de homicidi.ſignificaſti.2.&.3.&.c.interfeciſti.Vñ dicit Archid.23.q.3.c.1. ꝙ clericus etiã interficere poteſt,ut non interficiat.arg.de furt.ca.3.dũ tñ hoc faciat pro perſona propria. hodie expreſſe in cle.ſi furioſus.de homi. Et dico perſonã propriã.nã ſecus eſt ſecundum Ioã.Andr.in Nouella.ſuper clemen.ſi furioſus.de homi.ſi nõ ualẽs euitare mutilationẽ,licet mortẽ poſſit euitare, mutilauit uel occidit aliquẽ inuaſorẽ.Et idẽ ſi aliter nõ ualẽs ſaluare res ſuas,eũ occiderit, qui deportare uolebat. ſecus etiã ſecundũ glo.dictæ cle.ſuper uerbo,ſuo.de illo qui occidit illũ,qui occidere uolebat patrẽ,filiũ,cõiugẽ, uel perſonã cõiunctã, quem aliter iuuare nõ potuit.Quod putat Ioã. Andr.quaſi caſus ille nõ includat̃ ſub neceſſitate ineuitabili. Intelligit̃ autẽ neceſſitas ineuitabilis,ſecundũ Io.And.ibidem ſuper uer.nõ ualẽs,ut quia anguſtiatus erat, uel ſic arctatus ꝙ

fugere

ſugere nõ poterat,nec clamore iuuari. Intelligi tur autẽ cũ moderamine inculpatæ tutelæ, ſi ſi at ex incõtinenti,nõ ex interuallo, & cauſa de fenſionis,non ultionis: & ſi æqualiter ſe defen dat,ſicut infeſtat: ut ſi gladio percutitur,& ipſe gladio percutit: uel ſi ligneo baculo,& ipſe ecõ uerſo baculo ligneo,aut ferreo baculo percuti tur, & ipſe ecõuerſo ne amplius percutiatur ad mortẽ. Si autẽ ꝑcutiat paruo ligneo baculo, à quo nõ timeat mors,uel depilat, uel per ueſtẽ trahit: & ipſe repercutiens ferro occidit ſuum inuaſorẽ, irregularis eſt: quia non eſt modera mẽ inculpatæ tutelæ.debuit enim ſe moderate tueri,et nõ excesſiue ultra uiolẽtiam ſibi illatã, aut ſi percuſſus eſt ſemel,& ſic dimiſſus eſt,nec ulterius ſe credit percuti: ſi incõtinenti repercutit,& occidit: irregularis eſt. Nã non debet occidere inuaſorẽ,ex quo ab eo nõ credebat ſe occidi,unde excesſit in moderamine, quia pro una percutione nõ lethali occidit. Hęc oĩa colliguntur in gl.cap.ſignificaſti.ij.de homicidijs.

Triceſimaoctaua regula: Prælatus ſpiritua lis habẽs iuriſdictionẽ tpalẽ in ſuo dominio,ſi fur uel latro deprehenſus ĩ furto uel maleficijs adducit ad præſentiã eius & petit puniri iuxta cõdignũ ſui exceſſus,non debet ipſe perſonali

ter de-

ter de hoc cognoſcere, iudicare aut ſententiare, ſed debet hoc cōmittere ſuo procuratori dicendo iſta uerba, Fiat iuſtitia : generaliter, non deſcendendo ſpecialiter qua morte ſit moriturus. ne cleri. uel mona. cap. ulti. lib. 6. Nec per hoc etiā irregularis ſi ſequit ſanguinis pęna, uñ pōt fieri ſpecialis cōmisſio ſup tali caſu, ſed nō exp̃ſſa pœna, ſecundū Gofr. Idē tenet Nouellator in d. c. ult. lib. 6. Dicit tamen Nouellator in Nou. ibidē, ꝙ ſi epiſcopus uel prælatus mandat notario ſuo in tali caſu ſcribat cōmisſionē procuratori epī, ut ſuper his faciat iuſtitiā : talis notarius eſt irregularis. quod probat ex eo, quia talis non habet facere quicquā ex officio ſuę iuriſdictionis. quod requirit illa decretalis. Sit ergo eps cautus ut nō inijciat laqueū clerico, uñ cōmittat iſtā iuriſdictionem laico per ſeipſum īmediate, & ꝑ aliū laicū, nō autē per clericū. Et ſcias ꝙ hoc nō ſolū ueritatē habet i p̃lato habēte iuriſdictionē tpalē rationē beneficii, ſed etiā ratione patrimonij, ſecundū Nouellatorē ibidē, & quod plus eſt, dicit idē ꝙ ex quo clerici tales cās ſine metu irregularitatis poſſunt aliis delegare, ſatis uidet quod ſi laicus talem iuriſdictionē habens, ſed probabilē, cauſas ſanguinū terminat: poterit hoc nō obſtāte ordinari, quia

nõ ſit irregularis ea ratione. Caueat ergo prælatus cũ interrogatus fuerit a iudice, ne rñdeat, Malũ eſt ſi ille malefactor remãſerit ĩpunitus. nã tũc eẽt irregularis, ut de exceſ. p̃la. ex. literis.

XXXIX. re. Si iudex habens latronẽ captũ q̃rit de aliquo perito quid debeat fieri de tali, & ille rñdet talẽ eſſe morte puniendũ, uel ſimile, iudex autẽ ſecutus eius conſiliũ, latronẽ punit ad mortẽ, irregularis eſt conſulẽs, quia fuit in culpa in caſu, qui de facto nõ erat reſpõdendus, ut de exceſſibus p̃lato. ex literis. Si tñ non eſt caſus de facto, ſed iudex quærit ſimpliciter qualiter tales ſunt puniendi, & clericus reſpondet ꝙ ad mortẽ uel ad ſanguinem; ſi reſpõdens reſpõdet ſecundũ uerã iuris ſententiã ut expertus Iuriſconſultus, non eſt irregularis, & maximè ſi extra iudiciũ, ut dicit glo. in. d. c. ex literis. Si autẽ errans in iure dixit, cũ tñ aliter iura diſpõnãt, irregularis eſt, ut colligit per Gul. in Specu. tit. 2. §. iuxta propoſitionis. Si autẽ qui nõ reputatur Iuriſcõſultus, interrogatus reſpõdet non ut Iuriſconſultus, ſed ſimpliciter dicit quid de talibus ſentiat, nec præſumit ꝙ iudex eius ſequatur reſponſionem, non eſt irregularis, ex quo non reſpondet ad caſum qui ſit de facto. Nam ſi conſuleret ad caſum de facto, ir-

regu-

regularis eſſet, ſecundum Raymundum.

Quadrageſima regula: Suſpēſus ab officio, celebrādo fit irregularis: ut. 11. q. 3. ſi quis dānatus. & c. ſi ep̄s in cōcilio. Et licet illi canones loquant̄ de excōicato ſciēter. & in cōtēptū clauiū celebrāte, hodie tn̄ idē irregularis eſt in ſuſpēſione a diuinis, ut de re iudi. cū æterni. & de ſent. excom. cū medicinalis lib. 6. Et in hoc caſu ſolus papa diſpēſat, ut notauit Guliel. in Specu. tit. 2. §. nunc de ep̄orū. uerſ. eſt inquā. Suſpēſus autē a beneficio tm̄ non fit celebrādo irregularis, quia hoc nullo iure cauet̄, ſecūdū Inn. de elect. cū in cunctis. §. clerici. et ca. ſtatuimus. de cōceſ. præben. quia diuerſitatē. Minori quoque excōicatione propter participationē excōmunicati in locutione uel ſimilibus ligatus, licet celebrādo grauiter peccet, nō tn̄ efficit̄ irregularis, quia hoc nullo iure canet̄ ſecūdū Inn. imo ſi medio tp̄e poſtquā cōicat excōicato, celebrauerit, bene poteſt pœnitentia peracta ſine papæ diſpenſatione celebrare, ut de cleri. excō. miniſt. ca. ſi. 11. q. 3. ſi quis præsbyter. Inn. tn̄ & Hoſt. dicunt ꝙ tales nō propter ſuſpenſionē a iure celebrare prohibent̄, cum nō ſint ſuſpenſi a iure, nec ſuſpendendi, ſed ſolū propter peccatū, prohibent̄, cū fuerint ſuſpēſi quo ad Deū a

ſacramẽtis,& a promotione. Si enim a iure ſuſpenſi eſſent, celebrãdo fierent irregulares, per cap.cũ æterni.de re iudi.lib. 6. & de ſen.excõ. cum medicinalis.eodẽ lib.6. Ex quibus oĩbus hoc colligiẽ ſecundũ Abb. diſtinctiõibus ſuis. &.c.ſi celebret de cleri.excõ.miniſt. ꝙ celebrãs in mortali pcõ non incurrit irregularitatẽ poſt pœnitentiam & reconciliationẽ obtẽtã ſuper peccato mortali uel excõicatione minori, ex quibus celebrans poterit ſine aliqua diſpẽſatione ſuperioris celebrare. Nec obſtãt noua iura, ſcilicet.c.cũ æterni.de re iudi.&. c.cũ medicinalis.de ſen.excom.lib. 6. quæ loquunẽ de illius qui ſunt ingreſſu eccleſię priuati, et a diuinis ſuſpẽſi.quod nõ eſt ĩ iſtis: cũ iſti nec ingreſſu eccleſiæ ſint priuati, nec etiã a collatione ſacramẽtorum, ſed ſolum à perceptione ſunt ſuſpenſi.

Quadrageſima prima regula. Notorius fornicator a iure ſuſpenſus celebrans nõ fit irregularis, ſecundũ Guliel in Speculo.tit. ſecundo.§. iuxta propoſitionis. Nec obſtat quod quidam dicũt ꝙ quodlibet peccatũ notoriũ facit hominem irregularem, ut de tempo.ordi.c. quæſitũ. Hoc enim uerum eſt, ſi ibi non intelligitur irregularitas, quæ riquirit papę diſpenſationem. Vñ dicit Abbas ubi ſupra quod in illa irregularitate

laritate,quã q̃s incurrit ex notoria fornicatiõe, ſi in tali celebrat,põt eṕs diſpenſare poſt pœni tentiã,per capitulũ,ac ſi.de litis cõteſtatione,& ita hodie ſeruatur.Et quãuis quidã nimis rigi-di,ut Hoſtiẽ.& Innoc.dicãt cõtrariũ : tamẽ nõ ſunt audiẽdi,q̃a q́ nimis emungit,elicit ſangui-nẽ.3.diſt.denicp.Nec aduertas rõnem illã, quã dicũt.Oĩs ſuſpenſus ab officio p canonem,cele brãdo fit irregularis,ut dr̃ in c.cũ clerici. de re iu.&.c.cũ medicinalis,de ſent.exc.lib.6.ſed ta-lis eſt fornicator notorius,ut patet ĩ.c.q̃ſitũ,de cohabit.cleri.& mu.&.33.diſt.Propter hoc er go efficiť irregularis celebrãdo . Ad hoc rñde audacter ſecundũ Frãciſ.de Zab.in c.ũa.&.c. q̃ſitũ.de coha.cleri. ꝙ ſuſpenſus à canone cele-brãs,tunc ſolũ incurrit irregularitatẽ.qñ p mo dum ſnĩæ ſit à canone ſuſpenſus,ut in.d.c.cum æterni.lib.6.Sic aũt non eſt in fornicatore no-torio & ſimoniaco,quia non p modũ ſentẽtiæ ſed enuntiatiuè dr̃ à canone ꝙ ſint ſuſpenſi , ut patet in.c.q̃ſitũ.de cohab.cleri. ergo celebrãdo non fiunt irregulares,de ſent.excõ.lib.6. Tene ergo ſecundũ Frãc.ꝙ ſi in canone pœnã impo nẽte dr̃ ꝙ talis ſit ſuſpẽſus ab officio, uel dicit, ſuſpẽdimus talẽ ab officio,ſi hoc fecerit,tunc ta liter ſuſpenſus celebrans fit irregularis,ut in.d.

ff c.cũ

c. cũ æterni. Sed ſi dr̃ à canone pœnã approbãte uel enuntiãte ſeu recitãte aliquẽ eſſe ſuſpẽſũ ſicut dr̃ de fornicatore notorio in c. q̃ſitũ. ubi tñ recitat notorium fornicatorem eſſe ſuſpenſum, talis celebrãdo non fit irregularis.

Pro iſto dicto eſt famoſiſſimus ille doctor Guido de Bayſio, Archid. nuncupatus. 32. diſt. ad hæc uero, ubi ipſe notat in fine gl. q̃ incipit, iſtud intelligit ꝙ notorius fornicator non eſt principaliter ſuſpẽſus à canone ſed à Deo. qḋ patet ex eo quia quã cito pœnitet, licitè celebrat, de coha. clerico. c. ult. licet ĩ odium criminis ꝑ canones aliquid ſit additũ, quo ad uitationẽ eorũ, ut. ſ. non audiant ab eis diuina, ut in. c. ueſtra, & in. c. tua. de coha. clerico. 33. diſt. nulla &c. ꝑter hæc & hoc ſecundum Innoc. licet Hoſtiẽ. notauerit cõtrariũ in Specul. tit. 2 §. iuxta ꝓpoſitionis, &. §. nũc de ep̃orũ. uer. 26. & hãc uiã tanquã mitiorem puto complectendam.

XLII. regula: Suſpenſus à canone non ꝑꝑ crimen, ſed ꝑꝑ aliquẽ defectum, ut puta illegitimè nati, & corpore uitiati, non incurrunt nouam irregularitatem. ſi ante obtentã diſpenſationem celebrẽt, ſecundũ Gul. in Spec. tit. 2. §. iuxta propoſitionis, uerſi. porro. & idem notatur per Archid. 56. diſtinctione apoſtolica. in princi-

principio. Et hoc ſeruat curia, quia quando diſpenſat cum talibus, ſimpliciter diſpenſat, ſuper defectu, nulla facta mentione de irregularitate, quia nullam incurrunt. 56. diſtinct. apoſtolica. & capit Cenomanenſem, de filijs præsbyterorum ueniens. Ideo dicit intelligendum eſſe Speculatorẽ de illis, qui pp infamiam ſuſpenſi ſunt à canone, ſicut ſunt illi, quorum crimina ſunt notoria, & qui etiã poſt peractam pœnitentiã celebrare propter ſcandalum, et infamiam prohibentur, ut in. c. fi. de cohabi. cleri. & mu. & de homi. ex. literis, c. fi. & tñ ante diſpenſationem celebrãdo, nouam irregularitatem non incurrunt, quia hoc non inuenitur iure cautum, ſecundum Gulielm. in Speculo, ubi ſupra, & Archid. 56 diſtin. apoſtolica.

XLIII. regula: Suſpẽſus à confesſionibus audiẽdis, celebrãs ante recõciliationẽ, nõ efficitur irregularis, ſecundum Guliel. quia hoc inuenitur iure cautum. 11. q. 3. §. euidẽter. De hac ſuſpenſione habetur. 26. q. 1. &. 5. q. 6. per totum.

XLIIII. reg. Recipiens beneficium irregulariter, impetrata abſolutione ſuper irregularitate, nõ indiget alia diſpenſatione ſuper beneficio obtẽto, ſecundũ Ray. et Gul. ĩ Spec. Caueat tñ quilibet ne in peccato mortali uel suspenſione

beneficiũ recipiat. Vnde ſecurius eſt ut talis cõ
fiteaẽ ante receptionẽ, ne collatio ſit uitioſa, ſe-
cundũ Gul. in. c. ſi celebret. de cleri. excõ. mini.
Licet hoc ſit perdurũ: eſt tñ uerum propter ra-
tionẽ ibi poſitã, quia. ſ. eligi non poteſt in pec-
cato mortali ad illa à quorũ perceptione à ſan
ctis patribus eſt priuatus. Veruntamen abbas
ibi moderatur hoc, dicens ꝙ ſi cui exiſtenti in
occulto collatũ ſit, ſed ipſe recipit illud poſt ꝑ
actam pœnitentiam poterit retinere. Allegat
de tẽp. ordin. q̃ſitum. de ſent. excom. c. ulti. Sed
propter peccatum enorme, ut puta propter ho
micidium, ipſo iure perdit beneficium, ut nota
tur per Archid. l. diſt. ſtudeat. q̃ incipit in gl. hic
diſpẽſat, ubi dicit glo. quia de iure debet eo care
re. Quod exponit Archidiaconus, per ſentẽtiã,
nõ ipſo iure. Nã homicidium non inducit ipſo
iure priuationẽ beneficii, ſecundum Bern. Cõ-
poſtellanum, qui ita notauit de electione. quod
ſicut in gl. 1. §. ſi uero. uerſic. alia autem. Et idẽ
ſentit Innocentius dicens, ꝙ in homicidiis irre-
gularibus cadere poteſt ius cuiuslibet dignita-
tis: quia etiam iuſtè habẽt eam, ſi cum eis fuerit
diſpensatum. Et etiam ſine diſpensatione iu-
ſtè tenent prædicti dignitates ſuas, quouſqꝫ re-
nuntient uel deponant, ſecundum Innoc. qui
ita

ſta notauit de exceſſibus prælatorum cap. cũ in principio. Contra tamen iſtud dictum faciũt multa iura: ut de clerico pugnãte in duello. ca. Henricus. in fine. Item. 55. diſtin. ſi Euangeliſta. uer. in loco. cum diſpenſatio requirat̃ ut homicida beneficiũ recipiat: uidet̃ ſecus de iure cõi. Item cũ homicida miniſtrare nõ poteſt, etiam poſt pœnitentiã ſine diſpenſatione. de tempo. ordi. quia ſuspenſus eſt à beneficio, quod datur propter officium, et ſic etiã accedit. 81. diſt. eos. & notat̃ de cõsuet. cũ dilectus, in glo. ſuſpẽſus. n. Tu dic breuiter ꝙ hic nulla eſt cõtrarietas. Nã Bernar. & Innoc. intelligunt quod homicida iuſtè tenet, et recipit beneficiũ quouſq; deponitur per ſententiam. Iura autem in contrarium inducta dicunt quòd debet carere & priuari beneficio de iure: quia de iuris rigore eſt inhabilis ad illud. Non tamen hoc negat quin hoc fiat per ſententiam, et ſic idem ſentiunt.

XLV. regula: Præsbyter excõicatus uel ſuspensus ſimpliciter ab ordinibus ſuis, adminiſtrans in ordine acolythatus, efficitur irregularis ſecundũ Guliel. Secus ſi tantum à miſſarum celebratione fuerit ſuspenſus.

XLVI. regula: Clericus in minoribus conſtitutus excommunicatus miniſtrãs ſacerdoti

ad altare portando aquam lumẽ,et alia ſimilia, non eſt irregularis, ſecundum Gul.Idem putat de præsbytero,diacono & ſubdiacono.Ratio quia iſta nulli ordini ſunt annexa, cum & per laicos literatos expediantur.

XLVII.regula: Epiſcopus suspenſus à põtificalibus, celebrando in eis non fit irregularis, quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia, ſecundum Gulielmum.

XLVIII.regula: Suspenſus ab ingreſſu eccleſiæ,ſi in ea celebrat,irregularis eſt, et ſi in tali suspenſione decedit, non sepelitur in cœmeterio, ut de sententia excommunicationis is cui.lib.6.Notat tamen Nouellator in Nouella quòd poteſt in eccleſia audire diuina ſine metu irregularitatis, ſed non ſine peccatò: licet Hug.et Raymundus aliud notauerint: quorũ opinio refutatur per moderros.

XLIX. regula: Excommunicatus uel ſuspenſus baptizans ſolenniter, in ſuperpellicio et ſtola publicè, irregularis efficitur ſecundum Gulielmum.Secus ſi aliter, ſcilicet ſimpliciter baptizat,et maximè in neceſsitate.

L.regula:Quicunq; non põt promoueri ad ordines ſine diſpenſatione,nec etiam ad honores,et quicunq; eſt in eligibilis, irregularis eſt, ſecun-

ſecundum Guliel. Item intellige de oībus caſibus,qui īpediunt ꝓmouendos,uel deijciunt iā promotos,uel qui pœnā depoſitionis merent. Vnde regula eſt quod quicunq; poſt peractā pœnitentiam non habent ordinis executionem,irregulares ſint, ſicut homicidæ. l. diſtinctio.§. primo. extra de ſimonia. tanta. Item excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus, in contemptum clauium ſe faciens ordinarij, de ſententia excommunicationis, cum illorum, Item ſi etiam præſumit celebrare. 11. quæſtio. 3. ſi quis,de uita & honeſtate clericor. ut clericorum.§.ſi quis igitur.

Item uiolans interdictum.de exceſſio.prælatorum,tanta. Item falſarius literarum papæ. de crimine falſi.ad falſariorū.§.1. Talis tñ ſecū dum Innoc.ſi occultus eſt,poſt abſolutionem, & pœnitentiā poteſt ordinari: quia nullo iure cauet: ꝙ ſit infamis ipſo iure.Item hæreticus,de purgatione canon inter ſolicitudines. uel exhibentes hæreticis ſacramenta,de hæret.c.excōmunicamus.§. ſi uero. Itē ſodomita. de exceſſ. præla.clerici.Item presbyter denudans confeſſionem.de pœniten.& remiſ.oēs cap.fin. Item incorrigibilis in contumacia perſeuerās.de dolo & contumacia,ueritatis.§.fin. Item notoriū

crimen de iure uel facto, de tēpo. ordinat. cap. fin. Item utens officio aſſaſſinorum, uel defendens, receptans, occultās eos, licet mors non ſequatur inde. de homicid. pro humani. lib. 6. Itē apoſtata, de apoſtatis, cap. fin. Itē ſchiſmaticus de ſchiſmaticis. cap. 1. Item intruſus uolūtariè per poteſtatem ſecularem. 7. qu. 1. factus, de electio. ſi quis. Item oē crimen, quod ipſo facto inducit infamiā ciuilē. 2. quæſt. 7. §. porrò. Item infamia deſcēdens ex delicto ꝑ ſnīam declarato, quia pœna poteſt demi, culpa permanente. 2. q. 3. §. hic colligit̄. Infamis. n. eſt irregularis, ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti, ut de accuſationibus oīpotens, de teſtibus. teſtimonium.

LI. regula: Excommunicatus maiori excōmunicatione ſiue ab homine ſiue à iure, ſcienter durāte excōicatione celebrans, ſemper fit irregularis, & eſt deponendus de clerico excōmunicato miniſtrāte. cap. latrões. Secus ſi ignoranter, ut eo. ti. c. apoſtolicæ. Si autē dubitaret ꝓbabiliter de ſnīa excōicationis, præſertim qn̄ conſcius eſt de culpa ſua, ꝑꝑ quam iuſtè potuit excōicari, neſcius tn̄ exponit ſe diſcrimini, et celebrat, cum ſit excōicatus, irregularis eſt, & indiget diſpenſatione papæ, ſecundum Guliel. in dic. cap. apoſtolicæ, Craſſa autē ignorātia in

talibus

talibus iudicatur, ut ſi citatus peremptorie, nec iuit, nec miſit ad terminum, & ſic celebrat, licet nihil de excommunicatione ſciat.

¶ Circa præmiſſa ſciendum quod ſuſpenſus à iudice ſiue ad certã diem, ſiue perpetuo, ſiue quouſque pęniteat, ſemper ſi celebrat, eſt irregularis: quia talis nõ deberet celebrare, niſi prius ſententialiter abſoluatur, ſicut ſententia ſuſpenditur. In ultimo tñ caſu quidam cõtradicũt: ut. 2. quę. 5. pſbyteris, ubi dicit quòd talis ad arbitrium ſuſpendentis facere debet, & ſi ante abſolutionem celebrat. irregularis eſt. & idem de re iud. dilectus. de exceſſ. præla. apoſtolicæ. Suſpenſi uero à Deo, ut ſunt oẽs peccatores celebrãtes ĩ peccatis, non fiunt irregulares, licet peccent, niſi celebrarẽt in criminalibus, ut in homicidio, ĩ ſimonia, & ſimilibus, & in quibus etiam acta pœnitẽtia executio ĩterdicit, ut ſupra dictũ eſt. Suſpẽſi aũt ab officio à canone pp crimen, ſi celebrãt, irregulares ſunt. Et hoc intellige ſi ſuſpẽduntur à canone pœnam imponente, non autem approbante, ut in ca. cum æterni. de re iudi. lib. 6. quia etiam in minori excõicatione exiſtentes ſuſpenſi ſunt à canone non imponente pœnã, ſed approbante, & quã cito pœnitent, poſſunt celebrare, de ſententia excõi. nuper un

de potius dr̃ ſuſpenſio Dei ꝙ̃ canonis,ſecundũ Gulicl.Et nota ſecundũ Io.Andr.in clemen.i. de decimis.in gl.ſuper uerbo,donec ꝙ cum ali quis ſuſpendit donec ſatisfecerit,ſufficit iudicis declaratio ſuper ſatiſfactione ſine alia abſolu tione.In excõicatis uero eſt neceſſaria abſolu tio poſt ſatisfactionẽ.Concordat ad hoc gloſ. Io And.in cap.ſæpe quia.de election.lib.6.ſu per uerſiculum.donec plene. ubi dr̃ ꝙ illi, qui occupant bona eccleſiarum uacãtium,& ea di ſtrahunt, tandiu ſunt à beneficijs & officijs ſu ſpenſi, donec ea plenè reſtituerint. Ipſis autem reſtituentibus ipſo iure ſine alia ſententia reſti tuti erunt,ut notauit Ioan.Andreas.81.diſtin. ſi qui. Præterea ſciendum eſt ꝙ ſecundũ gloſſ. 26.diſtinctiõ. deinde infamia & irregularitas contracta ante baptiſmum tollitur poſt bapti ſmum, & hoc ſi prouenit ex proprio delicto, quia dona baptiſmi ſunt ſine omni pœniten tia & ſatisfactione,ut de conſecr.diſtin.4.ſine. Si enim peccatum non deletur quantum ad in famiam,adhuc poſt baptiſmum obeſſet; quod negat Ambroſius,26.diſt.una. Vnde ſi aliquis occidit mille homines ante baptiſmum: oĩs in famia & irregularitas tollitur,ut.51.diſtinct.ſi quis poſt acceptũ,ut patet de Paulo, qui ante bapti-

baptiſmum fuit homicida, & tñ poſtea factus eſt Apoſtolus, ut l. diſtincti §. econtra.

Huic tñ dicto aduerſantur doctores, nam Archidiaconus in di. cap. deinde. dicit ꝙ bene infamia ex quo non deſcēdit niſi ex peccato, delet̃ in baptiſmo, ſicut, & peccatum, ſed non irregularitas, q̃ non fundat̃ ſuper peccato. Vnde ita irregularis eſt, qui occidit cum peccato, ſicut qui occidit ſine peccato: ut iudex, ne clericī uel monachi. cap. ſnĩam, & bigami & corpore uitiati. Et ita ipſe Innocētius notauit de diuortijs. Ipſe tñ notauit de hom. ca. p̃sbyterũ. ꝙ homicidium añ baptiſmũ, ſiue ex officio, ſiue ex uoluntate fecerit homicidium, non eſt poſt baptiſmum irregularis, qa oĩs ſequela peccati deleta eſt. Sed Gofredus de cõuerſ. ĩfidelium c. 1. notauit ꝙ peccatũ & ſequela peccati bene delētur in baptiſmo, ſed nõ defectus ſiue impedimētum. Prima uia cõiter approbatur. Speculator tamen in tit. de diſpenſationibus. §. tertio uerſiculo. is autem. uidetur declinare &c.

Cautelæ circa prædicta obſeruandæ.

PRima cautela eſt: Epiſcopus & quilibet iudex non poteſt, neque debet excommunicare uniuerſitatem uel collegium, & hoc ideo ne innocentes puniantur cum nocentibus, ut dici-

dicitur in c.Romana.de ſent.excõ lib.6. Interdici tñ poſſunt innocẽtes cũ nocentibus, deſpõſa.non eſt.Et hoc ideo quia ibi non eſt tantum periculum animæ, sicut in excõmunicatione, quæ eſt æternæ mortis damnatio, per quam quis traditur ſatanæ,ut ſupra dicitur.

Secunda cautela,Caueat iudex ne ferat ſententiã excõicationis,nisi præmiſſa monitione. Si tñ hoc fecerit,licet ſententia sit iuſta: tamen punitur lator pœna cap.ſacro. de ſententia excõmun.ſ. ſuſpensione ab ingreſſu ecclesiæ intra menſem. Tertio caueat ne ferat ſnĩam excõmunicationis,ſuſpensionis, uel interdicti pro futuris delictis,puta si tale quid fecerit,nec ꝑ præſentibus ſub ea forma, si de illis intra talẽ terminum minimè ſatisfecerit,ut in cap. Romana.de ſen ten.excom.lib.6.Vnde ſecundum Ioan.Andr.in Nouella.ſuper.d.cap.ualde ridiculoſum eſſet,si diceret prælatus,excommunico Petrum,si furtum fecerit, si adulterium cõmiſerit,cum tamen ad talia paratus ſum uel ſuſpectus,si tamen mora, cauſa, uel culpa præceſsit,bene põt excõmunicari ſub illa forma. Exemplum, ut quia de mora condemnatus in actione perſonali non ſoluit intra quatuor mẽſes,ut debuit,poſtea iudex debet præcipere ut

ſoluat

ſoluat intra certum tempus, aliàs ſit excõmunicatus hic.n.mora præceſsit. Similiter de culpa,ut quia negligentes fuerunt clerici in diuinis officijs dicendis, poterit iudex dicere. Excõmunico oẽs,qui non interſunt canonicis horis,hic.n.culpa præceſsit. Similiter de offenſa, ut in cõiugato,qui tenuit concubinã,ſeparatur ab ea,nec excommunicat̃,si ulterius redeat ad ipſam. Alias præter iſtos caſus iudex non debet ferre ſententiam excommunicationis ſub certo termino,&c. Vnde male faceret ſi ſtatim poſt cõdemnationem factã in perſonali iudex præciperet intra certum tempus ferendam ſententiam excommunicationis,cum tamen non præceſsit mora. Et in hoc ſæpiſsimè iudices noſtri temporis excedunt modum. Ideo hæc dixi pro generali doctrina.

Circa diſpenſationem prædictarum cenſurarum eſt ſciendũ quòd licet ſecũdum quosdã doctores epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper irregularitate et aliis defectibus, nisi ubi expreſſe sibi à iure permittitur, ſecundum Guliel. Nazonem, Gofredum. Ioan. de Deo,& Innocen. (aliàs ſecundum iſtos epiſcopus diſpenſans in casibus sibi à canone expreſsè nõ permiſsis uidet̃ ĩpugnar̃ canones, uel eos tollere)

tu tamen dicas ꝙ ubicunqꝫ expreſsè à canoni‑
bus poteſtas diſpenſandi non prohibet̃ epiſco‑
pis:epiſcopi poſſunt diſpenſare.Et hoc dictum
per doctores cõmunius approbatur.Ita dicunt
Ioannes,Lauren.Hugo,Tancred.Bern. & Gu‑
liel.in Spec.tit.de diſpenſationib..§.nunc de epi
ſcoporũ & ille famosiſsimus doctor dñs Ar‑
chid.l.diſtinct.de præmiſsis,ubi latè proſequit̃
iſtam materiã improbando opinionem cõtra‑
riã,qui etiã dicit dñm ſuum Hoſt.dixiſſe quòd
in his,in quibus peccatum mortale eſt ſecun‑
dum legem diuinam,sicut in furto, rapina,ut.
14.quæſt.5.pœnale.diſpenſare non poteſt nec
etiam papa (ut quidam dicunt) nisi pœniten‑
tiam agant,& reſtitutio fiat,de uſur.cum tu,&
14.quæ.5.ſi quid.& ca.multi.& ea.quæſt.6.si
res.In his uerò,in quibus peccatũ mortale eſt
ſecundum ius positiuũ,ut ubi eſt ep̃is uel infe
rioribus à papa interdicta dispenſatio, nullus
dispensat,nisi ſolus papa,uel is, cui ſpecialiter
cõmiserit. Si uero nõ eſt ĩterdicta poteſtas di
spenſandi:tunc poteſt.Hæc Archi.Pro iſta ſen
tentia faciunt multa iura,ut de hæret.excõica‑
mus.§.ſanè.de ſentent.excõm.nuper.&.c.à no
bis.&.c.cum illorum,& de ſpon.cũ apud. 16.
quæ.1 ſunt non nulli.ff.ex quibus cau. maio‑
res

res.l.necnon.§.1.Iam & apoſtolus dicit. Omnia mihi licent. 11.q.1.aliud. Et ex his patet q̃ lata ſit poteſtas epiſcoporum,quia omnia poſſunt,niſi expreſſe prohibeantur. Sunt autem multi caſus à iure expreſſi,in quibus eis conceditur authoritas diſpenſandi,quos lucidè ſcripſit Guliel.in Spec.iuris,de quibus hic ſuperſedere cenſuit ſcribentis ſedulitas: ſciens quia epiſcopi non egent ut quis eos doceat, ſcilicet ipſius aliorum ſunt doctores. 1.quæſt.7.conuenientibus,pręſertim quum p̃ntis opuſculi principalis ĩtentio fuerit ſimplicibus ſimplicia tradere rudimenta,non perfectis ſubtilia,ut cum Apoſtolo lac potum daret, non eſcam paruulis,propter quòd etiam ſtylus eiuſdem non in doctis aut p̃ſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ uerbis:ſed in doctrina ſpiritus excurrit : eſt quòd iuxta Iſidorum de ſum.bo.lib.3. Horret ſacra ſcriptura ſpumeum ſapientiæ ambitum.Ignoſcant igiť doctores ſuper ſtyli & materiæ ruditate: quę non ipſis,ſed ſimplicibus dirigitur. Grati ſint ſimplices,quorum p̃fectui p̃ns opuſculũ deſtinať.Sed & ipſi reuerẽdiſſimi p̃res & dñi archiep̃i,ep̃i,cęteriq́; p̃lati,doctores,& magiſtri,ſi qua bene ſcripta in p̃nti tractatu inueniãt,approbare dignenť gratioſe,q̃ uero dubio

ſa,

ſa,undoſa,aut ꝑplexa,declarent, dilucident, & interpretent̃.Inſuper q̃ minus bene poſita fuerint,corrigant,& emendent, occupationi potius, ꝗ̃ ignorãtiæ adſcribentes. Teſtis.n. Deus eſt, & angeli eius, me grauibus & arduis non ſolum diuerſis, uerum etiam ſibi inuicem aduerſis pro tunc occupatum fuiſſe negotiis, & niſi pia duxiſſet manum ſedulitas, niſi diuinæ gratiæ miſeratio animum laceſſitum confortaſſet,nequaquam naufragioſa imbellis animi cymba proprijs conatibus ſub anhelo pectore ſalutarem euecta fuiſſet ad portum.Hortor poſtremò ut quiſquis iſta legeris, mei peccatoris recorderis,exorans Dñm,ut non tam pro induſtrioſo labore,quã piæ mentis deuotione,et bonæ uoluntatis affectu, quo cunctis Xp̃i fidelibus ꝓficere conabar, mercedem perpetuã oĩbus fideliter in uinea ſua laborantibus promiſſam largiri dignet̃ tempore opportuno.

Suſcipe completi laudes ò Chriſte, laboris,
Quas cordis læti uox ſubdita reddit amoris.
Sit merces operis oratio ſancta legentis,
Quæ iungat ſuperis nos toto robore mentis.

FINIS.

AV-

AVGVSTINVS DE DIGNITATE *Sacerdotum*.

O VENERANDA ſacerdotũ dignitas, in quorũ manibus Dei filius, uelut in utero uirginis, incarnat̃. O felices ſacerdotes ſi ſacerdotaliter uixeritis. O cœleſte myſteriũ, quod ꝑ uos Pr̃, et Filius, & Spũs ſanctus tã mirabiliter oꝑat̃ ſuꝑ tã ineffabili miniſterio ueſtro, ꝙ uno, eodemq; momẽto idẽ Deus, qui p̃ſidet in cœlo, in manibus ueſtris eſt in ſacrificio. Cœlũ mirat̃. Horreſcit infernus. Cõtremiſcit Diabolus, reueretur quãplurimũ angelica celſitudo. Quid retribuã Dño (ut taceã de cæteris, q̃ tribuit mihi) pro tã ſingulari dono ſacerdotij mihi ĩpenſo, quod eſt datũ optimũ, & donũ perfectũ? Verbi gr̃a: Ille, qui creauit me ſine me, creat̃ mediante me. Et ille, qui ex nihilo cuncta creauit ſine me, ſi fas eſt dicere, dedit mihi creare ſe. O uenerabiliũ ſãctitudo manuũ. O felix exercitiũ, ubi tractat Chriſtum ſacerdos Dei, filiũ, cuius deliciæ

ſunt eſſe cū filiis hominū.O ſacerdotes,attēdite maior eſt dignitas uobis collata,ꝗ̄ angelis,qui adorāt quod uos cōficitis, nec ipſi cōficere poſſunt.O altitudo ſapientiæ Dei.O ineffabilis clemētia Saluatoris. Quod datū non eſt angelis, cōceſſum eſt hoī. Sacerdos hoc ſacr̄m ineffabile cōficit: angelus cōficiēti ſibi quaſi famulus asſiſtit.O q̄ uenerabile ꝗ̄ glorioſum q̄ inſigne fuit apud antiquos nomē ſacerdotii, ſed hodie quid abiectius eo? quid uilius? O ſacerdotes,ſi aīa cuiuslibet iuſti ſedes Dei ſit, multo magis ſedes & tēplū Dei eſſe debetis mūdū et īmaculatū.Si ſepulcrū eius glorioſum eſt, in quo corpus iacuit exanime, glorioſiora et digniora eē debent corpora ueſtra, qui à morte ſuſcitatus quotidie dignat̄ inhabitare.Si beatus eſt uēter, qui nouē mēſibus Criſtū portauit:ita,etſi non tm̄,tn̄ beata debent eſſe corda ueſtra,in quibus quotidie eligit ſibi hoſpitiū filius Dei. Si beata ſunt ubera,quę paruulus ſuxit,ita debet eſſe os beatū,quod carnē eius ſumit,& ſanguinem ſugit.Carnes ergo ueſtras cū timore eius cōfingite,et uobis diligenter prouidete ne lingua loquendo quæ uocat de cœlo filium Dei,contra dn̄m loquatur.Et ne manus,q̄ intinguntur ſanguine Chriſti,polluantur ſanguine peccati.

De digni-

De dignitate ſacerdotum.

VIri uenerabiles ſacerdotes Dei,
Præcones altisſimi, lucernæ diei,
Charitatis radio fulgentes & ſpei:
Auribus percipite uerba oris mei.
Vos in ſanctuario Deo deſeruitis:
Vos uocauit palmites Chriſtus uera uitis,
Cauete ne ſteriles aut inanes ſitis,
Si cum uero ſtipite uiuere uelitis.
Vos eſtis catholicæ legis protectores,
Sal terræ, lux hominum, ouium paſtores,
Muri domus Iſrael, morum correctores,
Iudices eccleſiæ, gentium doctores.
Si cadat protectio legis, lex habetur:
Si ſal euanuerit, in quo ſalietur?
Niſi lux appareat, uia neſcietur:
Nec ſi paſtor uigilet, ouile frangetur.
Vos cœpiſtis uineam Dei procurare:
Quam doctrinæ riuulis debetis rigare.
Spinas atque tribulos procul extirpare,
Vt radices fidei posſint germinare.
Vos eſtis in area boues triturantes,
Prudenter a palea granum ſeparantes.
Vos habent pro ſpeculo legem ignorantes,
Laici, qui fragiles ſunt, & inconſtantes.
Quicquid uident laici uobis diſplicere,

Dicunt procul dubio ſibi non licere.
Quicquid uos in opere uident adimplere,
Credunt eſſe licitum,& culpa carere.
Cum paſtores ouium ſitis conſtituti,
Non eſtote deſides,ſicut canes muti.
Vobis non deficiunt latratus acuti:
Lupus rapax inuidet ouium ſaluti.
Grex fidelis triplici cibo ſuſtinetur,
Corpore dominico,quo ſalus augetur:
Sermonis compendio,quod diſcrete detur:
Mundano cibario,ne periclitetur.
Quibus tenemini uerum prædicare:
Sed,quid,quibus,qualiter,ubi,quando, quare,
Debitis ſolicitè reconſiderare,
Ne quis in officio dicat uos errare.
Spectat ad officium ueſtræ dignitatis,
Gratiæ petentibus dona dare gratis.
Sed ſi unquam fidei munera uendatis,
Incurſuros Giezi lepram uos ſciatis.
Gratis euchariſtiam plebi miniſtrate,
Gratis confitemini,gratis baptizate:
Secundum Apoſtolum cunctis gratis datæ:
Solum id,quod fuerit ueſtrum,conſeruate.
Veſtra conuerſatio ſit religioſa,
Munda conſcientia,uita uirtuoſa,
Regularis habitus,menſq; gratioſa:
Nulla

Nulla uos coinquinet labes criminoſa.
Nullus faſtus deprimat ueſtræ ſignū mētis:
Grauis in intuitu,habitus ſit teſtis:
Nihil uos illaqueet curis inhoneſtis,
Quibus claues traditæ ſunt regni cœleſtis.
Eſtote breuiloqui,ne uos ad reatum
Pertrahat loquacitas,nutrix uanitatum.
Verbum,quod proponitis,ſit abbreuiatum:
Nam in multiloquio non deeſt peccatum.
Eſtote beneuoli,ſobrij,prudentes,
Iuſti,caſti,ſimplices,pij,patientes,
Hoſpitales,humiles,ſubditos docentes,
Conſolantes miſeros,prauos corrigentes.
Vtinam ſic gerere curam paſtoralem,
Poſsitis,& ducere uitam ſpiritualem,
Vt cum exueritis chlamydem carnalem,
Induat uos Dominus ſtolam æternalem.
Qui ſedet in ſolio ſummæ maieſtatis,
Vos purget a uitio,mundet a peccatis:
Vobis ſit auxilio ueſtræ pietatis:
Vt Abrahæ in gremio tandem ſedeatis.

AMEN.

CONFESSIONALE BEATI Thomæ de Aquino, cuilibet tum confeſſario, tum confitenti neceſſarium.

QVoniã fundamẽtũ & ianua uirtutũ, oĩſq; gratiæ ac ſpiritualis conſolationis principiũ, eſt cõſciẽtiæ puritas, ac cordis mũditia, ad quã principaliter et p̃cipuè p purã, uerã ac integrã, et pfectã cõfesſionẽ peccatorũ accedit, nos qui uocati ſumus ad ſtatũ grãe, ad acquirendas uirtutes, ac uitãda uitia, de ſufficiẽti cõfesſione ac mõ cõfitẽdi (ut decet uiros ad ſtatũ pfectionis electos) cũ ſumma diligentia & ſolicitudine cõtinua peccatorum uideamus, & principaliter de mortalibus præceteris eſt uidendum.

Confesſio debet eſſe pura. CAP. I.

EST igitur primo uidẽdum q cõfesſio debet eſſe pura, quia peccata debent ſimpliciter dici abſq; duplicitate et excuſatione, ſicut homo credit ea manifeſta eſſe corã Deo, nec debent uerba dici palliãtia, aut cooperiẽtia uel minuẽtia peccatum, ſicut faciunt multi, magna phylacteria & hiſtorias lõgas dicẽtes antequã peccatum explicẽt, ut ſic per illas oſtendãt ſe minus culpabiles de peccato, quod quidem peccatum in fine illorum uerborũ ſuperfluorũ includunt.

Vitãda

Vitāda ſunt igitur ſuperflua,et excuſatoria uerba,ſed puré dic peccata tua, et ſimpliciter et accuſa.Similiter nō debet dici ꝙ cadat in infamiā alicuius,aut quod poſſit ꝓbere cōfeſſori occaſionē turbationis cōtra aliquē,aut materiā cōtēnēdi. Vn̄ ſi expediret noīare peccata alterius cōfitendo propria, tūc taliter explicent̄ ꝙ nullo mō cōfeſſor poſſit ītelligere perſonā,cū qua peccaſti,nec poſſit uenire in notitiā cōplicis in peccato, ſicut ſi dediſti Petro occaſionē peccā di cū peccauit,nō debes noīare, ſed ſufficit dicere.Ego fui cā cōmittēdi tale pcm̄ cuidā ꝑſonæ.

Vera. CAP. II.

CONfeſſio debet eſſe uera,ita ꝙ nulla falſitas dicat̄ ſcienter, nec aliquod dubiū affirmet̄, ſed certa ut certa,& dubia ut dubia ſunt dicenda.Et ideo qn̄ cōfiteris,nō dicas.Dico culpam meā,ſi feci tale quid, aut ſi dedi materiā turbatiōis tali,aut feciſſem tale peccatū ſi potuiſſem. Sed dic ſimpl'r,Feci ſic & ſic:& appetiui ſic et ſic,habui uoluntatē deliberatā faciēdi tale peccatū,& nō dimiſi, niſi quia nō potui , uel quia neſciui, uel quia timui uerecundiā aut pœnā tēporalē.Sunt tn̄ quidā,qui neſciētes,aut uerecūdātes,aut nō curātes ſpecificare peccata, apertè mētiuntur in confeſſione quā faciunt, dicendo

quædã generalia ad quãdã cautelã, quibus cõprehendũt peccata oĩa quæ fecerũt, dicunt enĩ, Dico culpã meã de quinq; ſenſibus male cuſtoditis,ſcilicet uiſu,auditu,&c. Et tñ ſi interrogarent de quolibet per ſe,inuenirent nõ offendiſſe in altero p̃miſſorũ, maximè poſtquã cõfesſi fuerint.Et ſi dicunt etiã de ſeptẽ uitijs capitalibus cũ tñ nõ offenderint in oĩbus ſicut ſonant uerba eorũ.Talis ergo modus maximè ab his, qui ſæpe cõfitent̃,eſt uitãdus, ſed dicãt uera & neceſſaria,& dimittãt falſa & ſuperflua.Similiter ante cõfesſionẽ dilıgẽter ſeipſos examinẽt, & dicãt primo oĩa uitioſa & grauia, q̃ certo ſe nouerĩt feciſſe, ita ꝙ ſub humilitatis ſpecie aut cã quacunq; nullatenus mẽtiantur. Sed poſtea poſſunt dicere generalia & leuia, q̃ nõ poſſunt gñaliter explicari,ſicut ſunt cogitationes otioſæ,uerba otioſa,negligẽtia & pigritia circa ordinẽ,amisſio tpis,diſtractio cordis dicẽdo horas uel orando,ingratitudo beneficiorũ Dei,ſuperflua cura de corpore & de rebus tpalibus, turbationes leues cõtra proximũ, iudiciũ leue alieni cordis,diſpectio proximi quo ad perſonã aut uitã ſiue mores, nõ cõtẽtari de oĩbus q̃ Deus facit,aut fieri permittit,et his ſimilia,q̃ cũ ſint ineuitabilia ab aĩa infirma: nõ poſſunt nu

mero

mero declarari, ſed potius expedit ea quotidie delere cũ lachrymis,aut ꝑ ipſa infirmitatẽ aĩæ recognoſcere, et ĩ humilitate debita ꝑmanere.

Integra. CAP. III.

CONfesſio debet eſſe integra,ut oĩa peccata, quæ habes in memoria, aut q̃ oblitus fueras cõfiteri,& mõ recordaris, ĩtegrè cõfitearis. Nec dicas partẽ uni confeſſori, & partẽ alteri, quia nullo mõ debes diuidere.Hoc faciunt illi, ꝗ timẽt deſpici a cõfeſſore, uel reputari minus boni,plus timẽtes humanã uerecũdiã,ꝙ̃ diuinã offenſam : & plus amantes laudẽ extrinſecã,ꝙ̃ intrinſecã pacẽ mẽtis,& cõſcientiæ puritatẽ. Similiter ſi oblitus es qñ cõfiteris aliqua peccata, & poſtea die ſequenti uel alia recordaris,ſi potes,debes recurrere ad eundẽ cõfeſſorẽ ut cõfitearis, ſi potes habere copiã,aut ad aliũ,alioꝗn ſufficit tibi bona uolũtas.Qđ ſi nõ ex obliuione,ſed ex malitia ac uerecũdia oblitus es,uel obliuiſci uoluiſti cõfiteri aliquod pcm̃,teneris recurrere ad primũ cõfeſſorẽ:et ſi uis recurrere ad aliũ,teneris cõfiteri oĩa pcã prius cõmiſſa,& illud, quod prius oblitus fueras, & omnia,quæ poſtea commiſiſti a prima confesſione facta, et teneris cõfiteri de mẽdacio aut ſimulatione, quam commiſiſti,quia dediſti intelligere con-

feſſori tuo primo ꝙ integrè confeſſus fuiſti.

Locus. CAP. IIII.

ITē cōfeſſio debet eſſe plena, quia debet cōti nere circunſtantias aggrauātes peccata quæ ſunt loca, in quibus fiunt, quia grauius eſt peccare in eccleſia, aut loco ſacro q̃ ī domo. Et grauius eſt cogitare aliquod inhoneſtum qñ dicis miſſam, uel officium, uel horas, ꝙ̃ qñ ſcribis, & grauius eſt reſpicere uel tangere aīo impudico corpus hoīs ſub pannis, q̃ manū uel pedē, quia magis libidinoſa delectatio eſt ibi. Et ſic facias differētiā īter locū & locū.

Tp̃s. Cap. V.

TEmpus, in q̃ peccas, q̃a grauius eſt deficere à miſſa, uel otiari ī die dñico, uel ī feſto ſolēni, quā ī alio die ſimplici. Et grauius ē quodcunq; peccatū in magna ſolēnitate, q̃ ī alio tpe. Et grauius ē nō uaccare orōni. uel eē diſſolutū ī lingua, uel relaxatū ī gula, qñ hō debet cōicare, & in die, qua hō cōicat, quàm ī alio tēpore.

Coram quo. CAP. VI.

GRauius quærere et facere aliquid corā eo, qui poteſt ex hoc ſumere occaſionē peccādi, ꝙ̃ illud dicere uel facere occultè. Et grauius eſt ſimulare ſe eſſe patientē in habēdo iram in corde, quā oſtēdere ſe eſſe turbatū ſicut eſt, non dādo tñ alicui per hoc turbationē uel mali exēpli

pli occaſionẽ;ut dicit Gregorius. Et ideo non ſufficit dicere, fui iratus de uerbo mihi dicto, ſed dẽt dicere & addere, & ſimulaui me eſſe patientẽ in uerbis & ſignis exterioribus,ut reputarer humilis,ubi erã ſuperbus, ita quod in illa ſimulatione addidi mendaciũ ad irã, quã occultaui. Adhuc grauius eſt tangere mulierẽ oſculãdo, quã ipſam in eodem loco tangere cũ pede, quia iſte modus tangẽdi eſt magis impudicus. Vnde non ſufficit dicere, Tetigi mulierem impudicè,ſed oportet dicere locum corporis, quẽ tetigiſti, ſcilicet manum uel pectus ſupra pannos,uel ad nudum,& dicas modum, ſcilicet cũ ore,manu,uel cum pede,& ſic de aliis.

Mora quæ contrahitur. CAP. VII.

QVoniã ibi maius eſt peccatum,ubi maior mora contrahit̃,ſiue ſit delectatio corporis, ſiue mentalis,ſiue ira,ſiue odiũ, cũ ſcilicet tenes per menſem aut annum. Ideo diligenter eſt mora examinãda in peccato cogitationis,quia uidendũ eſt ſi ipſa ratio ſuccumbat ſenſualiter cõſentiẽdo ĩ opus uolũtate deliberata ſi poſſet, & tunc nõ eſt minor culpa, ꝙ ſi peccatũ opere perfeciſſet, quia ſic uoluntas pro facto reputatur. Si autẽ ſuccumbat ratio, cõſentiendo In delectatiõe ſenſualitatis tm̃, ita ꝙ nõ uult ĩ opus procc-

procedere, ſed uult tm̄ interius in delectatione uoluptatis perſiſtere, tunc licet ibnō ſit plenus cōſenſus, tn̄ ibi eſt peccatum mortale: ſicut dicit Auguſtin. ſed eſt minus graue ꝙ primū, ubi eſt cōſenſus in delectatione & in opus. Si uerò in neutrū cōſentit, ſed ibi facit morā ĩuitè, quia ſcilicet neſcit, uel nō poteſt repellere, tunc dicat occaſionē datā. Quãuis hæc ſententia ſatis dura locū habeat in peccatis criminalibus: poteſt etiā notificari ĩ homicidio & ĩ alijs multis peccatis. Quicquid ſit: expedit cōſcientiæ mundę facere prædictā examinationē in quibuſcunq; cogitationibus uitiosè multum protractis.

Quoties. CAP. VIII.

NAm grauius eſt facere quodcunq; peccatū cū corde aut cū aliquo ſenſu corporis bis, q̃ ſemel. Et ideo, ſi potes, recordare ſpecificè uices cogitationū malarū, aut motus libidinoſus in carne, et uoluntate faciendi aliquod peccatū, aut quoties iteraſti reſpicere in faciem alicuius propter delectationē uiſus, aut quoties turbaſti aliquē aut murmuraſti: & ſic de aliis. Sed ſi nō es memor de numero, dic bona fide ſecundū quod iudicas te toties iteraſſe peccata. Et attende ꝙ cogitationes leues, & leuia uerba nō ſunt numero explicanda, niſi eſſent occaſiones alicu-

alicuius grauis peccati uel uitij, aut eſſent de ſe in aliquo genere ſeptem uitiorũ capitaliũ. Si tamẽ propter cogitationẽ leuẽ haberes longam diſtractionẽ mẽtis in orõne uel in Pſalmodia, credo ꝙ bonũ eſſet explicare, ſi eſſes memor, propter magnũ diſpendiũ quod facit. Si etiam propter aliquod uerbũ ſolatioſum uel leue aliquẽ turbares, aut orireť aliq̃ mala ſuſpicio, aut aliquod malum, tunc debet ſpecificari propter malũ ipſius effectũ, ſic ꝙ talia otioſa & leuia ñ ſunt perficienda, qñ propter ea ĩcurriť aliquod graue uitiũ uel delictũ, aut datur alicui materia peccandi. Sufficit ergo dicere ſimul oẽs diſtractiones mẽtis habitas in oratione & in officio propter cogitationes leues, ſic dicendo: Dico tñ culpã de nimia diſtractione & mentis uagatione, quã habui in oratione, audiẽdo miſſam, & dicendo horas, propter cogitationes inutiles & otioſas, in quibus cor meum nimis occupaui, ſic ꝙ diuinis non fui intentus ut debui & potui. Cogitationes aũt uitioſæ procuratę et cũ delectatione receptæ, oẽs ſunt explicandę quãtũ hõ poteſt, quãtũ ad qualitatẽ, morã, et uitia, ut ſupra dictũ eſt. Cogitationes uero quãtumcũqȝ malæ & uitioſæ, ſi nõ ſunt ſtudioſè procuratæ, nec cũ delectatione receptæ, nec cũ mora

ſerua-

ſeruatæ in corde, nec dediſti occaſionẽ uenien-
di propter cibi & potus intẽperantiã, aut pro-
pter occaſionẽ aliam, ſed ſubito uenerunt & re
ceſſerunt,& diſplicentiã habuiſti, aut ſaltẽ pla-
centiã nõ habuiſti in illis: & ſtatim qñ ſenſiſti,
ut potuiſti, repuliſti, aut expellere procuraſti
occupãdo te in lectione aut in meditatiõe ſan-
cta,tales,dico nõ ſunt cõfitendæ, quia nõ ſolũ
in iſtis homo nõ offendit,ſed multũ meretᷣ,tan
quam pugil,pugnator,& uictor. Vñ Hierony
mus: Ille prędicatur beatus, qui ſtatim ut cœ-
pit cogitare,cogitationẽ interficit, & allidit ad
petrã Xp̄m. Sed hodie quidã tales cogitatio-
nes cõfitentᷣ potius ad laudẽ & uanã gloriã, ut
cõfeſſor reputet eos ſpirituales,cum tñ talia eſ-
ſent occultãda,& in cõfesſione tacenda,quia ſo
lum cõfitens debet ſe oſtendere ſimpliciter eſſe
peccatorẽ. Vñ tales ſunt theſauri Dei latrones,
quaſi uanæ gloriæ appetitores, & ideo pęna la
tronũ ſunt puniendi. Nã de talibus cogitatio-
nibus quibus ſic reſiſtitᷣ,dicit Apoſtolus,quod
facit Deus cũ tẽtatione prouentũ. Quod dicit,
quia homo talibus reſiſtendo meretᷣ. Et ideo ĩ-
telligo quod digni ſunt ſuſpendio,qui ſub ſpe-
cie charitatis aut petẽdi cõſilij aut alterius cau-
ſæ coloratæ,quæ ſoli Deo ſunt aperta, maniſe
ſtant,

ſtant, & aperiunt malitioſè & ſubdolè.

Motus uanæ gloriæ. CAP. IX.

QVia grauius eſt habere uanã gloriã đ gratia ſpirituali a Deo recepta, quam de hominis opere manuali, ideo cõfiteri habes de uana gloria ſpirituali aut corporali. Et grauius ẽ dolere de bono ſpirituali alterius, quã de bono corporali ipſius. Et primus dolor eſt inuidiá ſupernæ gratiæ, quę eſt peccatũ in Spiritũ ſanctũ quod eſt irremisſibile. Secundus dolor ex ſimplici procedit inuidia. Et ideo nõ ſufficit dicere dolui de bono alterius propter inuidiã, ſed debes dicere & ſpecificare de quo bono, ſpirituali uel tẽporali. Et eadẽ ratione grauius eſt gaudere de ſpirituali dãno proximi ſicut de peccato, quod fecit, aut de ipſius ĩfamia, aut quia amiſit gratiã Dei, quam habebat, quã gaudere de tp̄ali dãno hominis. Cauẽdũ tñ eſt qualiter cõfitearis prædictũ peccatũ uanæ gloriæ de gratia ſpirituali, ne forte incurras maiorẽ uanam gloriã cõfitendo primũ defectũ. Nã dando intelligere cõfeſſori quod habuiſti uanã gloriã, q̃a fuiſti uiſus orare, uel in miſſa plorare, uel laudatus ꝙ bñ p̃dicaueras, ex hoc potes incurrere uanã gloriã ſiue pcm̃ uanæ gloriæ ꝙ cõfeſſor ex hoc te reputet ſp̃ualẽ. Nõ debes igiť expli-

care cōfeſſori tuo gratiā tibi a Deo datā ī orōne & lachrymis, & hmōi potes tñ dicere ſic: Dñ dicerē uel audirē miſsā,uel pdicarē, feci aliquē actū,pp quē cogitaui ꝙ pſonæ aliq̃ me uidētes crederēt me hēre aliquā gratiā ſpecialem ibidē, et qa in ipſa cogitatione habui cōplacentiā & cōſenſum,nec dolui,ideo me accuſo. Vel ſic. Appetiui quod aliqui ſic crederēt me hēre, cū nō haberēt, et ad hoc credendū feci aliquos actus ſimulationis. Idē intelligas de aliis peccatis. Silr cautè cōfitearis uanā gloriā, quā habui ſti ī exercēdo aliquos actus uirtuoſos. Sufficit tibi nō explicando dicere: Feci aliquē actū,pp quē nō appetiui totā laudē Dei,ſed potius hominū,qa nō ſolū uolui ab illo reputari,cui feci uel dixi quoddā uocabulū, ſed appetiui ut aliis publicarer. Et nota qđ cogitatiōes de uana gloria nō sūt cōfitēdæ,niſi qđ ibi eſt cōplacētia,et cōsēſus,et delectatio moroſa. Si āt ſtatī qñ ueniūt cogitatiōes, iudicas eas nō dēre uenire, & ex hoc ſtatī diſplicet tibi qđ ueniāt: ac p hoc ſtatī recurris ad Deū ut eas expellat, aut ſaltē te cōsētire nō ſinat, ſis certus ꝙ ī eis ñ peccas, ſed potius per eas coronā acquiris. Dic ergo ſtatī in corde tuo, qñ sētis eas: Deus in adiutorium meū intēde. uel: Domine uim patior, reſponde

ſponde ꝓ me, Et caue ne ꝑꝑ hmõi tempeſtuoſas cogitationes dimittas aliquod bonũ incipere, uel inceptum cõſumare & perficere, ex quo prĩcipale motiuũ eſt bonũ. Sed hodie multi cõtrariũ faciũt, credẽtes ſpiritui diffidentiæ, q̃ facit eos credere ꝙ perdunt quicquid agunt, cum in bonis actibus ſuis cogitationes uanitatis ĩcurrunt. R̃ndeas ergo tali ſpiritui: Nec ꝑꝑ te facio nec uolo facere iſtud uocabulũ, nec ꝑꝑ te dimittã. Vnde quãtuncunq; habeas ĩ iſtis cogitationibus aliq̃n cõplacentiã & cõſenſum, doleas, & purè confitearis: nec ꝑꝑ hoc ceſſes à bono ꝑꝑ Deũ principaliter incepto, ſed pugna uiriliter, cõſtanter orãdo Deũ ut cuſtodiat tuũ opus. Si autẽ ceſſes naturaliter paſſionatus, & ſtimulatus de uana gloria, ſicut ſunt quidã q̃ nihil boni faciunt aut dñt ſine ipſa, tunc ſic cõſulo tibi ut nõ delecteris loquẽdo multum de Deo, aut de uita ſpirituali, docendo alios ſub ſpecie charitatis, q̃a ꝓ certo ſub hoc zelo charitatis latet dulce uenenũ. Sed puto eſſe ſecurius & magis expediens humiliare ſe, & ſilere à bonis, ne forte curãdo ĩfirmeris: q̃a mẽs tua adhuc eget cuſtodia, & frænũ eſt neceſſariũ linguæ tuæ, donec ea peſtis ĩ corde tuo fluctuare ceſſet, alioq̃n ſaluãdo aut ſanãdo alios, tuã deſtruis ſanitatẽ.

Experto crede:nã docere & curare alios,eſt ci bus pfectorũ. Si uerò neceſsitas ĩeuitabilis mã gna,& rationabilis contingẽtia loquẽdi occur rat,tũc loquẽdum eſt taliter,ꝙ ita te ſicut alios uidearis arguere,qa tibi forte etiã tunc nõ dee-rit ſpiritus uanæ gloriæ cupiẽs ꝙ per hũc mo dũ loquẽdi reputeris humilis,& diſcretus. Si ãt idẽ eueniat tibi cũ tacebis, uel qñ de locutione te humiliter excuſabis,neſcio tibi aliud reme-diũ,niſi confeſsione purã, & lacrymas exhibe re cõtra hanc maledictã peſtilentiã,& tũ ualde timendũ eſt ne timore deſpectionis humanæ, toties hoc uitiũ cõfiteri negligas,quoties ab ip ſo te noueris ſuperari. Sed ne ut minus uerecũ-deris,mutes ſæpius confeſſorem, imo ut plus confundaris, ſtudeas eidẽ ſæpius & clarius ſo-lito confiteri. Sic.n.uirtute humilis confeſsio-nis ſpiritus ille nequam citius expelletur.

Et ſi etiã tuæ cõfeſsioni ſe ingerat ut de hu-mili & pura cõfeſsione appetas cõmẽdari,certè ſi te ſenſeris uulneratũ,nõ timeas in fine confeſ ſionis detegere uulnus. Eſt.n.ſciẽdũ ꝙ grauius eſt eſſe inobedientẽ uel irreuerentẽ pri uel mri ꝓpriè,ꝗ illi,cui nõ ſic tenemur obedientiã uel reuerentiã exhibere,& grauius eſt,turbare unũ ſanctũ hoĩem,aut deridere ipſum,ꝗ unũ homi

nem

nem uitioſum; & grauius eſt ꝓuocare unã perſonam religioſam ad aliquod peccatũ, quod eſt cõtra ꝓfeſſionem eius ꝙ unam perſonam ſecularem ducere ad idem peccatum.

Et grauius eſt ĩſpicere impudicè unã iuuenẽ religioſam mulierẽ, q̃ ſecularẽ ſecundũ beatum Greg. Nõ licet intueri, quod nõ licet cõcupiſcere. Et ideo dico eſſe grauius illud uitioſe reſpicere, quod eſt grauius cõcupiſcere. Hoc idẽ intelligo de quocunq; uerbo, aut ēt tactu impudico. De cõditione perſonæ, cũ q̃ peccaſti, ſufficit exemplum iã dictũ. Nõ ergo ſis contentus dicere. Non bene cuſtodiui uiſum, aut dicere, Conuerti pluries aſpectum in faciẽ cuiusdam perſonæ cum cõplacentia & imaginatione impudica. Sed dic qualitatẽ & conditionem perſonæ. Et ſi de uiſu expedit ſic dicere, multo magis de uerbo impudico dante prouocationem ad peccatum, & de tactu aut commotione carnis libidinoſa habita ex allocutione uel appropinquatione ad corpus alicuius.

Intentio habita in peccatis. Cap. X.

GRauius eſt facere quodcunq; peccatum cũ intentione ꝓuocãdi aliquẽ ad ſimile, aut ad aliud peccatum, ꝙ ad ſatisfaciendum ſibiipſi tm̃, ut ſi noueris delectũ alicuius, ut facias ipſũ

deſpici,aut minus reputari; ꝓpter inuidiã tuam uel aliã malitiã, aut ſi feciſti aliquẽ actũ cũ ocu lis,aut cũ manibus uerſus aliquã perſonã ut ꝓ uocares eã ad malũ:&ſic de aliis peccatis factis ſtudioſe nõ tm̃ ĩ dãnũ faciẽtis,ſed ẽt in ꝓximi detrimentũ.Quæ qdẽ peccata non ſufficit cõfi teri,niſi explicentĩ itentiones malitioſę,q̃ recte aſſimilantĩ dæmonibus aĩarum dãnationem in ſidiis ſuis procurãtibus pro quarũ ſalute Xp̃s ſanguinẽ ſuũ effudit.Et ſunt inimici Xp̃i, quia ſtudent aĩas perdere.Itẽ deſcẽſus de peccato in peccatũ eſt diligẽter perſcrutãdus.Nõ.n.eſt ita graue unũ peccatũ ſimplex,ſicut illud cuius oc caſiõe plura alia peccata ſunt cõmiſſa. Vnde ſi ſtudioſe feciſti aliquẽ defectũ talimõ ꝙ alius fuit culpatus de hoc,& nõ excuſaſti ĩnocentẽ, ſed permiſiſti eũ iniuſte pati,uel ſi ꝓ defenſione unius mẽdacii ꝓtuliſti uerba iniurioſa,aut ĩcur riſti plura alia mẽdacia,aut ꝓ excuſatiõe unius mẽdacii ul' pc̃tĩ cõmiſiſti piuriũ,& ob hoc fuit ſuſpicio de alio,uel facta iniuſta punitio ſup ali quẽ aut ortũ ẽ odiũ,aut aliq̃ turbatio ĩter aliq̃s: oĩa hęc & cõſimilia, q̃ ex pc̃tõ primo sũt cõſe cuta,debẽt cũ primo pc̃tõ principali explicari.

Aduertẽda eſt occaſio peccati. Cap.XI.

SImiliter de circũſtãtiis peccatorũ nõ ſolum

circun

circunſtãtias p̃dictas,uel ſimiles exponere de-
bes,ſed etiã occaſiões & cãs peccatorũ, ꝑꝑ q̃s
ĩcurriſti ipſa peccata,uꝫ.qa neglexiſti eas uita
re ſicut potuiſti,& ſciuiſti.Hmõi aũt cauſæ ſũt
taliter dicẽdæ,ꝙ tecũ ipſis accuſes,& nõ excu-
ſes,ſicut qdã faciũt ĩponentes culpam diaboli,
ſicut Heua q̃ dixit:Serpẽs decepit me.Dicũt.n.
Tantũ ipſe me tẽtauit de tali pctõ, ꝙ oportuit
me cõſentire,nec potui me defendere ullo mõ.
Sed iſta nõ eſt cõfeſſio nec expreſſio cãæ pec-
cati:imo eſt ſui excuſatio,& accuſatio diaboli,
uel illius,qui forte nõ eſt culpabilis. Nõ.n. oẽ
peccatũ fit ſemꝑ ex ſuggeſtiõe diaboli, nec o-
mnis tẽtatio eſt à dæmone, ſed ſecundũ beatũ
Iacobũ, unuſquiſqꝫ tentat̃ à cõcupiſcẽtia ſua ab
ſtractus & illectus.Multi ergo mentiũt̃ dicẽ
tes.Dæmon me ſeduxit ad tale peccatũ, ita ꝙ
ſibi cõſenſi,qa ſola ſua cõcupiſcẽtiã tentatus ce
cidit,& ideo debet dicere: Cũ ſentirẽ me ſtimu
lari ad tale peccatũ perpetrandũ, fui negligens
in euitãdo occaſiones me incitãtes ad hoc.ſ. lo
cum,tp̃s,& perſonã,et fui negligẽs in adiuuan
do me cũ ieiunio et oratione et aliis neceſſarijs,
ſicut abſtinẽtia cibi et potus. Vnde ꝑꝑ negligẽ
tiã,et malitiã meã cõmiſi ipſum peccatum,po-
tius eligens ſeruire ſuperbię et carni meæ hoc

ſuggerenti,q̃ Spiritui ſancto inſpiranti mihi ꝙ illud nõ facerem. Reliqui uerò ĩponunt culpã proximo,ſicut fecit Adã,qui dixit Deo: Mulier quã dediſti mihi ſociã dedit mihi de ligno, et comedi. Dicũt.n. Quædã perſona illexit me rogãdo,blandiendo,et aliqua dona dando,adeò ꝙ nullus de Mundo potuiſſet ſe defendere, ſic ꝙ oportuit me finaliter conſentire. Alij dicunt,Quædam perſona dixit mihi tm̃ malum de quodã ꝙ fecit me murmurare de illo,et illũ deſpicere. Sed eſt uitioſa cõfeſsio. Dic ergo sic de primo. Cum uiderem expreſsè ꝙ locutio et cõuerſatio cum quadã perſona eſſet mihi inutilis,& pernicioſa, et ſentirem affectum cordis mei ad ipſam perſonã,aut ipsius ad me non eſſe purum,nec ſecundũ Deum:ſed potius ſecundum carnem,& in aſpectu,et in pñtia eiusdem haberem nimiã complacentiã ſenſualem, et ex hoc ſemper haberem imaginationes ĩpudicas de illa cum libidinosis motibus carnis, ita ꝙ propter hæc debebã fugere eã,nihilò minus sũ ſecutus uoluptatẽ carnis,in tm̃ ꝙ ad talẽ actũ deueni cum ea: unde me ad ipſam illaqueaui.

De ſecundo dic sic: Audiẽs dici mala de aliqua perſona,facilius ea credidi,quã crediſſem bona,si audiuiſſem,ꝑ leuitatem cordis mei et

dese-

defectum charitatis, et qñ debui compati mur murãti,& excuſare in corde meo eum,de quo ille murmurabat: ego ſtatim murmuraui cum illo cõfirmãdo malum,de quo dicebat , uel ad dendo ad illud,quod dicebat : ac per hoc dedi ſibi occaſionem magis murmurandi.

Et nota qñ nõ debet qs murmurantẽ noĩare, nec factũ de quo murmurauit nec p̃ſonã,de q̃ murmurauit: qñ.ſ. talis nominatio eſſet in ex cuſationem ſui,uel infamiã proximi. Item ſi te accuſas de turbatione proximi,aut de turbatio ne habita cõtra aliquem propter defectũ eius principaliter,non debes exprimere illum defe ctum,ne per hoc oſtendas te habuiſſe rationa biles cauſas turbationis: & ſic uidearis minus peccaſſe,aut motus zelo iuſtitiæ. Sunt n. qui di cunt in confeſſione: Vidi fieri talem defectũ. uel, audiui dicere tale uerbum:de hoc fui ualde turbatus,quia erat contra honorem Dei,& cõ tra bonos mores,& in malum exemplum alio rum. O ſtulte hypocrita,quid dicis? Nam te ſimpliciter laudas, & nihil penitus confiteris. Taces peccatum tuum, quod feciſti uidendo alienum defectũ,quod forte fuit grauius , quã iſte defectus alterius,quia deſpexiſti peccantẽ, cui debebas compati; & mentiris dicendo te

fuiſſe turbatum propter amorem Dei & proximi, cum tamen fueris turbatus propter ſuperbiam tuam, uel quia non habes charitatē proximi, quæ non ꝑmittit aliquem cōtra proximum perturbari. Sic ergo dicas: Videns uel audiens fieri uel dici aliquid quod iudicaui eſſe malum, & forte eſſe peius quàm fuit propter malitiam meam, quæ non permiſit me excuſare defectum nec intentionem dicentis uel facientis, ſicut poteram, & debebam, non fui motus ad compatiendum ei, uel ad orandum pro ipſo, ſicut debui ex charitate, ſed magis fui commotus ad iram, ut contra ipſum, contemnendo & ludificando ipſum appetendo ſtatim punitionem eius, uel habere poteſtatem puniendi eum. Et hoc accidit mihi propter duritiam cordis mei, & quia non recognoſco patientiam Dei, qui ſupportauit me in grauioribus peccatis abſque punitione, & ſic de alijs.

Sunt alij, qui ſe clarius laudant in confeſſione, dicentes: Per gratiam Dei, ſatis bene me cuſtodiui à tali tempore, uel citra à tali uel tali peccato. Nam bene continuaui officium, miſſas, prædicationes, & orationes meas. faciant qui uolunt male, quia intentio bene facere facta mea, & me cuſtodire à peccatis melius q̃

maior

maior pars meorum uicinorũ,& prius me per mitterem occidi, quã facere tale peccatum,& ĩ me non ſentio alium defectum, niſi quia ego ſum ingratus de beneficiis Dei, nec ſum ſufficiens ad regratiandum Deo, qui me liberauit ab his peccatis, q̃ faciũt multi alij. O Deus, iſti ſunt ſimiles Phariſeo, qui aſcendit in templum ut oraret, cuius orõ fuit tota ſui exaltatio ſup alios, Sic & iſti qui deberent ſe ſimpliciter accu ſare ĩ cõfesſione, ſup alios laudãt ſe, narrando bona q̃ faciunt, de ſuperbia autem & præſumptione, quæ latet interius, nihil dicunt.

Sunt alii, qui confitendo ſua peccata, totam culpã imponunt Deo. Sic.n.dicunt, Deus dedit mihi naturã ita puerſam & promptã ad ta le peccatũ, ꝙ non poſſum mihi cauere. Iſti dñt cum Adã, qui dixit. Mulier, quã dediſti, &c. q̃ſi diceret, ſi nõ dediſſes mihi, nõ peccaſſem. Sed iſti apertè mẽtiunt. Nã ſecundum beatum Gre go. diabolus non poteſt uincere niſi uolẽtem; cum tamen de ipſo dicatur quòd non eſt pote ſtas ſuper terram; quæ illius poteſtati ualeat comparari. Ergo multo minus poteſt quis uio lentari à concupiſcentia naturali.

Sunt alii, qui dicunt: Fui deceptus à tali tentatione, quia Deus noluit me adiuuare, cum ta

men ſæpe ieiunarem, & orarem, & ad ipſum reuerteret, Sed iſti accuſant pigritiam ſuam & negligentiam ſuam, quia noluerunt uitare occaſionem peccandi, & perſeuerare in oratione. Aſſerunt enim Deum impium & mendacem, qui tamen dicit in pſal. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, et Matthæi Vndecimo. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos, & alibi, Petite, & accipietis, & Apoſtolus dicit, Fidelis Deus, qui non patietur uos tentari ultra illud quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, Sic ergo iam derelinquuntur à Deo, quia inſipide, & ſine fide orant, nec uolunt purgare ſe ipſos, nec perſeuerare patienter. poſtulantes auxilium Dei ſicut decet, ſed uolunt habere gratiam ſtatim ſine labore, petentes etiam illam à Deo non humiliter, ſed præſumptuosè tanq̃ digni: ac ſi eſſet obligatus Deus ei dare. Orant ipſi cum ſecuritate quadam, ut exaudiant ſtatim ut ipſi uolunt, & non ſicut ipſe uult, ſicque putantes ipſum ducere ad auxiliandum potius prouocant ad derelinquendum, quia ſuperbè et præſumptuosè accedunt ad ipſum. Cauſa ergo lapſus eorum eſt ſuperbia, et negligentia, quam deberent ſimpliciter accuſare.

Occa-

Occaſiones quæ dantur aliis in peccando. Cap. XII.

TVnc etiam ĩ cõfeſsione explicãdæ ſunt occaſiones datæ aliis ad peccandũ, quia oĩum eorũ peccatorũ hõ eſt partices. quibus occaſionẽ ꝓbuit malitiosè. Vnde cõfiteri debes, ſi malitiosè uel ignorãter dediſti alicui occaſionem peccãdi, nec noĩare debes directè uel ĩdirectè ꝑſonã, cui dediſti cauſam, ſed ſola occaſio eſt dicendã. Peccatum uerò, quod factũ eſt ab alio occaſione tui, põt dici explicitè, qñ eſt notum confeſſori, non ille, qui fecit. Alioquin dic ſolam qualitatem delicti, ſic dicendo. Feci fieri quoddam peccatum mortale uel graue, ꝓpter talia uerba, q̃ dixi, aut propter tale malum exẽplũ quod dedi. Itẽ ſi habuiſti turbationẽ cũ ſocio in itinere, uel ĩ aliquo opere, aut ꝑꝑ ſociũ dixiſti male officiũ, quia male proferebat, non debes dicere. Socius meus me turbauit in tali, aut, dixi male officiũ meum ꝑꝑ defectũ ſocii mei: quia ſic accuſas ſociũ, ĩ cuius notitiã poſſet cõfeſſor uenire. Dic ergo: Habui turbationẽ cũ aliquo ꝑꝑ meã ſuperbiã, q̃ ipſi dixi uerba iniurioſa, et ipſum ꝓuocaui ad dicendũ mihi. Et ſi eſt illius culpa, dic: habui turbationem cum quodã ꝑꝑ impatientiã meã, qui nolui ſuppor-

tare cũ in caritate propter aliqua uerba ab eo dicta, uel,dixi male officiũ cũ aliquo in tali hora,et dictãte mihi cõſcientia ut redicerem,propter pigritiam meam ego non redixi.

De pollutione, Cap. XIII.

SI habuiſti pollutionẽ carnis uigilando, dic cãm expreſſe.Si dormiẽdo dic cãm,quã dediſſe te credideris.Cãæ poſſunt eſſe cibi & potus in tẽperãtia,rei p̃cedẽtis phantaſia,aut alio mõ,ſed dicẽdo ipſum,ꝓpterea nõ dabis ĩtelligere cõfeſſori numerum dierũ p̃teritorũ,cogitationes inhoneſtæ habitæ añ dormitionẽ, qs explicare debes modeſtè potisſimè qñ ſomnia ipſa p̃cogitaſti.Nec ſunt recitãda ſomnia uitioſa et inhoneſta,niſi antea cogitaſſes,ea;aut poſt ſomnũ cũ delectatione,et mora,et motu carnis cogitaſſes, hæc sũt dicẽda tanquã cogitata magis,ꝙ ſomniata.Si uerò sõniaſti habere aliquẽ actũ ĩpudicũ cũ ꝑſona,ad quã hẽs ſenſualẽ affectũ,aut quã cõſpexiſti oculo ĩpudico, hos dẽs exprimere,ut cãm illius ſomnii,ꝗa homo plus in talibus delectatur,et multi poſt ſomniũ gaudẽt ſe talia sõniaſſe. Vbi uerò nõ fuerit aliq̃ de p̃dictis cauſis uel ſimilibus,nihil de ſomnio ẽ dicẽdum,ꝗa nulla culpa eſt ibi:et tũc ſufficit dolere ĩ corde.Et ad quietãdũ cõſciẽtiã potes di-

cere:Habui ſomnium ĩhoneſtũ, cui ſi dediſſem cauſam,quã neſcio,tunc dico meã culpam.

De cauſis pollutionis. Cap. XIIII.

SEcundum ſanctos p̃res triplex eſt cã pollutionis nocturnæ. Prima ꝓuenit ex uoracitate gulæ,et ſuperabundãtia cibi et potius,q̃ eſt diligẽter examinanda ab illis q uocati ſunt ad ſpirituale exercitiũ.Nã qñdoq; accidit aliquos relaxari ĩ gula nimis aliquo tp̃e,et qñ abſtinẽt, et polluunt ĩ ſomnis credũt ꝙ hoc nõ accidat ex culpa ĩmoderationis,ſed potius ex debilitate uel neceſſitate naturæ.Sed errant:quia debẽt cauere,et iudicare ne uenerit ex nimietate ſaturitatis p̃teritæ.Quod.n. ꝑ uoracitatẽ et ingluuiẽ congregatum fuerat ĩ medullis,neceſſe eſt, ut aliqñ per pruritum uel per inſenſibilitatem corporis ieiunio afflicti egerat̃,ita ꝙ nõ ſolum abſtinendũ eſt à delicatis cibis,uerum etiã à uilibus,et cum æquali cõtinentia temperandum: imo panis et aquæ ſatietas eſt timẽda,ut poſſit ĩ nobis acquiſita puritas permanere.iſti ergo, qui nondum æqualis continentiæ et moderantiæ gratiam ſunt adepti:non nimis perfectam pollutionem conſiderant, quæ ipſis etiam hominibus abſtinentibus ſic accidit.

Secunda cauſa,qñ per incuriam aut immundi-

ditiã mentis elabitur. Nã spiritualibus exercitiis uacua, et diſciplinis interioribus nõ intẽta, ſenſus corporis ꝑ uanas et immundas cogitationes euagat. Ex quibus merito culpæ eliciũtur humores. Et ideo uolẽtibus obuiare, neceſſe eſt priuare et hãc cauſam eradicare, uidelicet mẽtis torporẽ excutere, et ſenſus refrenare: ne mẽs ad uana et noxia diſcurrat, et illis aſſuefacta exceſſibus, ad ĩmundiſſima incitamẽta luxuria ſomnians pertrahat. Prædicta ergo negligentia acquirẽdi munditiam, et euitandi immunditiam in cõfeſſione puriter explicetur.

Tertia cauſa poteſt eſſe illudentis inimici inuidia. Nam ſua ĩuidia ſæpiſſimæ pollutio ꝓcuratur; Dum.n. uidet ſanctum uirum, q per frequentem peccatorum confeſſionẽ perpetuam munditiæ puritatẽ ſtudet acquirere , conatur eius cõſciẽtiã perturbare: maximè diebus illis, quibus cõſiderat diuino aſpectui cõplacere, fluxus illius emiſſione polluere, ut ſic à ſancta cõmunione retrahatur: A quibuſdam uerò cõtingere dicit̃ ex debilitate naturæ, q̃ nõ eſt ita fortis, et ualida, ſicut antiquitus dicitur extitiſſe. Hanc cauſam põt quis ĩ ſe ipſo aduertere, qñ ĩ illo turpi moderamine dictus frequentius ſolito polluit̃ abſq; turpis ſomnij interuentu: ſicut

ego quoſdam cognoui hac peſte certis tpibus ter aut quater in hebdomada ſordidari, quãuis non minus prædictæ illuſioni poſſit aſcribi.

Qualiter poſt pollutionem licet uel non licet accedere ad diuina. CAP. XV.

SEcundum ſanctorum patrum ſententiam uigilanti circunſpectione cauendum eſt, ne ad communionem ſalutaris conuiuii accedamus tempore, quo ſentimus nos ſomnii illuſione pollutos. Sed ſi hoſtis inuidus taliter menti noſtræ illuſerit, ut nobis cœleſtis remedii ſubtrahat medicinam, dummodo nullus reprehenſibilis interueniat pruritus, aut oblectationis aſſenſus ſi fluxus iſte fuerit naturali neceſſitate profuſus, aut impugnatione hoſtis antiqui procuratus, & abſque ſenſus uoluntate deductus, debemus ad gratiam ſalutaris cibi nihilò minus accedere confidenter. Quòd ſi credit eueniſſe occaſione uitioſa, de illa debet ſe humiliter ſubtrahere ab altari, ne ĩ nobis uerificetur ſentẽtia Apoſtoli, Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini, id eſt, non faciens differentiam inter preceptionem cibi cœleſtis & carnalis, nec iudicans ipſum corpus Domini eſſe tale, quòd non niſi pura mente

& carne liceat manducare. Et ideo ſubinfert Apoſtolus: Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. quaſi diceret: Multi ex hac ſumptione, & manducatione indigna ſpiritualiter infirmantur, & ſomno mortali dormiunt multi per peccatum, quod ex ipſa indigna manducatione & aſſumptione incurrunt. Probet autem, ideſt, examinet ſeipſum homo antequam ſacramentum percipiat, & diligenter ſe uideat utrum ſit mundus uel immundus, utrum deuotus uel indeuotus, utrum reuerens, uel irreuerens utrum timens uel præſumens accedat, etiam ſi certus ſit uel certum ſe putet quòd non uitioſe ſit pollutus, uel aliqñ tali peccato infectus. Non.n. debet uolens iſtũ cœleſtem panẽ ſumere, eſſe contentus ſe nõ habere peccatum mortale, neq; præcedenti nocte uitioſa occaſione fuiſſe pollutum, quia licet hæc duo quẽlibet reddant ipſo cibo indignũ: alia tñ plura ſunt, pro quibus ſe homo debet ab hoc ſubtrahere reuerenter, quæ explicare non audeo, quia à ſanctis & doctoribus ipſa expreſſa non reperi, atq; illuſtratione gratiæ Dei ea ſimpliciter relinquere decreui. Id tamen quod pro me ipſo retineo, eſt uerbum illius, qui hoc inſtituit ſacramentum: quem

non

nõ credo illud fruſtra protuliſſe. Dicit enĩ, Hęc quotieſcũq; feceritis, in meã cõmemorationẽ facietis. Ex quo quidẽ uerbo arguo mihi ipſi ꝙ quotieſcunq; id uolo agere quod ipſe inſtituit, & mõ p̃dicto reliquit, nequaquã ſine remorſu cõſciẽtiæ ac p̃iudicio aĩæ & meo ad iſtud poſſum accedere, niſi p̃memorata ipſius inſtituẽtis charitate, ac eius paſſiõe & morte. In cuius memoriã ppetuæ recolẽdã iſtud ſacr̃m debere cõfici & perfici, ipſe clarè aſſeruit & iniunxit. Cõſiderãs inſuper circa huius ſacri primordia lotiõnẽ pedũ factã nõ abſq; myſterio et ſacro: ibiq; dictũ fuiſſe a Dño. Si nõ lauero te, nõ habebis partẽ mecũ. Agnoſco per hoc, & iudico nõ ſine p̃ſumptionis & grauis offenſæ periculo aliquẽ uelle habere partẽ ſecũ, ipſum ſacr̃m ſumẽdo nõ p̃habita alicuius ſpiritualis grãæ lotione, quã quidẽ lotionẽ nõ ſolũ per cõpunctiones et lachrymas puto fieri, uerũ etiã per interiorem mẽtis deuotionẽ & fidẽ, in qua ipſe Dñs uocat & ĩuitat animã, et trahit et quodãmõ cogit ad ipſum cibũ angelicũ & cœleſtẽ. Vñ & ipſe dixit illis, quos lauerat: Iã mũdi eſtis, pp ſermonẽ, quẽ locutus ſum uobis. Nõ dicit, propterea quia loti eſtis: ſed pp ſermonẽ. Hoc autem eſt uerbũ fidei, qđ p̃dicamus, ſecundũ Apoſtolũ.

Vnde in Actibus Apoſtolorũ legit̃, Fide purificãs corda eorũ. Hãc ãt deuotionẽ & fidẽ celebrãtis, ſeu ſacr̃m ſumẽtis, credo eſſe illã, qua celebrat, et qua facit ipſum ſacr̃m ꝑcipi cũ affectu ſicut et uerba Xp̃i ſunt illa, quibus cõſecrat̃ & trãſſubſtantiat̃ panis & uinũ in corpus Xp̃i et sãguinẽ. Quã quidẽ deuotionẽ uoco Dei gratiã, q̃ ꝑuenit & diſponit, ſubſequit̃ & infundit. Ad hoc ergo ſacr̃m cũ inſtãtia ſeruẽtis & aſſiduæ orõnis procuremus mõ ꝑdicto uocari a Dño, uidelicet ꝑhabita ipſius memoria, atq; cõpunctionis & deuotionis & fidei lotione, ad q̃ ꝑparari nos oportet ꝑ mẽtis & corporis mũditiã, & ꝑ linguæ ac ſensũ refrænationẽ, & ꝑ noſtrarum paſſionum continuã moderationem.

De fluxu libidinis. CAP. XVI.

PRæmittẽdũ quoq; illud nõ eſt ꝙ quibuſdã cõtingit interdũ cõſciẽtiæ dubietas & perturbatio magna, unde ipſis uigilãtibus abſq; ulla cõmotione carnis & cogitatione ĩmũda, humor quidã ꝑ mẽbrum ſecretũ egredit̃ ſine delectatione, & quaſi in ſenſibiliter, ita ut multi de hoc aliter nõ ꝑpẽdãt, niſi cũ pãnos ſenſerĩt madefactos. Cuius cãm aliqui ignorãtes turbãt̃ & errãt, putãtes ſe eſſe pollutos. Et ideo ſciendũ eſt ꝙ illius humoris effuſio nõ eſt pollutio, q̃a,

ut dicunt medici, ſine libidinoſa delectatione et carnis motione nullus poteſt pollui uigilãdo. Ad ipſius tñ effuſionẽ humoris uidetur natura lis cõditio cãm exhibere primariã, ſed deinde id, quod natura diſponit cã uitioſa & ineuitabilis perficit & cõſummat. Quibuſdã hoc prouenire agnoui pp ſolã pñtiã et allocutionẽ perſonæ alicuius, in cuius aſpectu habẽt cõplacẽtiã ſenſualẽ & uanã, ſeu ad quã inordinato amore afficiunt, aut p tactũ ĩpudicũ leuẽ, aut imaginãdo aliquos actus ĩpudicos fortiter & moroſe. In his enim caſibus, & alijs ſimilibus, multi inueniũtur habere calefactiones & cõmotiones carnis libidinoſas, dicũtq; ſe humorẽ emittere uelint nolint coarctari. Sed eas cauſas, & ſimiles q̃ ſunt euitabiles, dẽt fugere & euitare p poſſe, maxime qui ſentit ſe de hoc paſſionatũ, ſeu ad hoc naturaliter inclinatum, ſiue ex uitio mẽtis, ſiue ex debilitate naturæ. Et qui occaſiones hmõi nõ euitauerit iuxta poſſe, relinquẽdo amicitiã & familiaritatẽ perſonarũ, ad quas inordinate afficit, fugiẽdo etiã allocutiones & aſpectũ perſonarũ, licet nõ credã ipſum per dictã effuſionẽ peccare mortaliter, niſi forte aliter cõcupiſceret, aut ĩpudice tãgeret perſonã q̃ eſt cã iſtius defectus, tñ credo eũ grauiter pec-

care,& in magno peccati mortalis eſſe pericu-
lo. Et ideo cõſiliũ illi do ꝙ abſq; dilatione mo
roſa ipſe ſibi uiolẽtiã faciat in hac parte, fugien
do perſonas hmõi, atq; cũ eis opportunitatem
loci et tpis euitet. Hic itaq; ꝑdictus fluxus qui
a quibuſdã uocat̃ libido, ſi poteſt euitari ipſius
occaſio, & ſtudioſe nõ euitat̃, eſt oĩno cõfiten-
dus cũ ſuis occaſionibus, & negligentia habita
circa ipſas. Si uero cõtingat ex cã, q̃ uitari non
poteſt, ſicut qñ audiuntur uerba ĩpudica a caſu,
uel loquit̃ cũ perſona, uel ſedet iuxta eã, de cu-
ius pñtia hẽt cõplacẽtiã uanã, et ab ea ſeparari
nõ ualet, in his & ſimilibus credo ꝙ tã de occa
ſione habita & ĩpotẽtia uitãdi, quã de fluxu il-
lius libidinis dolor eſt ſimpliciter habendus.
Quia tñ dubitare in talibus, q̃ ſpectãt ad cõſciẽ
tiæ puritatẽ eſt qñq; ualde proficuum, poteris
hoc confiteri propter quietudinem mentis &
pacem, quamuis expedire non credam.

Complacentia habita in memoria pec-
cati. CAP. XVII.

SCiendũ eſt qñ cogitas de iniurijs perceptis,
& in illa memoria turbaris intra te cum ali
qua mora, et petis uindictã fieri, aut gaudes fa
ctã eſſe, aut doles ꝙ nõ fuit facta per te aut per
aliũ, aut imaginaris aliquid facere, aut aliquem
motũ

motũ tenere aĩo uindicatiuo, hæc oĩa ſunt cõfi-
tẽda, et alia q̃cunq; ſimilia, ſi ſentis in mẽte tua
rõne iſtius iniuriæ appetitũ uindictæ. Si autem
rememorãdo mala p̃terita, q̃ feciſti, non habes
dolorẽ, ſed potius delectationẽ in eis, et ꝓpter
hãc delectationẽ facis morã ibidem, nõ credo
expedire ꝙ ſpecifices ipſa peccata memorata, ſi
aliàs integrè cõfeſſus es. Et ſi habuiſti aliquam
delectationẽ in mẽte, ſufficit tibi dicere: Mihi
uenerũt ad memoriã q̃dã uindictæ uel iniuriæ,
quas feci, uel q̃dã pcã grauia, q̃ cõmiſi, de qui-
bus nõ ſolum nõ habui dolorẽ in tali cogita-
tione, ſed & de ipſis cũ multa cõplacẽtia cogita-
ui. Et ſi tibi aliquid occurrit in carne uel in mẽ-
te propter dictã cõplacẽtiã, quod tibi uidet̃ ag-
grauare pcm̃, ip̃m ẽt debes cõfiteri. Verbi gr̃a:
Si de pcõ luxuriæ per te facto habuiſti memo-
riã, et de hoc habuiſti motum carnis, et pœnitu-
dinẽ, quia ip̃m peccatum nõ feciſti pluries, uel
cum pluribus, tunc ſic debes dicere. Ex imagi-
natione, quã habui de quodã peccato luxuriæ,
habui motum carnis, et cõplacentiã in mente,
& appetiui illud feciſſe multoties, & cũ multis
perſonis. Et ſic nõ oportet te indicare cõfeſſori
te iã feciſſe illud peccatum, niſi forte aliàs indi-
caſſes eidẽ, et niſi pro maiori humilitate et me-

rito uelis ipſum ei ſimiliter explicare. Si autē re cordaris te habuiſſe opportunitatē faciendi ali quod peccatū quod nō feciſti, & in ipſa recor- datione nō gaudes te euaſiſſe illud pcm̄, nec re- gratiaris Deo quia cuſtodiuit te ab ipſo, et aſtu lit opportunitatē et uoluntatē faciēdi ipm̄, oīa iſta ſunt plenius referēda. Videt enim hæc ma gna ingratitudo, et peccati cōmiſſio uolunta- ria. Sed ſi in p̄dicta recordatione peccatorum, et maximè carnalium, nō poſſes uitare cōplacē tiā et motus carnis, dū uelles ea ſtudioſe recole re, et eſſet cauſa teipſum excuſandi a cōpūctio- ne et dolore, cōſulo tibi quod nō ea ſpecialiter recolas, nec etiā alia pcā, q̄ nō potes ſine cōpla cētia recolere, ſicut eſt uindicta facta per te uel per aliū de inimico tuo: aut dānū uel mors, ſi quē occidiſti. Debes ergo oīa peccata tua ſi uis cōfiteri gn̄aliter ſub duabus, ſcilicet ſuperbia et delectatione carnis cōfiteri, dicendo ſic. Corde meditādo, et ore proferēdo dico meā culpā de ſuperbia, quā habui cōtra Deū et proximū, ira ſcēdo, inuidēdo, alios prouocādo, Mūdi gloriā appetendo, proximos iudicādo, Dei creaturas cōtēnēdo, me ipſum bonū reputādo, et alios ui uificādo, de Dei operibus ac iudicijs et eius p- miſſionibus murmurando, bonas eius inſpira-

tiones,

tiones,et oĩa eius beneficia negligẽdo,impetus uitioſos ſectãdo,blaſphemãdo,et nomẽ Dei in uanum proferẽdo,et linguã meã cõtra ueritatẽ per mẽdacia et ſimulationes, per duplicitatẽ et adulationes, et per iuramenta et multa alia uerba uitioſa laxãdo,otioſe et acedioſe uiuẽdo, de me nimis cõfidẽdo,& de fide dubitando, & de occultis Dei operibus rõnẽ pſũptuosè q̃rẽdo, plus quã oportet ſapere de Deo & de ꝓximo, & de hoc ſeculo ſcire cupiẽdo, gratiã Dei non humiliter affectãdo,et dona Dei occultãdo,temerarie prophetando nõ in ueritate, ſed in hypocriſi et falſitate corã Deo et hominibus ambulãdo,et multa alia per ſuperbiã mentaliter et corporaliter exercẽdo. Poſt q̃ cõfeſſus es,dic in aĩo tuo,maximè q̃n te uides morti proximũ: O aĩa mea,egreſſus tuus appropinquat,et ꝓpe eſt terminus tuæ ſuperbiæ,et prope eſt finis delectationis huius Mũdi,et miſeriæ carnis tuæ, quã in delectationibus corporalibus nutriſti plus ipſam amãdo,q̃ Deũ,plus ei cõplacendo, quã tibi plus laborãdo pro ipſa, q̃ pro te, plus obediens eius cõcupiſcẽtiis , q̃ diuinis inſpirationibus & cõſiliis, ſcilicet dũ ſtuduiſti ſatisfacere ſibi in delectatiõibus gulę et luxuriæ multis & diuerſis modis,opere & uolũtate,atq; ſa-

tiare eius uiſum,auditū,tactū,& odoratū,quantū et qualiter potuiſti. Cōſenſiſti amore ipſius carnis amittere maximā partem tui tp̄is,ſuperfluè dormiēdo,et occupādo te in nimia cura et ſolicitudine rerum tēporalium et corporalium te exercēdo plus propter auaritiā et delectationē,ꝙ̄ propter neceſsitatē. Cōſenſiſti eius nequitiæ,quā habuit ſemper ad operādū malū quod potuit.In his fuit uita mea,in his expēdi tēpus meū. Vbi ergo es uanitas mea & ſuperbia mea quo perrexiſtis delectationes meę carnis quid mihi attuliſtis? quid mihi reliquiſtis pro ſubiectione & obediētia,qua uobis tot annis deſeruiui? Pro uobis cōtēpſi uitā ęternā,amiſi Deū, et acquiſiui infernum. Perdidi gaudia infinita, et lucratus ſum lamēta æterna. Priuatus ſum ſocietate ſanctorum angelorum, et merui fieri ſocius ciuiū infernorum. Conſidera ergo o aīa mea,qualē te fecit Deus,quia ad imaginē et ſimilitudinē ſuā, et mō ſic es denigrata peccatis nec aliquā uirtutem in te agnoſcis. Cōſidera in te imaginē tētatoris tui,qui te depinxit colore ſuperbiæ,gulæ,luxuriæ,auaritiæ,uanæ glorię, et acediæ,et ingratitudinis,et neglıgētiæ, odii, et uindictæ. Suaſit tibi cōtēptum Dei,et appoſuit amorē ſeculi. Induxit te cōtra proximum

ad

ad murmurādum, iudicādum, decipiēdum, contēnēdum, detrahendum, et alienos defectus pōderādum, et tua uitia grauia nō uidēdum. Non uideo igitur, ò aīa mea, niſi ut prouocceris ad gemitū, fletum, plāctū, triſtitiā et lamētū, et clames humiliter et feruenter ad Dñm, Dñe ne in furore tuo argu. &c. Miſerere mei Deus, &c.

Qualiter cogitationes inhoneſtæ ſunt confitendæ. Cap. XVIII.

PLeriq; dubitāt ſi cogitationes ī honeſtę ſint exterius explicādæ. Credo q̄ hoc facere ſit puritatis, & pfectionis et magni meriti, ſed nō credo eſſe neceſſitatis ſp, niſi qñ ex nimia mora facta in cogitatione illa homo ſentiret ſe inclinari ad faciendū & perficiēdū cogitatū, ſi haberet opportunitatē, quā uellet, aut ſi polluere tur ex illa uehemēti cogitatione moroſa, aut ſi inordinate afficeret, ad aliquā perſonā, & inde multū moleſtaret in cogitatione, habendo motus carnis, & imaginādo habere aliquos actus impudicos cū ipſa perſona. Hūc enim affectum inordinatū debes exprimere cum cogitationibus & moribus carnis procedentibus ex ipſo affectu, dicendo ſic. Habui affectū ſenſualem & inordinatū ad quandā mulierē uel quēdā iuuenē talis cōditionis, & hūc affectū cōcepi ex cō

placētia habita in aſpectu & collocutiōe ac p̄ſentia corporali ipſius & de ipſa uel de ipſo habui tot uicibus aut multoties imaginatiōes turpes reſpiciendo eū oculis corporis uel mentis, uel faciē, uel aliā partem corporis eius, ſcilicet imaginando cū ipſa perſona habere amplexus et oſcula uel talē actū īpudicū, et in his feci morā per magnū ſpatiū, habēdo ibi motus carnis libidinoſos, & ſpecialiter accidit mihi in ōrone exiſtēdo, aut miſſam dicēdo, & ſp negligēs fui laborare pro poſſe ad expellēdum talia, pp nimiā delectationē, quā habebā ibidē: nec curaui quantū potui reſeruare oculos ab aſpectu illius perſonæ, qñ erā in p̄ſtia eius. Quicūq; igitur tales & tali mō cogitationes & affectiones uitioſas exprimeret, ab eis cito liberaret: dummō cū tali cōfesſione cōmutaret cōuerſationē, & cuſtodiā ſenſibus adhiberet, quia demon nō poteſt ſuſtinere humilitatē puræ confesſionis, cū ſit ſuperbus & immundus, oīſq; humilitatis & munditiæ inimicus. Et ideo, non eſt melior uia & facilior ad euadendum tentationes ſuperbiæ & luxuriæ, quàm cogitationes uitioſas cū ſuis circunſtantijs concurrentibus in carne uel in mente ſæpe & clare detegere confeſſori, & toties exprimere, quoties renouantur.

De motibus carnis. Cap. XIX.

SCiendũ eſt quod motus in carne, qui non prouenit ex cogitatiõe impudica, abſq; uoluntate,& ſine cã,ſcilicet uiſus uel auditus,& ſine aliqua cauſa extrinſeca ĩhoneſta, ſine dubio prouenit ex nimia repletione prius facta in cibo & potu. Quidam tñ putant ꝙ proueniat ex nimia uigilia: quod poteſt eſſe, maxime qñ cõſtat eis ꝙ non prouenit ex aliqua cã prędicta. Et ideo oportet hominem eſſe parcũ in diæta quo ad qualitatẽ et quãtitatẽ, qñ de talibus moleſtat cõtra uoluntatẽ & diſplicentiã ſuã. Nam ex nimia repletione uentris ſequit̃ pruritus libidinis, quia ſecundũ Hier, uenter & genitalia propinqua ſunt. Et hoc intelligo qñ nõ à cauſa exteriori. Et tunc oportet cauere ipm̃ ab aſpectibus et pollutione, et ab approximatione p̃ſonarũ, in quarũ pñtia ſentit ſe ſenſualiter delectari. Alioquin ille, qui uidet motus naturalis, fieret pitioſus. Et quãuis ſit ſecurũ cõfiteri tales motus præcedẽtes ſine cauſa uitioſa, quorũ intẽperãtia uidet cauſa, dũ tñ per ipſos nõ turbet amor & deſideriũ puritatis in corde, corporalis caſtitas nõ maculat. Si uero procedunt à cã uitioſa, cõfitendę ſunt cauſę, locus, tẽpus & mora cõtracta in eis, & uices motuũ, ſicut ſupra dc circun-

circunſtãtiis peccatorũ dictũ eſt. Nõ enim ſuffi cit generaliter dicere culpã de motibus, ſed debes dicere ſic. Dũ eſſem ĩ eccleſia, uel in orone, uel dũ audirẽ miſſam & prædicationẽ, cogitaui talẽ actũ turpẽ, aut habui memoriã alicuius perſonæ, in cuius aſpectu iã habui uanã cõplacentiã, aut inordinatũ amorẽ, aut aſpexi in eccleſia talẽ perſonã cũ complacentia impudica, cuius cauſa habui motus carnis impudicos toties, & per tantã morã. Et ſi dixiſti illi perſonę tibi gratioſæ aliqua uerba pro luxuria, uel feciſti aliquod ſeruitiũ malitio, ut ſcilicet haberes cõplacẽtiã libidinoſam & motus carnales per maiorẽ moram, totũ cõſiteri debes, maxime ſi uerba nõ dixiſſes, aut ſeruitiũ nõ feciſſes ſic pliXè, niſi de iſtius pñtia delectationem habuiſſes.

De periculo familiaritatis duarum perſonarum ſpiritualium. Cap. XX.

QVoniã multi uidenẽ negligere quas agnoſcunt affectiones ſuas uitioſas, & per conſequẽs nõ curãt cõfiteri, cũ tñ diligenter ſint ꝑſcrutãdę, & cũ ſuis uitiis oriẽtibus ex ipſis exprimendæ, ideo ꝑtermittere nõ intẽdo ꝙ multi nimis afficiunt ad ſeipſos, quidam ad aliquas ꝑſonas, quidã ad honores, quidã ad diuitias tẽporales. Et quia hęc ſunt ſicut murus ĩter Deũ

& aĩam,

& aīam, ideo nullus hominū habens aliquid d̄ prædictis, poteſt in uia Dei proficere, nec habere purā orōnē, & maxime qñ eſt carnalis affectio ad perſonam Et de hac intēdo mō loqui. Nā talis affectio multos ſpirituales ſub ſpecie amicitiæ ſpiritualis à ſtatu orōnis impedit, & impediuit. hęc eſt inquietudo mentis peſtifera, orōnē mentis & oris inficiens & diſpergens, & affectus cōtrarios orōni in mente generat & exercet. Nā ſicut oratio pura mentē purificat, illuminat, lætificat, cōfortat, & impinguat: ſic carnalis affectio & immunda mentē inficit & obſcurat, contriſtat, debilitat & deſiccat, & corpus eiuſdē maledictionibus īplicat. Et quoniā de ſpiritualibus loquor, propter quos iſta ſcribo nouerint ipſi ꝙ licet carnalis affectio ſit oībus periculoſa et dānoſa, eis tñ pernicioſa eſt magis, maxime qñ cōuerſant̄ cū perſona, q̄ ſpiritualis uidet̄. nā quāuis horū principiū uideat̄ eſſe purū, frequens tñ familiaritas domeſticum eſt periculū, delectabile detrimentū, & malum occultū, boni colore depictū, q̄ quidē familiaritas quāto plus creſcit, tāto plus infirmat̄ principale motiuū, & utriuſq; puritas maculat̄. Non tñ hoc ſtatī perpendūt, quia ſagittarius à principio nō mittit ſagittas uenenatas, ſed ſolū ali-

qualiter uulnerãtes et amorẽ augmẽtãtes. Ad tm̃ uero in breui deueniunt, ut iã non uelut angelos (ſicut inceperant) ſe inuicẽ alloquanť et uideant, ſed tanquã carne ueſtitos ſe mutuo intueanť et ſentiant intẽdentes quibuſdã cõmẽdationibus ac uerbis blãditoriis et adulatoriis, q̃ uidenť ex prima deuotione procedere. Exinde unus incipit alterius appetere pñtiã corporalẽ, quia forma uel ſpecies corporis ĩ utriuſq; mente cõcepta incitat eos ad uolẽdũ pñtiã corporalem, quia infidit eis pñtia mentalis. Sicq; ſpiritualis deuotio paulatim cõuertiť in corporalẽ et carnalẽ affectum. Et ſic ipſorum mẽtes, q̃ ſolebant in oratione cum Deo abſq; intermedio loqui, nunc inter ſe et Deum alter alterius ponit corporalẽ effigiẽ, quã uelant et obtenebrant ponentes ſub ipſis faciem Dei cum facie creaturæ. Et, quod nõ minus horrendum eſt, tum hi proprium errorẽ deplangere et emẽdare deberent, quod in ipſis nutrimentum eſt erroris, totum illud iudicant ex maxima charitate ꝑcedere, cuius merito, puto, et ſibi inuicem mentientes referunt ꝙ in oratione unus alteri pñtať, ut maxime ei delectabile; ac ſi pro inuicẽ orare coganť, gratia et uirtute diuina, ac per hoc cõſolationẽ ſimpliciter ſenſualẽ, quã habẽť

In illa repñtatione de ſe inuicē facta in oratione prædicta æſtimant et affirmant, ac aſſerunt eſſe ſpiritualē gratiā et diuinā. Quales autē illu ſiones recipiant à ſagittario ſupra dicto ſpecia liter mulieres, q̄ cito fidē adhibent illuſioni mē tali, eſſet horribile, et quaſi impoſsibile declara re. Sentiunt nāq; in uiſione præfata, et repræſē tatione mentali calorē quēdā ignitum à ſagittario illo iactatum, quā credunt & dicunt eſſe ignē charitatis à Spiritu ſancto trāſmiſſum, uo lētē cōiungere ſpiritum unius ſpiritui alterius uinculo charitatis, cum tñ ſit ignis libidinoſi amoris, prout frequēter manifeſtāt, et inde deli berant ſe tanquā ſpiritualiter unitos, poſſe ſecurius, ſæpius ac prolixius ſimul loqui, atq; in hoc tēpus nō perdere, ſed lucrari: proinde mo dos inſolitos et cautelas mirabiles adinueniūt, quibus procurant ſimul colloqui, et frequēter allegātes unus alteri cās utilitate uel neceſsitate depictas, cum tñ in ueritate nihil ſit aliud in cā niſi libido, cui rō oīs iā ſuccubuit. Sic itaque carnali cōcupiſcētia ſeu cōplacētia excæcat, tēpus, quod olim cōſueuerāt in orōne expendere ac ſpiritualiter occupare, nunc ī hmōi familiaritatibus et colloquiis perdunt: et ſic (quod dolēdum eſt) cōſolatiões diuinas pro carnalibus

cõmutãt. Amodo igit̃ niſi hora ſerotina cogẽte, aut alia ineuitabili cã, nõ poſſunt ab inuicẽ diſcedere, & tunc inuite & triſtes diſcedũt. Hæc autem triſtitia eſt certisſimum indicium ꝙ carnis uinculo ſunt alligati. Et per hæc uiſitatiões & cõſolationes diuinæ à carnalibus et diabolicis diſcernunt̃. Denicꝫ quãuis ſe multis exponãt periculis, multa mala incurrãt dũ eorũ obtenebratis cõſciẽtijs, iudicãt quędã ſibi tanquã ſpiritualibus eſſe licita, q̃ fieri nequeunt abſque periculo et peccato, putaui tñ melius eſſe non multa de hoc calamo exarare. hæc tñ tacere nõ ualeo, quin aliqualiter referã, maxime quia nõ lõge à tẽporibus iſtis ſimilia cõtingerunt. Tñ ſpirituales p̃dicti qñcꝫ ſe deduci permittunt, ut ſe inuicem familiariter tãgãt ſub ſpecie charitatis, referentes ſibi inuicem immenſum cordis amorẽ, quod imprudenter charitatẽ appellant. Sed in hac reſeratione amoris eſt ſummum periculum, quia ex hoc fabricant̃ ſagittæ q̃ mentes eorum uulnerãt mortaliter atcꝫ uenenãt. Et quod ſuper oĩa uidetur mihi horrẽdum, Deo, Angelis, hominibus, etiam à dæmonibus fuerunt iã aliquæ ſpirituales noĩe ſpiritu luxurioſo imbutæ: quæ pro excuſatione ſuæ libidinis p̃ſumpſerunt dicere ſe habuiſſe in illis acti-

bus

bus impudicis magna ſeu timenda de Deo. Quod nihil aliud eſſe iudico, niſi quoddam incitamentum, & inductiuum ad ſimilia ſecurius reiterandum, & priora perpetrandum.

Dic mihi, qui talibus credis & adhæres, ſi iſtæ ſunt ueræ ſpirituales, ut aſſeris? Quid aliud loqui aut facere deberẽ, niſi quod à Spiritu ſancto procedere poteſt uel procedit? Ab illo autẽ nihil prodit noxium, ſed ſolum quod eſt utile & honeſtum. Quid.n.ad Spiritum ſanctũ de talibus oſculis? aut qualem honorẽ inde cõſequit Deus? & quæ utilitas, aut quæ neceſſitas tibi ad ſalutẽ, uel alteri, ut hos tactus facias uel patiaris? Quæ cõuentio ſpũs ad libidinẽ carnis? Quæ igit̃ tua p̃ſumptio, ut hãc cõtumeliã ĩferas Spiritui ſancto? ſcilicet attribuẽdo ſibi tuæ impudicitiæ fœtorem, q̃ uix demones patiunt: quamq; temeritas tua mulier hipocrita à facie Dei proiecta uſque eo diſsimulas, ut dicas delectationẽ carnis libidinoſã eſſe gratiã & cõſolationẽ diuinã. Recede ergo fera peſſima de finibus meis, quia nec dæmones p̃nt tuã p̃ntiã ſuſtinere. Hęc itaq;, fratres chariſsimi nõ ĩcõgruè huic operi ſunt ĩſerta, ut ſciat unuſquiſq; per hæc ꝙ uenenoſa affectio ſub colore ſpũs acquiſita, ſummè ĩpedit puritatẽ confeſ-

ſionis, & cordis munditiã, ut ſic hãc fugiat tan quã uitioſam, rubiginẽ, q̃ uix poteſt aboleri de mente ſi alicui fuerit applicata, pcipuè quia tales perſonæ quãdiu ſunt hac ſagitta percuſſæ, quaſi nunquã pure & integre conſitentur, eo q ipſum morbum deſpicabilem in perſona ſpirituali, uerecondetur toties detegere plene & integre confeſſori, quia uerentur exprimere aliquas circunſtantias tali affectione annexas, quas uel tacent, uel exprimunt imperfecte, utẽtes uerbis operentibus dictum morbum, ſicut occupatio mentis ſit quaſi continua circa perſonam dilectum, & in oratione, & in cunctis actibus ſuis, & imaginationes turpes de ipſa, uana concupiſcentia cordis, & in memoria, & aſpectu mentali ipſius, & negligẽtia in euitando eius præſentiam et colloquium, et alia plura, q̃ ipſi experiunt, propterea ſæpe mutant cõfeſſorem, aut uellent mutare ſi poſſent. Sicq; triſtes ſunt & acedioſi frequenter tam ratione affectionis fluctuãtis in mente, q̃ ratione confeſſionis imperfectæ de qua ipſimet cõtriſtantur. Sed, quod peius eſt, quum ipſi deberent quærere medicos ſpirituales cautos, & expertos, qui ſcirent illã ægritudinẽ, & cauſas eius agnoſcere, & congruum remediũ adhibere, non ſolum

 non

non faciunt, ſed potius, ſi ſemel ad aliquē talē
peruenerint, extunc ipſum fugiunt, nec reuer-
tuntur ad ipſum. Quærūt ergo cōfeſſores idio
tas & ſimplices, qui nec morbum intelligunt,
nec cauſas eius cognoſcunt, & ideo neſciūt ad-
hibere congruā medelā. Tantum de hac mate-
ria dixiſſe ſufficiat, ut per hoc animentur per
uiā purā & immaculatā incedere, & fugere pe-
riculoſam illā familiaritatē mulierum ſpiritua-
lium, quæ non multis quam fugiendo uitatur.
Satis enim poſſet quis hac ſagitta percuſſus ſe
ieiuniis, uigiliis ac diſciplina affligere, & orare,
ſi tamen non fugiat perſonam, & omnem oc-
caſionem deſpiciat, nunquā curabitur ab illo
morbo, ſed magis augebitur illud uulnus. Pro
pter quod ſequamur conſilium beati Hierony
mi dicentis: Fœminam, quam uides bene con
uerſantē, mēte dilige, à corporali frequētia ca-
ue, quia initiū libidinis in uiſitatione mulierū
eſt. Et mūdus cū mulieribus nō melius uincit,
quā fugiendo, quia cū cæteris uitiis & morbis
quis poſſit reſiſtere, huic tn̄ nō poteſt niſi p fu
gā. Et alibi, Si mulier potuit uincere eū, qui iā
erat in Paradiſo, nō mirū ſi eos impediat, q nō-
dū ad Paradiſum puenerunt. Et iterū, Solus cū
ſola nō ſedeas in ſecreto abſq; arbitro & teſte,

nec ſub eodẽ tecto ſolus cũ muliere manſeris, nec ĩ pterita caſtitate cõfidas, qa tu nec Samſo ne fortior es, nec Salomone ſapientior. Si forte dicas, iã corpus mortuũ eſt, dico qm diabolus uiuit, cuius flatus prunas extĩctas ardere facit. Item dicit, Omnes uirgines Xpi & puellas aut æqualiter, dilige, aut æqualiter ignora.

Item beatus Auguſt. dicit, Sermo breuis & rigidus cũ mulieribus eſt hñdus. Nec tñ qa ſan ctiores ſunt, ideo minus cauẽdæ. Quo. n. ſan ctiores fuerint, eo magis alliciunt, & ſub prætextu blãdi ſermonis immiſcent ſe uitijs ĩpijſſimæ libidinis. Crede mihi, expertus ſum, in Xpo loquor, nõ mẽtior. Cedros libani .i. cõtẽplationis altiſſimæ homines, & gregem arietes, ideſt magnos prelatos eccleſiæ, ſub hac ſpecie coruiſſe reperi, de quorum caſu non magis præſumebam, quam Hieron. & Ambro. ſic ait Bern. Quotidie conuerſaris cum muliere, & cõtinens uis putari? Eſto quod ſis, maculam tamen ſuſpicionis portas. Scandalum mihi es, tolle materiam & cauſam ſcandali, quia uæ homini illi, per quem ſcandalum uenit.

De uerbis uitioſis. CAP. XXI.

SCiendum φ uerba uitioſa & grauia diſtinctè ſunt confitenda, ſcilicet ſecundum diffe-

rentias ſuas, & in circunſtantiis & occaſionibus eorundem. De murmuratione, quæ fit quando narratur defectus perſonæ abſentis, ſic confiteri habes dic utrum uerè uel falsè, & propter quàm cauſam, ſcilicet propter odium uel uindictam, ſi tu dixiſti uel inducere feciſti aliquem ad hoc uel diſpexiſti, ſi alicui ex hoc nocuiſti uel alicui audienti generaſti odium de illo, de quo dixiſti uel aliquid mali accidit, aut uelle accidere deſideraſti. Non ergo ſufficit dicere, Multoties murmuraui, et de multis, niſi iſta explices. Non tñ dicas defectum eius, de quo murmuraſti, ſi eſt uerus, nec nomen perſonæ dicatur, nec qualitas perſonæ aggrauantis peccatum, ſicut de patre tuo, de ſancto uiro, de prælato, & propter quam cauſam. Et ſi defectus eſt falſus confitere defectum, & perſonã, cui falſum impoſuiſti: & debes reuocare coram illis, quibus propalaſti, maximè ſi defectus eſſet grauius. Sunt tamen quidam, qui ut minus diſpliceant confeſſori exprimunt perſonam, cui fecerunt iniuriam, uel de qua murmurauerunt, quando ipſa perſona reputatur mala, & quaſi ab omnibus, uel præ omnibus odioſa, ut per hoc iudicentur minus peccaſſe. Sed hoc eſt uitioſe dictum; quia debẽt in cordibus ſuis

reputare, & per confeſſionem oſtēdere ſeipſos eſſe peiores quā illa perſona, quā in ſui excuſationē nominare præſumunt. Quidā adhuc peius faciunt, quia ut placeant cōfeſſori, perſonā exprimunt de qua murmurauerunt, aut offenderunt, auferendo aut īpediēdo eius bonū: quia ſciunt illā perſonā diſplicibilē cōfeſſori. Iſti grauius peccāt ſe cōfitēdo, quā ſit peccatū cōfeſſū; quia cōtra charitatem proximi dupliciter peccāt; quia faciunt confeſſorē de peccato gaudere quod cōfitenī, & dicunt iniuriā, quā alteri intulerunt, & ſic nō dolent de peccato, quod cōfitētur, ſed potius gaudent, putantes per hoc captare beneuolentiā pro detractione, quæ grauior eſt peccō cōfeſſo, qm̄ detractio eſt quaſi quoddā homicidiū ſpirituale occultū, ſicut qn̄ aliquis audit aliquem laudari de aliqua uirtute & ſufficientie, & conatur auferre de corde laudantis aut cuiuslibet audientis illā bonā opinionem, quæ habetur de illo, negādo illud, & potius defectū illius declarando, aut hypocritā appellando quia dicit, ꝙ quicquid facit, ꝓ humana laude facit. Hoc aūt uitiū cōmittūt ꝑ inuidiā aut uanā gloriā. Nā detractor quærit laudari ſup alios, & potiſſime ſuper illū, cui detrahit, aut ſimet minus reputari, quā ille, qui laudatur. Et

